Coll. Rom. Societ. Jesu · Cat. inscrip.

AVICENNÆ
PHILOSOPHI PRÆCLARISSIMI
AC MEDICORVM PRINCIPIS.

Compendium de anima.
De mahad.i.de diſpoſitione,ſeu loco,ad quem reuertitur homo,vel anima eius poſt mortē.
Aphoriſmi de anima.
De diffinitionibus,& quæſitis.
De diuiſione ſcientiarum.

AB ANDREA ALPAGO BELLVNENSI philoſopho,ac medico, idiomatiſq; arabici peritiſſimo,ex arabico in latinū verſa.
Cum expoſitionibus eiuſdem Andreę collectis ab auctoribus arabicis.

OMNIA NVNC PRIMVM IN LVCEM ÆDITA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS APVD IVNTAS M, D, XLVI.

B. 5.

PAVLVS ALPAGVS BELLVNENSIS phiſicus, ter Illuſtriſſimo ac Reuerendiſſi. D. Alexandro Cardinali Farneſio domino ſuo colẽdiſſimo, fœlicitatem.

VERTERAT ter Illuſtriſſime ac Reuerẽdiſſime. D. ex Arabica in Latinam linguam innumeris mendis vindicatũ Andreas Alpagus Bellunẽſis patruus meus philoſophus, ac medicus inſignis maximũ de re medica Auicennæ volumen: quanta fœlicitate: videre quam plurimi, quorum præ manibus eſt: Quãtis laboribus, ſumptu, ac periculis, vidi ego, qui adoleſcẽs adhuc, dum is iam longæuus in Cypro, Syria, Aegypto, ac toto pene oriente, Arabicæ linguæ latebras, & codicum fidem perquireret, ab eius latere, ne trãſuerſum quidem vnguem diſceſſi: ſtyli etiam, ac lucubrationũ ſocius. Id eſt a me aliquot ab hinc annis primo in lucẽ ęditum, ſecundo vero nuperrime aliquãto emẽdatius. Verterat idem patruus meus eiuſdẽ Auicennæ libellos aureos. ſ. Compendiũ de anima. De Mahad. i. de diſpoſitione animarum poſt ipſarum ſeparationem a corporibus. Aphoriſmos de anima. De diffinitionibus & quæſitis. De diuiſionibus ſcientiarum. Hæc iacuere apud me diutius, quam par erat quamq; ego cupiebam, tenebris ac ſitu obducta, cum ego eſſem et lucubrando maiore illo volumine, et priuatis negocijs, impeditus. Quibus cum tandem dare lucem cogitarem, ne & auctor ingenij ſui, & patruus meus laborum ſuorum laude fraudarentur: obtulit

ſeſe mihi beatiſſimi aui tui Pauli tertii Pontificis per-
maximi ſydus toto orbe fulgentiſſimum, cui deberi
iure optimo intelligebam omnia omniũ ſcripta: ac
præſertim Auicēnæ auctoris celeberrimi de anima:
ꝙ animarum moderamen eius beatitudini, Chriſti
vicemgerenti, ſit cōceſſum in terris, ac traditum: ſed
cum perſpicerem illum altioribus curis vacãtem, dũ
ſanctam ſedem apoſtolicam, fato ne, an ſuperiorum
Pōtificum in curia ad interitum prope ſpectantem:
non ſolum in veterē, ac multo maiorem, quã vnquã
fuerit dignitatem difficillimis temporibus, quantũ
nunquã antea ſuere, reſtituit: verum etiam in ſupre-
mum videatur (quod Deus annuat) fœlicitatis gra
dum collocaturus, conuerti animũ ad te præſul emi-
nentiſſime: veram, ac micantiſſimam ſolis illius ima-
ginem. Qui & ſi humerum ſæpe vna cũ ſanctiſſimo
auo tuo oneri eiuſdem ſedis apoſtolicæ regēdæ, atq;
moderandæ ſupponis, qđ tuo erit tibi quandoq; ſo
lo marte ſuſtinendum, multoq; etiam maiora nego
tia tractas, quam per ætatem licet, ſumma hominum
admiratione: Soles tamen quandoq; te ardenti quo-
dam virtutum deſyderio, ad mitiora ſtudia, vna cũ
academicis tuis, videlicet, Paulo Iouio epiſcopo Nu
cerino, Claudio Ptholemeo, Antonio Mirãdulano,
& aliis pleriſq; viris in omni genere grauiſſimis ac
doctiſſimis reuocare. Illuminare igitur iubar fulgen
tiſſimum his, qui in tenebris ſunt: & quid Auicenna
de anima ſentiat, quamq; cum Chriſtianis cōueniat,
vide. Ac ſi in hoc gratificatos nos eſſe non nihil Illu
ſtriſſimæ ac Reuerendiſſimę. D. tuæ intelligemus,

nonnulla alia id genus, tum eiuſdem Auicennæ, tum aliorum Arabum opuſcula, ab eodem patruo meo latinitate donata, digna meo iudicio, quæ in Principũ aulis degant. ſ. De venenis, De correctione errorũ q accidunt in regimine ſanitatis, De medicinis principum non horribilibus. De lapidibus pretioſis, et pleraq; alia, expecta, obſeruãtiæ in te meæ, quam & publico & priuato nomine, tibi me debere maximam intelligo, qualecunq; monumẽtum. Vale. Venetiis.

In repentinum Andreæ Alpagi Bellunen. Medici præſtantiſſ. obitum, Pierius Valerianus Bellunen.

Cum toties direpta manu ſibi tela doleret
Atropos, & ſtarent integra fila diu
Omnibus, Andreas quos Bellunenſis adiſſet,
Tanta illi rerum notitia, arsq; fuit.
Indignatæ omnes fraudari fata ſorores,
Opprimere incautum conſtituere ſenem,
Atq; adeo incolumem membris & corpore toto.
Ceu ſubiti iniectu fulminis abſtulerunt.
Indociles parcæ quid deſignaſtis ineptæ?
Viuit hic, & ſemper viuet in ore hominum.
Scripta autem vos euertent, quæ cede vetabunt.
Ad libitum properas, vos, maculare manus.

AVICENNAE MEDICORVM PRINCIPIS COMPENDIVM DE ANIMA NVPER EX ARABICO IN LATINVM VERSVM AB ANDREA BELLVNENSI.

AD NVCH REGEM CORRASAN.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PROOEMIVM.

ILLVD operum mortalium initium ſemper fuit honeſtiſſimũ, quo ei gratias agimus, qui nobis agẽdi gratias uirtutẽ elargitus eſt. Quod ſi moris non eſſet hominibus indigentibus, ac abiectis ad diuites confugere, & ad principes, omne certe indigentes, ac abiecti preſidium amitterent diuitum, ac principum: plebeorum deinde, ac primatum coniunctio nulla eſſet: aut ſpes nulla animãtium brutorum, ac paſtorum. Non debiles conſeruarentur a fortibus oppreſſi per uim: neq; a ſuperioribus uitam inferiores acciperent: neq; a ſapientibus inſipiẽtes erudirentur, fierent ue doctiores. Cum igitur contra obſeruãre homines cõſueuerint, ſuſcepit eam audaciã animus meus: uti per licentiam adiret principem: ac alloqueretur. Eiq; ad philoſophiam pertinens munus offerret, eoq; audacius, ꝙ ſatis mihi cõſtabat, nihil ęque homines amare, quam ſapientiã: teq; ipſum omne ſtudium, animumq; eminẽtiſsimis philoſophię, ac ſapientię diſciplinis tradidiſſe: atq; nulla alia in re occupatum plurimum profeciſſe: adeo ꝙ cęteros principes omnes ſcientia bonarum artium, atq; omnium uirtutum gẽnere pręcellas. Hoc autem muneris genere te adij: pręcipue ꝙ mihi ſic perſuaſum eſt, principi munus nullũ offerri poſſe aut nobilius, aut gratius, q̃ quod ad nobiliorem, gratioremq; perducit uirtutem, quę ſapientia dicitur. Perſcrutanti autem mihi ſumma cum diligentia, ſtudio, labore, philoſophorũ li-

bros,atq; legeti,quo munus eligerem,tum nobilius, tum gratius,inueni contemplationes uirtutum animę longe eſſe diffíciliores alijs,atq; obſcuriores. Et uidi principem ſacerdotũm Hali dicentem qui cognoſcit animam ſuam, ſuum cognoſcere creatorem: qua ab opinione, Ariſtotelis philoſophorum principis ſententia aliena non eſt: apud quem ſcriptũ inuenio, qui deficit ab animę cognitione,a creatoris ſui deficere cognitione. Etenim ſi homo animam ſuam neſciat: qua cætera vnq̃ ratiõe aut cõtẽplabit̃ aut ſciet? Quã ſane ſnĩam alcoranus cõfirmat liber, in quo ſcriptũ eſt,eos a miſericordia Dei longiſſime abeſſe de ſecta Aladin,q ſunt,qui cũ Dei obliuiſcant̃ & Deus aĩę ipſorũ obliuiſcit̃. Vnde ſane colligimus,obliuionẽ animę, Dei ipſius efficere obliuionem. Et credere poſſumus ac confirmare Dei memoriam, a memoria animę prouenire, & Dei cognitionem ex animę proficiſci cognitione. Teſtantur etiam veterum libri in quibus illud precipuum in cognitione maxime animę uigilandum enitendumq;. Quod pręceptum ad nos, Deo in ſpirãte, ĩfluxit: atq; in quodam altari ſcriptum eſſe, cognoſce animã tuam: quod nos in ara Eſculapij unius ex prophetis legimus, a quo philoſophi, medicinę ſcientiam acceperunt. Quãobrem cum hæc omnia nos ad animę cohortentur cognitionem, licet nos in naturalibus noſtris de eadem re pluribus uerbis diſputauerimus: tamen librum de anima decretum eſt compendioſum conſcribere, quod ſane munus tum utile fuerit, tum principis deſiderio conueniẽtiſſimum. Deum autem maximum obſecramus, ut principem diutius eſſe in uita iubeat, cuius fauore ac preſidio ſuã ſapiẽtes dignitatem obtinent, qui antea negligebantur & docti florent, quorum antea nomẽ in tenebris iacebat: & Deus idem me tueatur.

Capitulum primum de probationibus ꝙ uirtutes animę ſint.

QVicunq; rem aliquã deſcribere uoluerit, & eius quiditatem aſſerere, anteq̃ ipſius eſſe primo affirmatum fuerit: cõnumerabitur a ſapientibus inter eos qui a uia recta egrediuntur. Quare nobis eſt neceſſarium conari primo in affirmatiõe inuentionis, & eſſe uirtutum animę: anteq̃ ſtudium impendatur in diffinitione cuiuſlibet ipſarum, & in ſermone earum demõſtratiuo. Et quoniam proprietates magis uirtutibus animę appropriatę, ſunt duæ res, quarum una eſt motio, & altera apprehenſio, ſeu perceptio: quare conueniens eſt nos declarare, ꝙ unicuiq; corpori mobili ineſt inſtrumentum uel cauſa ſui motus. Amplius ex hoc nobis apparet, ꝙ corpus mobile motu addito ſupra motum naturalem, ſicut ſupra motũ rei grauis deorſum, & rei leuis ſurſum, habet inſtrumentum mouẽs, uel cauſam mouentem quam nominamus animã, aut uirtutem animę. Et manifeſtum eſt, ꝙ quotieſcunq; quędã corpora iudicantur eſſe appræhenſiua uel percipientia: tunc appræhenſio non uerificatur eſſe eis conueniens aut proportionalis, niſi propter uirtutem in ipſis exiſtentem, a qua poſſibile eſt appræhenſionem prouenire. Incipiamus ergo & dicamus, ꝙ de his in quibus ratio nõ impeditur omnino eſt: ꝙ res quandocunq; in aliquo cõmunicant, & in alio differunt, tunc illud in quo cõmunicant eſt aliud ab eo in quo differunt. Et inuenimus quidem, ꝙ omnia corpora communicãt in hoc ꝙ
A ſunt corpus. Deinde inuenimus ea poſt illud differẽtia in hoc ꝙ mouentur, & ſi non tunc non inueniretur habens quietem, imo neq; inueniretur motus, niſi motus ſuper ſpatium rotundum, ſeu niſi motus circularis. Motus enim recti iam affirmantur eſſe ex forma ipſorum ſeu ex diffinitione ipſorum, ſcilicet ꝙ ipſi non procedunt uel non terminãtur, niſi a quiete ad quietem. Manifeſtum eſt autem, ꝙ corporibus non attribuitur motus, propterea quia ipſa ſunt corpus, imo propter cauſam additam ſupra corporeitatem ipſorum. A qua quidẽ

cauſa prouenit motus ipſorũ proceſsione, qua prouenit im-preſsio ab imprimẽte. Cum igitur manifeſtum ſit hoc nobis, dicamus, ꝙ nos inuenimus quędam ex corporibus generatis ex quatuor elementis, quę mouentur non uiolenter duabus ſpeciebus motuũ, inter quos eſt diuerſitas aliqua uel duabus ſpeciebus motuũ diuerſis: Quarum una[a] [inhęret eſſẽtię: uel naturę compoſitionis propter dominium uirtutis unius elementorũ] ſuper ea, & exigẽtiam ipſius uel inclinationẽ ipſius cum motu ſuo ad locum uel ad ubi ſibi deputatum per naturam, ſicut motus hominis per naturam elementi dominantis grauis deſcendentis deorſum. Et iſta quidem ſpecies motus non inuenitur, niſi ad unum modum, & ad unam partẽ. Et ſecũda ſpecies motus diuerſa eſt ab eo, quod exquirit[b] [eſſentia uel compoſitio ſupradicta. Quę quidem compoſitio aut exigit] quietẽ in loco naturali hora, qua cũ eo unit. Et[c] [talis ſpecies motus ſecũda] ẽ, ſicut quãdo homo mouet corpus ſuum in loco naturali, qui eſt facies terrę. Aut[d] [eſſentia uel cõpoſitio ſupradicta] exigit uel exquirit motũ ad locum naturalem in diſpoſitiõe uel in hora, qua eſt extra locum naturalem. Et exemplum ſpeciei motus ſecundę, & diuerſę ab hac exigentia, eſt ſicut motus animalis uolantis cum ſua corpulentia graui ad ſuperiora in aere. Apparet igitur, ꝙ duobus motibus inſunt duo inſtrumenta diuerſa uel duę cauſę diuerſę: quarum unam nominamus naturam: & ſecundam nominamus animam, aut uirtutem animalem. Iam ergo uerificatum eſt ex parte motus, eſſe animę, uel ꝙ ĩuenitur eſſe uirtutum animę. Ex parte autem appræhenſionis etiam hoc idem demonſtratur, quoniam inueniuntur corpora communicantia in hoc, ꝙ ſunt corpus, & differentia in hoc, ꝙ ſunt appræhẽſiua. Et ex regimine primo uel diſcurſu primo manifeſtum eſt, ꝙ appræhenſio non procedit ab eis per ſe, immo per principiũ uel per uirtutem mouentem in eis. Quare ex hoc modo manifeſtationis apparet inuentio uel eſſe uirtutum animę, & hoc eſt, quod uoluimus declarare.

Alia lite. a. a. cõſequitur elementũ ipſorũ ex hoc ꝙ uirtus unius elementi dominatur.

Alia litera. b. elemẽtũ dominãs ſupraſcriptum exigens.

Alia litera. c. huiuſmodi ſpeciei mot⁹ ſecundę.

Alia litera. d. elemẽtũ ṗdictum.

DECLARATIONES SVPER COMPENDIVM AVICENNAE DE ANIMA PER ANDREAM BELLVNENSEM PHISICVM COLLECTAE, EX ARABICIS EXPOSITORIBVS.

Super capitulum primum de affirmatione eſſe uirtutum animæ.

SCiendum ſecundum aliquos, quòd Auicenna per uirtutes animæ in hoc capitulo intelligit eſſentias animæ, & quòd uirtutes animæ unius ſecundum ipſum non differunt à ſubſtantia animæ illius, niſi ſecundum conſideratione͂. Nam ſicut punctus eſt indiuiſibilis, & tamen attribuimus ei diuerſa, uidelicet quòd ipſe eſt principium unius, & finis alterius, ſimiliter animæ, quæ eſt ſubſtantia indiuiſibilis, attribuuntur diuerſæ uirtutes, & dicimus ipſam habere uirtutes diuerſas, ſecundum quòd ab ipſa anima indiuiſibili procedunt operationes & effectus diuerſi, & per conſequens in hoc loco per uirtutes animæ abſolute, & per potentias ipſius poſſumus intelligere diuerſas ſubſtantias animæ, ſcilicet ſubſtantia͂ animæ uegetatiuæ, & ſubſtantiam animæ ſenſitiuæ, & ſubſtantiam animæ intellectiuæ. Et Auicenna appellat ipſas uirtutes tanquam quid magis perceptibile. Nam ex effectibus peruenitur in cognitionem uirtutum, et potentiarum: & ex talibus uirtutibus perceptis peruenitur poſtea in cognitionem ſubſtantiæ animæ unius, uel animarum diuerſarum, licet non realiter diſtinctarum à potentijs, & uirtutibus predictis. Auicenna igitur in hoc capitulo probat eſſe uirtutum animæ, ut ex cognitione eſſe ipſarum tanquam ex quodam magis perceptibili perueniatur in cognitionem certam, & demo͂ſtratam: quod anima ſit in rerum natura quoddam reale non falſum uel imaginarium, ſicut etiam dicunt inſipientes, quod Deus non eſt, eo quod non ſit quid ſenſu perceptibile. Sed arguitur co͂tra expoſitionem ſupraſcripta͂, quod ſecundum Auicennam uirtus animæ non eſt idem quod ſubſtantia animæ. Nam infra capitulo quarto ſcribit Auicenna in rubrica predicti capituli ſic uidelicet de diuiſione uirtutum uegetatiuarum, & de narratione neceſſitatis cuiuſcunq; earum. Patet autem uirtutes animæ uegetatiuæ fore tres, et no͂ eſſe tres ſubſtantias animæ uegetatiuæ in una planta, ſed tantum unam eſſe ſubſtantiam animæ, cui inſunt tres uirtutes ſeu tres potentiæ uegetatiuæ. ſ. potentia nutrie͂di, potentia augumentandi, & potentia generandi ſibi ſimile. Iſtæ igitur tres uirtutes differunt realiter à ſubſtantia animæ in planta, & ſic dicatur de alijs uirtutibus animæ ſenſitiuæ, & animæ intellectiuæ. Quæ quidem uirtutes diſtingu͂utur ab anima,

tanquã accidens à ſuo ſubiecto. Ex accidentibus autem peruenitur in cognitionem ſubſtantiæ: quare Auicenna in hoc capitulo probat has uirtutes animæ eſſe in re, ut per cognitionem ipſarum intellectus noſter concludat de neceſſitate eſſe reale ipſius ſubſtãtiæ animæ. Hæc ego Andreas Bellunenſis dixi ad excitanda ingenia acutiora, & quæ maiorem habent peritiam in ſcientijs ſpeculatiuis, & ſub eodem proteſtu in ſequẽtibus, quæ ab arabicis expoſitoribus collegi, in hoc quinterno annotabo. Dubitatur aũt circa dicta Auicẽnæ, quia nulla ſcientia probat ſuum ſubiectum eſſe, quia ſubiectum præſupponitur eſſe. & hac de cauſa Ariſto. in libro de anima non probat animam eſſe, ſed ipſam præſupponit eſſe tanquam principale ſubiectum in ſcientia libri de anima, quare &c. Reſpondetur ꝗ nulla ſciẽtia probat ſuum ſubiectum eſſe à priori, ſed à poſteriori & per effectus ſubiectum ſcientiæ poteſt demõſtrari maxime alicui aduerſanti aut dubitanti, & inquirenti demonſtrationem, & certitudinem, an ſubiectum ſciẽtiæ ſit in re, aut non ſit. Et hoc modo Auicenna in ſexto naturalium, & in hoc primo capitulo huius compendij demonſtrauit per effectus, & à poſteriori animam, quæ eſt ſubiectum huius ſcientiæ, eſſe quid reale, et non quid imaginabile & falſum, ſicut multi inſipientes exiſtimant non percipientes, neque aſſerentes aliquid reale in natura, niſi illud, quod ſenſu percipitur. ſicut ẽt ſcribitur ab Auic. in libro aforiſmorũ de anima, aforiſmo nono, ubi dicit ſic uidelicet, Homo, quia cõſuetus eſt appræhẽdere, ſeu cognoſcere res cũ ſenſu, efficitur ex hoc credẽs, ꝗ illud, quod nõ cognoſcitur ſenſibiliter, nõ hẽat eẽ &c. Auicenna igitur in hoc capitulo primo à poſteriori demõſtrat alicui aduerſanti, aut dubitãti, & inquirẽti, ꝗ indiuidua huius nomĩs anima, quæ eſt ſubiectũ in hac ſciẽtia, ſint realiter in natura.

rõ nõ ĩpedit oĩno. i. rõ nõ dubitat oĩno

DEINDE inuenimus ea poſt illud, differentia in hoc quod mouentur A ſupple motibus diuerſis, quia aliqua mouentur motu circulari, ſicut corpora celeſtia. & aliqua motu recto. ET SI non, tunc non inueniretur habens quietem &c. B id eſt & ſi non eſſet uerum, ꝗ omnia corpora, quæ cõmunicant in hoc, ꝗ ſunt corpus, differunt in hoc, ꝗ mouẽtur motibus diuerſis ſupradictis: tunc ſequeretur, ꝗ non inueniretur habens quietem, immo nõ inueniretur &c. Iſta conſequẽtia probatur: quia aut omnia corpora differunt per motus diuerſos ſupradictos, aut non differunt. Si dicatur, ꝗ nõ differunt per motus diuerſos, tunc quærẽdum eſt, aut omnia corpora cõueniunt in motu, ita ꝗ moueãtur motu conſimili nõ diuerſo. aut omnia corpora conueniunt in quiete, ita quòd omnia corpora quieſcant. Et patet, ꝗ nõ eſt dicendũ, ꝗ quieſcant, quia corpora cæleſtia de neceſſitate mouentur motu cõtinuo circulari. Si aũt dicatur, ꝗ oĩa corpa non differãt p motũ, ſed cõueniant in motu: ſequitur, ꝗ oĩa corpora cõueniãt in motu circulari, qui

eſt motus cæleſtiũ corporũ maxime neceſſarius & cõtinuus, & cauſa gene rationis, & corruptiõis & prior alijs motibus, et ab ipſis præſuppoſitus: ut patet in libro cæli. quare ſi omnia corpora conueniunt in motu cõſimili, ſequitur, ꝙ conueniant in motu neceſſario & continuo, & ſi ſic, tunc non inueniretur habens quietem, quia non inueniretur corpus quieſcẽs aliquo modo, neque inueniretur corpus moueri motu recto. Qui quidem motus re ctus ex diffinitiõe ſua dicitur procedere & terminari de quiete ad quie tem. Et conſiderandum eſt etiam, ꝙ præter motum rectum naturalem eſt motus animalium uoluntarius ad diuerſas poſitiõis partes & terminatur de quiete ad quietem. Si ergo omnia corpora non differrent motibus di uerſis. ſ. per hoc ꝙ aliqua mouentur motu circulari, & aliqua motu recto naturali. aut motu uoluntario ſupradictis: tunc omnia corpora cõuenirẽt in motu circulari, & ſic non inueniretur habens quietem, neque habens motum rectum, immo non inueniretur, niſi motus circularis. Quod autem non inueniretur motus rectus, patet ex ſui diffinitione. ſ. ꝙ ipſe procedit, & terminatur de quiete ad quietem. Vnde patet, ꝙ ipſe eſt diuerſus à mo tu circulari continuo, quia ſi omnia corpora non differunt motibus diuer ſis ſupradictis, ſequitur, ꝙ omnia corpora mouẽtur motu conſimili, & ſic ſequitur concluſio Auicennæ, uidelicet ꝙ ſi omnia corpora que cõmunicãt in hoc, ꝙ ſunt corpus non differrẽt in hoc, ꝙ ipſa mouẽtur motibus diuer ſis, tunc non inueniretur habens quietem, immo neque inueniretur, niſi motus circularis.

Capitulum ſecundum de diuiſione uirtutum animę diuiſione prima, & de diffinitione animæ abſolutæ.

IAm precesſit nobis declaratio; qualiter res quotieſcunq; communicant in aliquo, & differunt in alio: tunc illud, in quo communicant, eſt aliud ab eo, in quo differunt. Poſtea inuenimus corpora compoſita animata. ſ. habentia animã iam cõmunicari, & differre in duabus ꝓprietatibus. ſ. motu ipſo rum, & appręhenſione ipſorum. In motu quidem, quoniam omnia iſta iam cõmunicant in hoc, ꝙ moueantur motu quã titatiuo. ſ. motu augumentationis: & differũt in hoc, ꝙ quæ dam ipſorũ mouentur cum hoc motibus localibus ſecũdum uoluntatem: & quędam eorũ non mouentur eis, ſicut plantę. Et ſimili modo corpora animalium iam cõmunicant in hoc, ꝙ ſint ſenſitiua appræhẽſiua quadam ſpecie appræhẽſionis ſen ſitiuę: poſtea differunt, quoniam quędam eorũ appræhen

dunt cum hoc appręhenſione intellectiua, & quędam eorum non appręhendunt cum ipſa, ſicut ſunt aſinus, & equus. Amplius inuenimus uirtutem motiuam magis cõmunem, q̃ uirtus appręhẽſiua: propterea ꝙ uidemus plantas uacuas eſſe ab ea: quare uerificatum eſt nobis, ꝙ uirtus, in qua cadit cõmunicatio animalis cum plantis, eſt magis cõmunis, q̃ iſta uirtus appręhenſiua & motiua, quę eſt in animali: & unaqueq; earum eſt magis cõmunis, q̃ uirtus rationalis, quę ineſt homini. Inuenta eſt ergo uirtus animę ordinata uel demonſtrata ſm conſideratione cõis & ꝓprij vel ſm cõſideratione cõiũ, & ꝓpriorũ ſm ordinatiões uel demõſtratiões tres: q̃rũ prima ſcit̃ uirtus plãtatiua uel uegetatiua ꝓpter cõmunicatione aĩalis et plantarum in ea. & per ſecũdam ſcitur uirtus animalis. & per tertiam ſcitur uirtus rationalis. Diuiſio itaq; prima animę eſt ſm conſiderationem uirtutum trium ipſius. Sermo autem in diffinitione animę uniuerſaliter.ſ. abſolute in genere explanabitur, ſm ꝙ dicemus. Nam ex his quę ſunt manifeſta, eſt ꝙ vnumquodq; corpus naturale eſt compoſitum ex heiule.i.ex materia, & ex forma. Ex ꝓprietatibus vero ipſius heiule ẽ, ꝙ per ipſam patiatur corpus naturale per ſe. Enſis enim non incidit per ferrum ſuum, immo propter acuitatem ſuam, quę eſt forma ipſius: & non patitur ſeu non frangitur niſi ꝓpter ferrum ſuum, non propter acutiem ſuam. Et ex proprietatibus eius etiam eſt, quoniam corpora non differunt per eam.ſ.per heiule. Terra enim nõ differt ab aqua per materiam eius, ĩmo per formam ſuam, Et ex eis eſt, ꝙ ipſa.ſ.materia non cõfert uel non tribuit eſſentiam propriã corporibus naturalibus, niſi in potentia. Homini enim non ineſt humanitas actu acquiſita ab elementis quatuor, ſed in potentia. Proprietas autẽ formę eſt, ꝙ per eam corpus conſequitur operationem ſuã, quoniã enſis non incidit per ferrum, ſed per acutiem: & corpora non ſunt diuerſa, niſi per ipſam, ſ.formam. Terra enim non diuerſificatur ab aqua, niſi per formã ſuam. per materiã uero ipſius non. Et corpora quidem naturalia non acquirunt eſſentiam ſuam actualiter, niſi a forma: homo enim non habet humanitatem actu, niſi a forma ipſius, non a materia elementorũ qua-

C tuor. Sed declinemus parumper ſeu faciamus ſermonem faciliorem parumper: & dicamus, ꝙ corpus uiuens eſt corpus cōpoſitum naturale, quod diſtinguitur a non uiuente per animā ſuam, non per corpus ſuum: & anima eius eſt in ipſo, et illud, quod eſt in aliquo, & eſt forma eius: eſt forma: anima igitur eſt forma. Et formæ quidem ſunt perfectiōes: per eas enim complentur, & perficiūtur eſſentiæ rerum: Anima igitur eſt perfectio. Perfectiones uero ſunt ſm duas diuiſiōes: aut enim ſunt principia operationum, et impreſsionū, aut ſunt ipſęmet operationes, & impreſsiones. Et una quidem iſtarū duarum eſt perfectio prima, & alia eſt perfectio ſecunda. Principium itaq; eſt prima. ſ. perfectio, & ſecūda eſt operatio, & impreſſio: quare anima eſt perfectio prima, quoniam ipſa eſt princi-
D pium non procedens a principio. Et ex perfectionibus qdem ſunt quædam inhęrentes corporibus, & quædam ex eis inhęrent ſubſtantię non corporeę. Anima autem eſt perfectio prima corporis: Corporum uero quędam ſunt artificialia, & quędam ſunt naturalia. Et anima non eſt perfectio corporis artificialis: quare ipſa eſt perfectio prima corporis naturalis. Sed corporum naturalium quędam ſunt, quę perficiunt operationes ſuas cum inſtrumentis ſeu organis mediantibus: & quędam nō perficiunt operationes ſuas mediantibus organis ſeu inſtrumentis, ſicut corpora ſimplicia, & operationes, quę
E fiunt per dominium uirtutum ſimplicium. Et ſi uoluerimus, dicamus, ꝙ corporum naturaliū quędam ſunt, quibus ineſt uirtus, ita ut ab eſſentia ſua per ſe proueniant operationes ui-
F tales: & quędam eorū ſunt, quibus non ineſt illud. Amplius anima non eſt perfectio partium ultimarū uel membrorū ultimorum. quæ ſunt duorum modorum uel duarum diuiſionū prædictarum. Completa igitur diffinitio ipſius animæ eſt, ut dicamus, ꝙ ipſa ſit perfectio prima uel actus primus corporis naturalis organici. Et ſi uoluerimus, dicamus, ꝙ anima eſt perfectio prima corporis naturalis potentia uitam habentis, ideſt a quo proueniūt operationes uitales in potētia. Iam igitur diuiſimus animam in genere: & diffiniuimus ipſam. & hoc eſt quod declarare uoluimus.

Declarationes ſuper ſecundo capitulo.

INVENTA eſt ergo uirtus animæ ordinata uel demonſtrata ſe- A
cundum conſiderationem communis & proprij, & ſecũdum ordinationes
uel ordines tres &c.

Pro declaratione iſtius ſciendum, ꝙ primus ordo fuit uirtutis motiuæ,
quæ eſt magis cõmunis, quàm appræhenſiua, & quàm rõnalis, & per hanc
uirtutem magis cõmunem, inuenta eſt uirtus plantatiua uel uirtus animæ
uegetatiuæ. In ſecundo ordine eſt uirtus appræhẽſiua, quæ eſt minus cõ-
munis, quàm motiua, & magis cõmunis, quàm rationalis, & per talem uir
tutem appræhenſiuam ſcitur uirtus animalis ſeu uirtus animæ ſenſitiuæ.
In tertio uero ordine eſt uirtus rationalis, quæ eſt minus cõmunis, quàm
motiua, & quàm appræhenſiua, & per talem ordinem ſcitur, & inuenta
eſt uirtus animæ intellectiuæ. NON acquirunt eſſentiam actualiter, niſi B
à forma. i. non acquirunt eſſe ſpecificum actualiter niſi à forma. Sed decli
nemus parumper &c. QVOD corpus uiuens non diſtinguitur à nõ ui C
uente, niſi per animam, quæ eſt in ipſo. Et illud, quod eſt in aliquo, & eſt
forma eius, eſt forma, Anima igitur eſt forma. Iſta conſequentia declara-
tur, nam ſi corpus uiuens diſtinguitur à non uiuente per animã, quæ eſt in
ipſo, ergo anima eſt in ipſo corpore uiuẽte. Item ſequitur, ꝙ anima ſit for
ma eius, nam ſupradictum eſt, ꝙ corpora compoſita non differunt per ma
teriam, ſed per formam. Si ergo corpus uiuens per animã differt à non ui-
uente, ergo anima eſt. Et ſi anima eſt in corpore uiuente, & eſt eius for-
ma, ſequitur, ꝙ anima ſit forma, & quia forma eſt perfectio, ſequitur, ꝙ
anima eſt perfectio: &c. Quare anima eſt perfectio prima: quoniam
ipſa eſt forma, & principium non PROCEDENS à principio, ſupple D
exiſtente in corpore eius, cuius eſt forma: licet enim anima deforis ueniat,
ut infra declarabitur, & emanet à diuina prouidentia, tamen in corpore
eius, cuius anima eſt forma, ipſa anima eſt primũ principium omniũ ope-
rationum, & ſupra ipſam animam non eſt aliud principium. Anima ergo
in corpore eſt principium non procedens ab alio principio. Spiritus enim
animales in cerebro ſunt principium operationũ animaliũ. Quod quidem
principium procedit à principio alio exiſtente in corpore, puta à corde,
& ab anima. Spiritus enim ſunt principia inſtrumẽtalia. Anima uero eſt
principium principale in corpore non procedens &c. ET OPERA- E
TIONES, quæ fiunt per dominium uirtutum ſimplicium. i. & opera-
tiones, quæ fiunt propter dominium alicuius qualitatis elementorum in
mixto exiſtẽtium, ſicut opium, & magnes, & ſimilia. Talia enim nõ agũt.
neque operantur mediantibus organis, & inſtrumentis corporeis, ſed ſolũ
mediante qualitate, aut proprietate, quæ recipitur in mixto mediante cõ

plexione in qua aliqua qualitatũ elementorum dominatur,& proprietas F eſt qualitas ſimplex non corpus organicum. AMPLIVS anima non eſt perfectio membrorũ diuiſionis ultimorũ. Pro declaratione iſtius notandũ ꝗ Auicenna dixit ſupra,ꝗ corporum naturalium quædam perficiunt ſuas operationes cum inſtrumentis organicis.& quædam non perficiunt operationes ſuas cum inſtrumentis organicis,alia diuiſio fuit,ꝗ corporũ naturalium quædam ſunt,quibus ineſt uirtus,ut ab eſſentia ſua proueniat operatiões aiuanye,ideſt uitales:& quædam eorũ ſunt,quibus nõ ineſt illud. Membra igitur ultima ſeu partes ultimæ diuiſionũ prædictarũ ſunt iſtæ, uz primũ,ꝗ quædam corpora naturalia nõ perficiũt operationes ſuas cũ inſtrumentis,& hoc fuit pars ultima diuiſionis primæ. Aliud membrum ultimum diuiſionis ſecundæ fuit,& quædam eorum ſunt,quibus non ineſt illud.ſ.ut ab eſſentia ſua proueniant operationes uitales. Anima ergo nõ eſt perfectio corporum naturaliũ,quæ non perficiũt operationes ſuas mediantibus inſtrumentis organicis,neque eſt perfectio corporũ naturalium, quibus non ineſt uirtus,ut ab eſſentia ſua proueniãt operationes uitales. Completa igitur diffinitio animæ eſt,ut dicamus,ꝗ ipſa ſit perfectio prima uel actus primus corporis naturalis organici. Et hæc eſt diffinitio ſecundum primam diuiſionem.ſ.ſecũdum membrũ primũ diuiſionis primæ. Et per hoc quod dixit Auicenna,naturalis organici intellexit habẽtis uitam in potentia. Corpora enim naturalia,quæ non ſunt organica, neque perficiunt operationes ſuas mediantibus inſtrumentis organicis,non habent animam,ut dictum eſt,neque habent uitam in potentia. Et ſi uoluerimus,dicamus,ꝗ anima eſt perfectio prima corporis naturalis habentis uitam in potentia,& hæc eſt diffinitio ſecundum primũ membrũ diuiſionis ſecundæ. Vel dicendum ꝗ Auicenna inueſtigauit hanc ſecundam diffinitionem animæ, quia ipſa eſt cõis animæ corporum cæleſtium, & animæ hominum,& brutorum,& plantarum,ut patet intelligenti:ſed diffinitio prima non eſt cõmunis animæ corporũ cæleſtium,quia licet anima ipſorũ ſit perfectio corporis naturalis habentis uitã in potentia, tamen non eſt perfectio corporis naturalis organici,quia aĩa cæli in ſuis operationibus nõ utitur organo,ut patet &c. Et infra capitulo quinto declarabitur,q̃liter corpa cæleſtia ſint animata. Et Auicẽna uult,ꝗ per hoc,ꝗ dixit habẽtis uitam in potentia,intelligatur,ꝗ tale corpus naturale, cuius eſt perfectio prima, ſit organicum,eo quia corpus naturale non poteſt habere uitam in potentia,ita ut ab eo proueniant operationes uitales,et animales, niſi corpus tale ſit organicum.

Nota ꝗ ab auctoribus arabicis aſſignatur diffinitio particularis cuiuſcunq; animæ hoc modo,uidelicet. Anima uegetatiua eſt perfectio prima

corporis naturalis organici ſecundum q ex ipſa procedunt operationes nutricationis & augumenti & generandi ſibi ſimile. Anima ſenſitiua eſt perfectio prima corporis naturalis organici, ſecundum quam fiunt operationes nutricationis & augumenti & generandi ſibi ſimile, & operationes motus uoluntarij progreſsiui, & operationes ſenſus et apprehẽſionis. Anima intellectiua eſt pfectio prima corporis naturalis organici, ſecundũ quã fiunt operatiões nutricationis, & reliquæ operaiões, quæ cõpetũt animæ ſenſitiuæ: & cũ hoc operationes apprahenſionis uniuerſalium.

Capitulum tertium, ꝙ nulla anima adueniat ex mixtione elementorum, ſed ſit adueniens ab extra.

RES diuerſę quotieſcunq; componuntur, accidit compoſito ex eis forma declinans quidem aut ad aliquam ex formis ſimplicium, aut non ſic declinans. Q, ſi non fuerit ita, tunc aut non eſt declinans ad aliquam ex formis ſimplicium propter reſiſtentiam ęqualitatis uel ęqualis quãtitatis ipſorũ: aut non declinans ad aliquam ex formis ſimplicium prędictorum: ſed ſit forma addita ſupra id, quod exigũt formę ſimplícium ſm conſiderationem earũ cum ſimplicibus, & ſm con- A
Alia litera. a. cõpoſitiõe. ſiderationem earum cum [a] [compoſito.] Et exemplum quidem primæ diuiſionis, eſt ſicut cibus declinans ad amaritudinem apud compoſitionem eius ex aloe ſuperante, & melle ſuperato. Exemplum uero ſecundæ diuiſionis eſt, ſicut color B cineritius, aut color glaucus coęqualis proportionis ad extremũ albedinis, & nigredinis[b] [ipſis ad inuicẽ reſiſtẽtibus] apud eorum compoſitionẽ. Exemplum autem tertię diuiſionis ex C
Alia lra. b. aduenies apud compoſitionẽ vel mixtionem amborum ad ſe inuicẽ reſiſtẽtium. prædictis diuiſionibus eſt, ſicut ſculptura ſigilli accidens luto compoſito ex terra ſicca & aqua fluida apud permixtionem ipſorum. Notum eſt autẽ ꝙ ſculptura adueniens in luto, non eſt ſm exigentiam formarũ ſimplicium: neq;, ſi cõſideraueris, ſm ſimplicia, neq; etiam, ſi cõſideraueris, ſm compoſitionem. Et manifeſtum quidem eſt, ꝙ diuiſio prima, quũ fuerit cadẽs inter ſimplicia contrariarũ formarum, non ſm mixtionẽ, ſed D ſm complexionalem permixtionẽ: tunc in contrario ſuperato non eſt inuenta proprietas eius in eſſentia ſua, aut in im-
Impſſione. i. operatione. preſſione ſua, propter prohibitionem aduentus duorum cõtrariorum in uno loco uel ſubiecto ſimul: immo finis operationis

rationis eius fuit, ut accidat remiſsio, & diminutio[a] [contrarij] dominantis, ſolummodo. Et notum eſt ēt, ꝙ diuiſio ſecunda quotienſcunq; reperiretur, tunc neceſſaria eſſet ęquatio, & ęqualitas in his, quæ requirunt operationes formarū ſimplicium, & quæ requirunt paſsiones ipſarum. Et notum eſt, ꝙ quū inuenitur diuiſio tertia, tūc ipſa non aduenit ex[b] [habente compoſitionē], cum non habeat ipſam, neq; ſm conſiderationem formæ ſimpliciū, neq; ſm[c] [compoſitionē]. Ipſa igitur eſt aduenìens ab extra. Cumq; premiſerimus iſta p̄miſſa, neceſſarium eſt, ut procedamus in intentione noſtra, & dicamus, ꝙ anima nō aduenit niſi corpori compoſito ex cōtrarijs formis: quare non euacuatur, quin aduentus eius ſit ſm vnam

E duarum trium diuiſionū. Verum non eſt ex diuiſione prima, et ſi nō, tūc eēt caliditas, aut frigiditas, aut ſiccitas, aut humiditas, in quibus cadit (quęcūq; illa ſit) diminutio aliqua. Et quo modo tunc eſſet diſpoſita, uel preparata aliqua iſtarum uirtutum, ut proueniant ab ipſamet operationes animę cū aduentu diminutionis compoſitionalis in ea, & nō fuerit diſpoſita uel preparata in hora, qua ipſa habebat complemētum ſuum uel †perfectionē ſuam & uirtutem ſuam: imo qualiter moueret aliqua ex eis? & patet, ꝙ nō moueret, niſi ad vnā partē ſolum.

F Et quare eſſet tunc neceſſarium illud, quod exigit prohibens cum motibus animæ, ita ut prohibens ipſarum cauſet debilitatem, ſi in[d] [rebus, quę habēt unam operationē] per ſe, nō cadit prohibens? Neq; anima eſt diuiſio ſecunda, cum inuentio diuiſionis ſecūdę ſit ex eis, quę ſunt impoſsibilia. Et illud, qm̄ elementa quotieſcunq; componuntur ſm ęqualitatem uirtutum, neceſſario facit illud deſtructionē omnium impreſsionū uel operationū proportionatarū uel conuenientium unicuiq; eorum: & non erit poſsibile, quando dimittuntur ſm compoſitionem prędictam, ꝙ moueātur, neq; ad partem ſuperiorē, aliter tunc caliditas eſſet dominās, & frigiditas ſuperata, neq; ad partem inferiorem, aliter tunc frigiditas dominaret, & caliditas eſſet ſuperata: imo non eſſet poſsibile, ut quieſceret in vno vbi, vel in uno locorum quatuor naturalium, aliter tunc natura attrahens ad ipſum dominaretur in eo. Et iam dictum

Alia litera a. virtutis.

Alia litera. b. eſſentia cō poſiti.

Alia litera. c. cōſiderationem compoſitionis.

†. pfectionē ſuam & uirtutem ſuam. ſ. perfectā non diminutam.

Alia litera. d. impreſſiōe uel in operatiōe rei vnius.

eſt: ꝙ elemēta oīa ſunt ęqualia in dñio, et dñato, vel ſunt equalia in eſſe ſupans et eſſe ſupatū, qđ eſt falſum: tunc.n, hoc corpus.ſ.talr̃ cōpoſitū: neq; quieſceret, neq; moueret. Sed oē corpus contētū eſt corpus, aut quieſcens, aut motum: quare hoc etiam erit falſum: & quod perducit ad falſitatem, eſt falſum: quare ſermo qui dicit ꝙ poſſibile eſt elementa componi & cōmiſceri ſm ęqualitatem uirtutum, eſt ſermo falſus: quare eius contradictorium, quod eſt ſermo noſter, probās quod illud ſit impoſſibile, eſt uerum. Non ergo aduenit anima ſm ſemitam diuiſionis ſecūdę: quare ipſa aduenit ſm diuiſionem tertiā. Ipſa igitur aduenit ab extra, quare anima aduenit ab extra, & hoc eſt quod uolumus declarare

Declarationes ſuper tertio capitulo.

ET EXEMPLVM *quidē primæ diuiſionis &c. Nota ꝙ Auicēna exemplificās in artificialibus primo exemplificat, ꝙ forma compoſiti naturalis ſit declinans ad aliquam ex formis ſimplicium componentium ipſum compoſitum, ſicut ſi fiat medicina compoſita ex melle & aloe ſimul permixtis, & quantitas mellis in eo ſit modica: Quantitas uero aloes ſit plurima, tunc forma iſtius cibi compoſiti, & accidentia declinant ad formam aloes, & ad saporē ipſius.* EXEMPLVM *autem ſecundæ diuiſionis &c. id eſt exemplum ſecundæ diuiſionis, quæ fuit, ꝙ compoſitū nō fuit declinans ad aliquam ex formis ſimplicium, aut eſt, propterea ꝙ in tali compoſito partes componentes ſunt equales, & qualitates eorum ſunt æquales, unde propter reſiſtentiam partium æqualium in quantitate, & uirtute, mixtum non declinat ad aliquam ex formis componentiū ipſum, ſicut ſi miſceatur color albus cum nigro equaliter, tunc color iſtius mixti non declinat, neque ad album neque ad nigrum, propter reſiſtentiā æqualitatis, & fit ſicut color cinericius, & licet ſic artificialiter poßit fieri talis color reſultans ex partibus diuerſis prædictis, quarum quelibet ſeruat ſuam formam, & ſuum colorem: & una iſtarum non agit in aliam, neque repatitur ab alia, tamen naturaliter non eſt poßibile dari mixtum complexionatum compoſitum ex elementis equalis quantitatis ad inuicem refractis &c. cuius forma ſit media, ſicut de colore dictum eſt, ut infra Auicenna declarabit.* EXEMPLVM *uero tertiæ diuiſionis &c. hic Auicenna ponit exēplum tertiæ diuiſionis, ſeu tertiæ membri diuiſionis, quod fuit, aut forma compoſiti non eſt declinans ad aliquam ex formis ſimpliciū prædictorū, ſed forma illi aduenicns eſt forma addita ſupra id, quod exquirunt formæ ſimplicium componentium &c. & eſt forma ab extra ad-*

ueniens. Exemplum in artificialibus, ſicut ſculptura uel impreßio ſigilli accidens luto compoſito ex terra ſicca & aqua fluida apud permixtionē ipſorum amborū. Pro declaratione iſtius exempli nota, q̃ in oriente conſuetudo erat apud antiquos, & uſque hodie obſeruatur Damaſci, q̃ quoties nomine regis, aut alicuius, ſigillare uolebāt domum clauſam, ne quis abſque licentia regis aperiat ipſam domum clauſam, aut ne accipiat res in ea exiſtentes, permiſcebant lutum uel terram ſiccam cum aqua, & talem terram ſic permixtam cum aqua applicabāt portæ domus ſuper clauſuram, & poſtea cum ſigillo magno regis ex ligno, aut ferro conſtructo, imprimebant in luto illo ſuper clauſuram portæ applicato figurā ſigilli, & in partibus diuerſis luti prædicti imprimebant ſigillum regis: Quod quidem lutū ſic impreſſum à ſigillo regis exiccabatur ex ſe, & ſuper clauſuram portæ permanebat breui, ac longo tempore ſecundum uoluntatem regis, aut præfecti ciuitatis. Notum eſt autem q̃ ſculptura ſeu figura impreſſa à ſigillo aduenien s luto prædicto, non eſt ſecundum exigentiam formarum ſimplicium componētiū illud lutum, quia neque aduenit luto illo ſculptura illa ratione aquæ, aut formæ ſuæ, neque ratione terræ, neque ratione compoſiti ex utriſque .ſ. ex terra ſicca, & aqua fluida. Illud enim cōpoſitum, & partes ipſius componentes non exquirunt de ſe aliquam ſculpturam uel figuram: neq; exquirunt de ſe lineationes aliquas figuram terminatam habentes: quare manifeſtum eſt, q̃ ſculptura, & figura, quæ aduenit luto prædicto, non aduenit niſi ab extra ex impreßione ſigilli: quod quidem ſigillum eſt aliud, & quid extrinſecum à luto prædicto, & à partibus componentibus ipſum. D NON ſecundum mixtionem ſed ſecundum cōplexionalem cōmixtionem. Litera arabica habet non ſecundum alachtalat, ſed ſecūdum alemtegiagi, unde alachtalat eſt cōmixtio rerum adinuicē non alteratarum, ſicut eſt mixtio terræ ſiccæ cum granis frumenti. Alētegiagi uero eſt complexionalis cōmixtio, quæ eſt cōmixtio rerum adinuicem alteratarum, ſicut in tyriaca, & in cibo facto ex rebus diuerſum ſaporem, & qualitates contrarias habentibus. Et per hoc exponitur litera, uidelicet non ſecundum mixtionem .ſ. illam, qua mixtibilia ad huc non ſunt refracta, & non ſunt reducta ad unitatem tertiam, ſed diuiſio prima, ideſt compoſitum ex rebus diuerſis, ſit compoſita ſecundum complexionalem cōmixtionem, quæ quidem complexio reſultat, poſtquam elemēta ſunt ad inuicem refracta: & tunc poſt talem refractionem in contrario ſuperato exiſtente in compoſito non eſt inuenta proprietas illi proportionata in eſſentia ſua, neque in impreßione ſua, & hoc propter probibitionē aduentus duorum cōtrariorum in uno loco ſimul: Si enim in compoſito prædicto ex contrarijs quodlibet contrarium haberet ſuam proprietatem,

& impreſsionem, tunc duo contraria in eodem compoſito ſimul eſſent habẽtes ſuã opationẽ, & faciẽtes ſuã impreſsionẽ, qđ eſt falſum et ĩpoſsibile. Cõtrariũ.n. ſupatũ in cõpoſito, licet nõ habeat actu ſuã proprietatẽ, quia eſt ſuperatum, & remiſſa eſt eius qualitas a contrario ſuperante, tamen, quia in compoſito eſt ibi contrarium ſubſtantialiter, ideo ſicut aqua calefacta non habet actu frigiditatem, ſed uirtualiter, & in potentia, ita dicendum de contrario ſuperato in compoſito prædicto, ꝙ non habet proprietatem ſuam actu, ĩmo finis operationis ipſius contrarij ſuperati in compoſito eſt, ut in tempore mixtionis accidat diminutio, & remiſsio uirtutis contrarij dominantis ſolummodo, ita ꝙ in compoſitione ex elementis contrarijs, antequam ex eis reſultauerit complexio, et tertia entitas, contrarium ſuperatum, & minus potens refrangit, & diminuit uirtutem elementi contrarij dominantis. Si enim non remitteretur, tunc non reſultaret complexio, neq; mixtum, quia contrarium dominans uinceret ex toto, & corrumperet elementum, qđ non eſt dominans: quare finis elementi ſuperati uel non dominantis eſt in tempore mixtionis remittere, & diminuere uirtutem contrarij dominantis: ſed poſt complexionem factam, & poſtquam mixtum eſt perfectum, tunc contrarium ſuperatum non habet in eſſentia ſua proprietatem ſuam actu, ſed bene uirtualiter & tale contrarium ſuperatum nullam facit impreſsionem, ſicut facit elementum dominans, qđ mouet mixtum ſurſum, aut deorſum, & mixtum ratione ipſius infrigidat, aut calefacit &c. Et quia dictum eſt, ꝙ in mixto elementa remanent ſubſtantialiter, ſeu formaliter: ſciendum, quòd quidam poſteriores arabici, ut patet in libro arabico, qui dicitur arbor philoſophiæ, tenent, quòd elementa non manent in mixto formaliter. Sed dubitatur ſecundum uiam Auicennæ: ſi enim elementa formaliter remanerent in mixto, tunc qualitates contrariorum elementorum remanerent in mixto, & ſic duo contraria ſimul eſſent in eodem ſubiecto. Reſpondetur, quòd impoſsibile eſt duo contraria remota ſub eſſe intenſo non remiſſa eſſe in eodem ſubiecto. Et notanter dicitur contraria remota, quia album, et uiride non ſunt contraria remota, ſicut album, & nigrum. Dictum eſt etiam ſub eſſe intenſo, non remiſſa, quia contraria r.miſſa, & refracta eſſe in eodem ſubiecto non eſt inconueniens, nam ut ſupra patuit per Auicẽnam, in compoſito ex contrarijs elementis non inuenitur proprietas, neq; impreſsio in elemento ſuperato poſt complexionem factam ex eis. Solum enim elementum dominans operatur, & imprimit, dum mixtum remanet in naturali diſpoſitione, & aliud extrinſecum ei non adueniat: & contrarium ſuperatum in mixto non operatur, niſi antequam complexio perficiatur, tunc enim contrarium ſuperatum operatur remittendo qualitatem contrarij dominantis, ut ex re-

miſsione

miſsione qualitatum, & actione earum ad inuicem reſultet complexio. Perfecta autem complexione contrarium ſuperatum non habet in actu proprietatem ſuam, neq; imprimit, ut ſupra dictum eſt, quare cum contrarium ſuperatum non habeat proprietatem, neq; imprimat, neq; operetur, ſequitur, quòd non impedit operationem contrarij dominantis, & ſic illa duo contraria ſe compatiuntur. Sed uidetur poſsibile, quòd duo contraria poſsint ſimul eſſe, nam ſi miſceatur color albus et color niger, æquali quantitate, reſultabit color medius, ut ſupra dictum eſt, et patet quòd album & nigrum ſunt contraria remota, & ſunt eſſentialiter in illo colore medio, & in ſubiecto, in quo eſt ille color medius, quare ſequitur, quòd duo contraria remota erunt in eodem ſubiecto. Reſpondetur quòd licet ad ſenſum appareat q̃ duo contraria ſint in codẽ ſubiecto, tamen ſecundum ueritatem non eſt ita, quia in illo mixto artificialiter ex colore albo, & colore nigro: partes corporis albi, & partes corporis nigri ſunt ita minutim diuiſæ, quòd uidetur color ille medius eſſe in uno ſubiecto: & ſimiliter uidetur quòd illi duo colores contrarij ſint in uno ſubiecto, & tamen non eſt ita. Nam in parte minutiſsima corporis nigri fundatur nigredo, & in parte minutiſsima coloris albi fundatur albedo, quare iſti duo colores contrarij ſunt in diuerſis corporibus, & diuerſis ſubiectis, licet ad ſenſum appareat aliud ab hoc. Et ex hoc apparet reſponſio ad illud, qđ quis diceret, uidelicet, quòd ſicut ex corpore albo, & ex corpore nigro partibus æqualibus reſultat color ille medius, de quo ſupra dictum eſt, ita ex elementis contrarijs partibus æqualibus reſultat forma media, quæ non declinat ad aliquam formam ſimplicium contrariorum: dicendum, quòd non eſt ſimile de illo colore cineritio artificialiter facto ex duobus contrarijs æqualibus, & de mixto naturali ex elementis contrarijs æquali quantitate. Nam ſi miſceatur corpus album, & corpus nigrum ad inuicem, reſultat ille color non ex actione et paſsione eorum ad inuicem, ſed propter permixtionem partium ita minutarum, quæ iuxta inuicem poſitæ, cauſant illum colorem. Artificiatum autem mixtum naturale non poteſt fieri abſq; actione & paſsione ad inuicem. Si ergo daretur tale mixtum naturale ex elementis contrarijs in æquali quantitate, tunc propter actionem et paſsionem ad inuicem, ſi poſsibilis eſſet talis reactio, & paſsio ad inuicem, duo contraria eſſẽt in eodem ſubiecto, & non in partibus minutis diuerſis ſicut ſupra de colore dictum eſt. Notanter igitur dictum eſt ſi poſsibilis eſſet talis actio et paſsio, quia ubi elementa contraria eſſent æqualiter in qualitate & uirtute, tũc actiones & paſsiones ipſorum eſſent æquales, & ſic propter reſiſtentiam æqualitatis ipſorum non poſſet fieri inter eos actio & paſsio. Et ex his apparet: qualiter diuiſio ſecunda non eſt poſsibilis reperiri, quoniam ſi reperiretur, tunc neceſſaria eſſet æqualitas in his, quæ requirunt operationes formarum ſimplicium, & in his, quæ requirunt paſsiones ipſarum: & tunc

propter reſiſtentiam æqualitatis non fieret actio, & paßio, & ſi per poßibile fieret hoc, tunc duo contraria eßent in eodem ſubiecto. Et patet quod Auicēna exemplificauit ſuperius de diuiſione ſecunda per colorem mediū cinericium, qui quidem color artificioſe factus eo modo, quo ſupra dictum eſt, concedi poteſt, q. ſit poßibilis, nec ad ipſum ſequitur, q. duo contraria ſint in eodem ſubiecto, ut declaratum eſt. Et Auicēna exemplificauit per ipſum colorem diuiſionem ſecundam prædictam, ut manifeſtaret eam, non ut concedat ipſam in mixto naturali, quia impoßibilis eſt, ut ſupra declaratum. Diuiſio uero tertia poßibilis eſt tam in artificialibus, ſicut de ſcultura quæ deforis accidit luto compoſito dictum eſt, quàm in naturalibus, ut infra declarabitur.

VERVM *non eſt ex diuiſione prima, ideſt uerum anima non eſt forma,* E *quæ ſit de prima diuiſione &* SI NON *ideſt ſi aīa quæ aduenit compoſito ex contrarijs formis eſſet ex diuiſione prima ſcilicet eſſet forma, quæ declinat ad formam ſimplicium elementorum, tunc eſſet caliditas, aut frigiditas &c. ideſt anima eſſet aut forma ignis, ad quam ſequitur caliditas, aut forma aquæ, ad quam ſequitur frigiditas, aut forma aeris, ad quam ſequitur humiditas, aut forma terræ, ad quàm ſequitur ſiccitas, in quibus qualitatibus, quæcunq; ſit illa, exiſtentibus in mixto cadit diminutio aliqua ſeu remißio aliqua. Si ergo anima, quæ aduenit compoſito ex contrarijs formis, declinaret ad aliquam formarum ſimplicium, ideſt ad aliquam formam ſeu qualitatem elementorum componentium mixtum, tunc anima haberet caliditatem, aut frigiditatem, aut humiditatem, aut ſiccitatem propriam formæ, ad quam declinat. Et ſicut caliditas, aut frigiditas, & aliæ qualitates elementorum ſunt inſtrumenta, quibus formæ ſubſtantiales agunt: forma enim ignis agit per caliditatem, quæ eſt ipſius inſtrumentum, ſimiliter anima ſi declinaret ad formam ignis aut aeris &c. tunc anima uteretur aliqua iſtarum qualitatum, tanquam ſuo inſtrumento in operationibus, quæ ab ipſa anima procedunt. Cum ergo quælibet qualitatum prædictarum in mixto ſint diminutæ, & refractæ, ut patet, quomodo aliqua iſtarum uirtutum ſcilicet qualitatum elementorum eſſet diſpoſita, ut ab ipſamet ſcilicet qualitate uel uirtute qualitatiua elementorum, tanquam inſtrumento prouenirent operationes animæ, dum talis qualitas in compoſito eſt remiſſa, & diminuta, & hora, qua uirtus qualitatiua elemētorum prædicta habebat complementum ſuum, uel perfectionem ſuam, & uirtutem, ſeu potentiam ſuam perfectam non diminutam, non fuerit diſpoſita ad perficiendas operationes, quas ab anima uidemus prouenire. ſenſus ergo literæ præcedentis eſt, ſi anima declinaret ad aliquam formam ſubſtantialem elementorum, tunc ipſa ſecum haberet caliditatem aut frigiditatem &c. Et uteretur in operationibus ſuis caliditate, aut frigiditate &c. tanquam inſtrumento: Et patet, q. quælibet iſtarum qualitatum*

in compoſito naturali ſunt remiſſæ,et diminutæ.Et tunc quærendum,quo=
modo ſit poßibile,ut aliqua iſtarum uirtutum ſcilicet qualitatiuarum ſci=
licet caliditas,aut frigiditas , dum eſt remiſſa, & diminuta in compoſito,
ſit diſpoſita,ut ab ipſa tanquam proprio inſtrumento proueniant opera=
tiones,& prius talis qualitas,dum erat intenſa in eſſe completo non remiſ
ſo,& potentia eius erat perfecta,non fuerit diſpoſita,ut ab ea proueniant
operationes animæ. Aliter exponitur , tunc eſſet caliditas,ideſt tunc eſſet
caliditas aut frigiditas &c. Supple cauſa inſtrumẽtalis omnium operatio
num animæ,ſicut enim ignis operatur mediante caliditate,& aqua opera
tur mediante frigiditate.Similiter ſi anima declinaret ad formam ignis,
aut aquæ,tunc non operaretur niſi mediante caliditate,aut frigiditate,et
ſic de alijs.Et ita anima non haberet alias operationes ab eis , quas habet
forma aliqua elementorum mediante qualitate ipſorum . Immo qualiter
moueret &c. Immo ſi anima declinaret ad aliquam formam elemẽtorum,
et eſſet forma uel qualitas,aliqua ipſis propria,quærẽdum eſſet, qualiter
aliqua formarum,ſeu aliqua qualitatum ipſorum elementorum moueret
compoſitum,in quo eſſet anima:& patet,ꝙ non moueret,niſi ad unam par
tem:aĩa uero mouet ad diuerſas ptes quare &c.ET QVARE eſſet neceſſa
F rium &c.In hac parte Auicẽna ponit tertiam rationem, per quam demõ
ſtrat,ꝙ animæ aduentus non ſit ſecundum diuiſionem primam , & non ſit
declinans ad aliquam formam uel qualitatem alicui elemẽtorum propriã,
in quibus propter ipſarum refractionem ad inuicem cadit diminutio , &
remißio. Nam ſi anima eßet caliditas aut frigiditas remiſſa uel diminuta
in animali mixto ex elementis,quærendum eſſet,quare et qualiter cum mo
tibus animæ eſſet neceſſarium illud, quod exigit probibens , ita ut prohi=
bens ipſarum cauſet debilitatem &c. Et per probibens in hoc loco intelli
gitur refractio qualitatum elementorum ad ſe inuicem agentium in gene=
ratione complexionis mixti.Patet autem ꝙ huiuſmodi prohibens.ſ. refra=
ctio qualitatum , & reactio ipſarum ad inuicem cauſat debilitatem,ideſt
cauſat remißionem graduum ipſarum,& per conſequens cauſat debilita
tem in operationibus ſuis.Nam qualitas remißa & refracta non ita impri=
mit,ſicut qualitas completa non remiſſa . In qualitatibus ergo elemento=
rum cadit prohibens,quod debilitat operationem ipſarum , & per conſe=
quens debilitat operationem formarum elementorum agentium median=
tibus ſuis qualitatibus . In motibus uero animæ non cadit probibens præ=
dictum.Anima enim habet operationem per ſe . & per conſequens in ipſa
non cadit prohibens debilitans ipſam, & operationes ſuas. Anima enim
in intellectione ſua non debilitatur, immo magis fortificatur eius intelle=
ctio & augumentatur eius uirtus intellectiua ut infra declarabitur cap:
nono.Et licet hoc magis uerificetur in uirtute intellectiua, tamen hoc etiã
poteſt uerificari in motibus animæ localibus uoluntarijs,& moderatis.Et

ſimiliter in motibus animæ ſenſitiuis non ſuperfluis cum obiecto ſenſibili, nõ exceßiuo, non cadit prohibens debilitans uirtutes animæ ſenſitiuas, et motiuas, neq; operationes ipſarum, immo uirtutes animæ, & motus, & operationes ipſius motiuæ, et ſenſitiuæ moderate factæ cum obiecto moderato magis perficiũtur. In motibus ergo animæ non cadit prohibens prædictũ, ſicut cadit in elemẽtis, et in qualitatibus ipſorum ad ſe inuicem agentiũ. Si ergo anima eſſet aliqua qualitas elementorum in quibus cadit prohibẽs, quærendum eſſet, quare & qualiter in anima neceſſario eſſet illud, qđ requirit prohibens prædictum, ideſt qualiter in anima cauſaretur debilitatiõ operationum ſuarum de neceßitate a prohibente prædicto, ideſt ex refractione qualitatum prædicta, quæ exigit talem debilitatem operationum, et cum non reperiatur modus, qualiter in motibus animæ cauſetur debilitas operationum prædicta, et cauſata, a prohibente prædicto, quia in anima quæ habet operationem per ſe, uel in anima, quæ eſt res una per ſe, non cadit prohibens prædictum, quare anima non eſt aliqua qualitas elementorum, neq; aliqua forma ipſorum, neq; declinat ad aliquam ipſarum, & per rem unam per ſe, poteſt intelligi ſubſtantiam, quæ per ſe exiſtit in qua non cadit refractio & remißio, ſicut cadit in qualitatibus actiuis, & paßiuis: aut poteſt intelligi rem per ſe exiſtentem non mixtam alteri, neq; indigens in eſſe ſuo, & in conſeruatione ſua re altera. Et hæc res una per ſe primo modo dicta uerificatur de quacunq; anima, ſed res per ſe ſecundo modo dicta uerificatur de anima intellectiua. Et quare eſſet neceſſarium &c. ideſt ſi anima declinaret ad aliquam formam elementorum, & uteretur in ſuis operationibus qualitate propria ta ipſi formæ elementorum, tunc non moueret niſi ad unam partem, & ſi ſic, quare tunc eſſet neceſſarium illud, quod exigit prohibens cum motibus animæ. ita ut tale prohibens faciat debilitatem ſcilicet in motu facto ab ipſis formis elementorum. Vnde pro declaratione iſtius, ſciendum q; in homine ſunt duæ ſpecies motus, quarum una eſt a natura elementi grauis dominantis ſcilicet deorſum, alia ſpecies motus in homine eſt diuerſa a motu. qui fit ab elemento dominante grauante. Et talis motus eſt motus progreßiuus, ſaltus in ſurſum, & talis motus fit ab anima, quæ quidem quandoq; facit corpus minus graue, ut patet experientia, & reſiſtit grauitati corporis hominis. In homine ergo eſt anima prohibens motum ſeu debilitans motum hominis deorſum, ita ut non ita cito, neq; ita grauiter moueatur deorſum. Si ergo anima in homine, et in alio animali eſſet declinans ad aliquam formam elementorum, & in ſuis operationibus uteretur qualitatibus proprijs formæ elementi, tunc anima non moueret niſi ad unam partem, & tunc non eſſet in homine prohibens motum deorſum, uel debilitans ipſum. Si ergo anima eſſet de diuiſione prima ſcilicet declinans ad aliquam formam ſimplicium, tunc quærendum eſſet, quare eſſet neceſſarium illud, qđ exigit pro-

hibẽs in motibus animæ, ſcilicet motu progreſsiuo, aut ſaltu ſurſum, ita ut prohibens ipſarum, id eſt prohibens uirtutem motiuam elementorum, faciat debilitatem ſeu debilitet motum elementi, ſi in impreſsione uel in operatione rei unius per ſe non cadit prohibens, id eſt, ſi in re una habente unam operationem uel unum motum per ſe tantum, ſicut in elementis & mixtis inanimatis puta lapidibus, non reperitur prohibens motum ipſarum. Quare ergo eſſet neceſſarium ponere in homine, & in animali ponere tale prohibens, & debilitans motum naturalem elementi dominanti in mixto, ſi anima in homine, aut in animali declinat ad formam elementorum, aut qualitatem ipſorum, quæ ſolum habent unum motum per ſe. Anima ergo non eſt de diuiſione prima, ſcilicet declinans ad formam elementorum, neq; eſt de diuiſione ſecunda, ut Auicenna probat. Relinquitur, ꝙ ſit diuiſio tertia ſcilicet, ꝙ anima deforis uenit, & ab extra, ſicut ſculptura aduenit luto compoſito ex terra ſicca, & aqua fluida, & anima aduenit ab extra, ut infra declarabitur: quia aduenit ab intelligentia uel à datore formarum ad hoc deputata. Et ſi quis dicat, ꝙ tunc dator formarum eſſet creator, negatur conſequentia, quia ſicut ſecundum cõmunem ſcolam agẽs particulare diſponens materiam, inducit etiam formam in materia, & non ſequitur ex hoc, ꝙ creat, ita dicendum de datore formarum.

Capitulum quartum de diuiſione uirtutum uegetatiuarum & narratione neceſsitatis uniuſcuiusq; earum.

COrpora animata ideſt habentia animã, cum conſiderantur ex parte uirtutis uegetatiuę ipſorum, inueniuntur cõmunicantia in nutricatione, & differentia in augmentatione & generatione ſibi ſimili. Ex his enim quę nutriuntur, ſunt quę non augmentantur, ſicut ſubſtantia uiuens ultima in cõplemento augmenti, & in tempore ſtatus, aut declinans ab eo cum extenuatione. Verum omne quod augmentatur, nutritur. Et ex eis etiam quę nutriuntur, ſunt quę non generant uel non prolificant, ſicut ſemina quę adhuc nõ ſunt completa uel matura, & ſicut aĩalia quę adhuc non ſunt completa. In omni autem in quo eſt generatio, abſq; dubio pręcedit ad ipſam nutricatio, & diſpoſitio generationis non expoliatur a nutricatione. Amplius, inueniuntur ipſa poſt cõmunitatẽ in nutricatione eſſe cõmunicantia in augmento, differentia uero in generatione uel prolificatione. Nam ex eis quę augmentantur, ſunt quę non generant, ſicut animal non completũ uel nõ perfectum, & uermes, & his ſimilia. Verum in omni, in quo eſt

generatio,antecedit ad ipſam augmentatio: & diſpoſitio gene rationis non euacuatur,uel non expoliatur ab augmẽtatione. Virtutes igitur uegetatiuę ſunt tres: quarum prima eſt nutri- A tiua: & ſecunda eſt augmentatiua: & tertia eſt generatiua. Et nutritiua eſt ſicut principium, & generatiua eſt ſicut finis. & augumentatiua ſicut media ligans finem cum principio. Et corpus quidem animatum non indiget tribus uirtutibus, niſi quoniam uoluntas diuina uel prçceptum diuinum, quoties aduenit ſuper naturam, applicando ipſam in generatione uiuẽ tis compoſiti ex quatuor elementis propter iudicium eius cõ ueniens uel ſic requirens, & natura nõ fuerit ſufficiens, uel nõ poſſit per ſe generare ſeu perficere corpus animatũ [ſubito] imo cum augmentatione paulatim paulatim, & ſubſtantia compoſita compoſitione [animali] fuerit ſuſcipiens reſolu- tionem & fluxibilitatẽ ex natura ſua, & fuerit compoſita ex contrarijs, non tolerans permanentiam, uel non potens rema nere tempore quod ab ea intenditur: fuit neceſſaria uirtus cũ qua poſſet perficere uel augmentare corpus uiuens mediante augmentatione, quare auxiliatur corpus animatum ex gra- tia diuina, uel ex prouidentia diuina cum uirtute augmenta- tiua. Et fuit neceſſaria uirtus qua poſſet conſeruare quãtita- tem corporis animati reſtaurando id quod diminutum eſt ex eo propter reſolutionem, quare auxiliatur corpus animatum ex diuina prouidentia cum uirtute nutritiua. Et neceſſaria fuit etiam uirtus ſeparans ex corpore naturali viuente partem, & conſeruans ipſam, ita vt quando aduenit corruptio corpori, relinquatur poſt ipſum id qđ ſtet loco ipſius. vt perueniatur ex hoc ad permanentiam vel perdurationem ſpecierum, qua- re ſuffragatur, vel auxiliatur ex diuina prouidentia cum vir- tute generatiua. Et oportet vt verificetur, quod virtus aug- mentatiua, quamuis inueniatur ſecundum modum, quem di ximus, ſequi ad nutritiuam, & generatiua ſequi ad augmen- tatiuam: tamen iſta tria in operatione ſua ſuper generationẽ B corporis viuentis, & conſeruationem eius, proprias habent operationes ſuas econtrario illius. Primum enim qđ opera- tur in materia diſpoſita ad receptionem vitæ, eſt virtus gene- ratiua. Ipſa enim [induit materiam primo formam intentã] cum ſeruitute augmentatiuæ & nutritiuę. Cumque adue-

Alia litera. vice vna.

Alr vitali.

Alia litera. primo informat materiã forma itẽta.

nerit in ea perfectio formæ,relinquitur regimen,vel tranſfer
tur regimen ad augmentatiuam , & tunc regit ſeu operatur
in ea virtus augmentatiua,cum ſeruitute nutritiuę: & mouet
eam cum conſeruatione formæ ipſius,ſecundum proportio-
nem dimenſionum,cum motu augmentatiuo ſecundum inten
tionem intentam ex augmentatiua : poſtea ſtat,et dominatr̃,
vel operatr̃ in materia virtus nutritiua. Virtus ergo generati
ua eſt patrona, vel illa cui ſeruitur , & non eſt ſeruiens , & e
contrario ipſius eſt virtus nutritiua: eſt enim ſeruiens, & non
illa cui ſeruitur, Augmentatiua vero virtus eſt vno modo il-
la cui ſeruitur,& alio modo eſt ſeruiens. Virtus autem nutri
tiua quamuis non inueniatur eſſe illa cui ſeruitur inter virtu-
tes animæ,tamen ipſi quandoq; ſeruiunt virtutes quatuor na
turales ſcilicet attractiua,retentiua,digeſtiua,et expulſiua.Et
ſicut illud qđ intenditur in informatione,eſt aduentus formę
in materia ſecundum diſpoſitionem intentam ,non aduentus
C augmentationis & nutricationis, cum non egeat ipſa niſi ꝓ-
D pter aduentum formæ intentæ,& non econtra.Similiter finis
vel finalis cauſa in virtutibus,eſt virtus generatiua, nō virtus
augmentatiua,& nutritiua, quare virtus generatiua eſt præ-
C cedens præceſſione cauſæ finalis.

Declarationes ſuper quarto capitulo.

A VIRTVTES *uegetatiuæ ſunt tres ſcilicet nutritiua , augmentatiua,& generatiua. Sciendum q uirtutes tres prædictæ ſunt potētiæ ipſius animæ uegetatiuæ , & differunt ab ipſa , ſicut accidens a ſubſtantia: & diſpoſitio generationis non expoliatur ab augmentatione præſenti uel præterita. Aliter exponitur ab augmentatione id eſt a materia apta pro augmentatione : Materia enim ſpermatis,quæ eſt neceſſaria in generatione,eſt materia apta pro augmentatione in corpore apta augmentari: Vnde in iuuene in tempore augmenti nocet multo magis coitus ſuperfluus,quàm in ætate conſiſtentiæ,quia in tempore augmenti per emiſsionem ſpermatis ſubtrahitur materia augmenti : Superfluum enim digeſtionis quartæ eſt illud , qđ ſuperfluit a reſtauratione deperditi , & tale in tempore augmenti ultra reſtaurationem deperditi natura aſsimilat complete corpori pro extenſione,& augmentatione . Si uero corpus ſit in ætate conſiſtentiæ, tunc tale ſuperfluum , qđ prius erat materia augmenti,& generationis,reſtat ſolum materia generationis:ſed tamen talis materia licet actu non ſit,tamen eſt apta eſſe materia generationis in corpore apto augmentari. Diſpoſitio ergo generationis non expoliatur ab*

augmentatione, id eſt a materia, quæ eſt apta pro augmentatione in corpore apto augmentari: aliter exponitur uirtus, generatiua non expoliatur ab augmentatione ſicut in plantis uel aliter in actu generationis, quia ut iſra patebit, uirtus augmentatiua ſeruit uirtuti generatiuæ, TAMEN B *iſta tria in operatione &c. proprias habent operatiões econtrario illius, ideſt, licet in generante uirtus generatiua, antequam deueniat ad actum generationis, oportet q; ipſam præcedat agumentatiua, & nutritiua: tamen ipſa uirtus generatiua in actu generationis primo in materia inducit ſpumificationem, & lineationem membrorum, & formam embrionis poſtea extendit, & augmentat, & poſtea talis embrio nutritur, & organizato corpore inducitur anima ſenſitiua poſt uegetatiuam, ultimo introducitur anima intellectiua,* CVM NON *egeat ipſa niſi propter aduentum formæ &c. id eſt eum uirtus generatiua ſeu uirtus informatiua non egeat uirtute nutritiua, & augmentatiua, niſi propter aduentum formæ intentæ: nam ſupra demõſtratum eſt, q; generatiua uirtus non expoliatur a nutritiua, & augmentatiua, Nam ſperma, in quo eſt uirtus generatiua, eſt ſuperfluum quartæ digeſtionis, quare ſperma præſupponit nutritiuam. Dictum eſt etiam ſupra, q; ſemen non maturum, & ſperma animalis iuuenis non completi per augmentationem non eſt aptum generare. Declaratum eſt etiam qualiter uirtus generatiua non expoliatur ab augmentatiua, quare uirtus generatiua, & informatiua non eget uirtute nutritiua, & augmentatiua, niſi propter aduentum formæ, niſi ut ipſis mediãtibus, ut ſupra dictũ eſt, introducatur forma in materia,* ET NON D *econtra: ideſt, & aduentus formæ in materia non intenditur propter nutricationem, & augmentationem.* SIMILITER *finis uel cauſa finalis* E *in uirtutibus eſt uirtus generatiua. hoc intelligitur reſpectu ſpeciei, non reſpectu indiuidui, quia uirtus generatiua in indiuiduo non eſt præcedens præceßione cauſæ finalis, ſicut reſpectu ſpeciei.*

Capitulum quintum de diſtinctione ſermonis in uirtutibus animalis: & narratione neceſſitatis cuiuſlibet earum, & de uirtute motiua.

DIco q; omne animal ſentiens, eſt mobile voluntarium quadam ſpecie motus. & omne animal qđ mouetur ſpecie motus voluntarij, eſt ſentiens: ſenſus enim in eo qđ nõ mouetur voluntarie, eſt inutile non proficuum. & priuatio ſenſus in eo qđ voluntarie mouetur, eſt nociua. Et natura quidem, propterea q; coniungitur cum prouidentia diuina, non tribuit res inutiles neq; nociuas, neq; prohibet neceſſaria et iuuatiua: & forſitan aliquis nobis cõtradicens, dicet q; conchy-

lia ſentiunt,& non mouentur voluntarie. Verum iſta cõtradictio eſt ex eis,quæ velociter remouentur cum experientia. Conchylia enim quamuis non moueantur a loco ſuo ſpecie motus localis inſtrumentalis,cum voluntate tamen ipſa conſtringuntur & dilatantur intra conchas vel conchylia ipſorũ, ſecundum ꝙ oculata fide teſtificauimus. Et iam expertum eſt etiam pluribus vicibus, & conuerſa ſunt conchylia ſuper dorſum ipſorum,ita vt elongaretur locus attractionis cibi a terra, & tunc non ceſſauerunt moueri donec reuerterentur, & ſtarent ſecundum formam,qua facilis eſſet eis attractio cibi a terra cęnoſa. Quum igitur verificatum fuerit nobis hoc, dicamus ꝙ iudicium diuinum, quoties requirit vt generetur animal mobile, voluntarium, compoſitum ex quatuor elementis,& non fuerit ſecurum a nocumentis poſſibilibus ſucceſſiue accidentibus ſuper ipſum,apud motum tribuit ei virturem tactiuam,ita vt fugiat ipſa mediante a loco inconueniẽti,& inquirat cum ea locum ſibi conuenientem. Et propterea ꝙ natura huiuſmodi animalis non excuſatur a nutricatione, & propterea etiam,ꝙ acquirit cibum cum ſpecie voluntatis, & ex hoc etiam,ꝙ ſunt ex ſaporibus, & cibis qui non ſunt ei conuenientes, & quidam ex eis ſunt conuenientes: tribuit ei virtutem guſtatiuam. Et iſte quidem duæ virtutes ſunt iuuatiuæ neceſſariæ in vita. Reliquæ vero ſunt iuuantes non neceſſariæ. Et ſequitur virtutem guſtatiuam in multitudine neceſſitatis,vel in vehementi neceſſitate,virtus olfactiua,cum fuerint odorifera ſignificantia ſuper conuenientiam cibi ſignificatione forti,& fuerit animali cibus neceſſarius,& cibus ipſius non ei adueniat niſi cum acquiſitione, & inueſtigatione, quare diuina prouidentia neceſſariam fecit poſitionem virtutis olfactiuę in plurimo animalium. Et illa quæ ſequitur virtutẽ olfactiuam in iuuamento,eſt virtus viſiua, et modus iuuamẽti ipſius eſt, ꝙ animal mobile voluntarie [ad locum] mouetur ad quædam loca ſicut illa in quibus accenſi ſunt ignes, & mouetur a quibuſdam locis,ſicut a ſũmitatibus montium,& a litore maris, [et ex hoc quandoq; perducitur] ad nocumentũ, quare diuina prouidentia neceſſariam fecit appoſitionem virtutis viſiuæ in plurimo animalium. Illa autem quæ ſequitur virtutem viſiuam in iuuamento,eſt virtus auditiua. et modus

aliter qñ.

Alia litera. quãdoque ex hoc peruenit.

quidem iuuamenti ipſius eſt, ꝙ res nociuæ & iuuatiuæ quãꝗ ſignificantur ex vocibus proprijs ipſarum, quare ex prouidentia diuina neceſſarium fuit ponere virtutem auditiuam in plurimo animalium. Licet iuuamentum iſtius virtutis in ſpecie B
animalium rationabiliũ exiſtimetur eſſe ſuperius ad tres: hęc igitur eſt narratio iuuamentorum ſenſuum quinꝗ exteriorũ. Et propterea, ꝙ plurimum aduentus cognitionis nociui, & conuenientis non eſt niſi cum experimento, ideo ex diuina ꝓuidentia neceſſarium fuit ponere ſenſum communem ſcilicet C
virtutem formatiuam in animali, vt cum ea conſeruentur formæ ſenſatæ: & ponere virtutem memoratiuam vel conſeruatiuam, vt cum ea ſeruentur intentiones appræhenſę ex ſenſatu: & ponere virtutem exiſtimatiuam vel imaginatiuam, vt D
redeat vel reducat cum ea illud, qđ remotum eſt a memoria cum ſpecie motus. Et neceſſarium fuit ponere exiſtimatiuã E
vel cogitatiuam, vt ſtet ſuper veritatem, vel vt cognoſcat veritatem eius, qđ dicit vel imprimit imaginatiua, & falſitatem eius cum ſpecie cognitionis opinatiuę, donec vadat ad memoratiuam. Modus autem neceſſitatis ponendi virtutem motiuam eſt: propterea, ꝙ animalis diſpoſitio non eſt ſicut diſpoſitio plantarum in attractione iuuatiui ex cibis, & expulſione nociui impedientis. Immo ineſt ei illud cum ſpecie acquiſitionis, quare indigetur virtute motiua [propter attractionem iuuatiui, et expulſionem nociui:] Omnes igitur virtutes animalis aut ſunt appræhenſiuæ, aut motiuæ. & motiua quidem F
eſt virtus appetitiua, vel deſideratiua, vel concupiſibilis, quæ eſt [aut mouens ad exquirendum cum electione animali, & eſt virtus appetitiua: aut mouens ad expulſionem, et eſt horribilitas vel abominatio animalis,]& eſt virtus iraſcibilis. Appræhenſiua vero aut eſt exterior, ſicut ſenſus quinꝗ: aut interior, ſicut informatiua, et imaginatiua, & exiſtimatiua, & memoratiua. & virtus quidem motiua non mouet niſi apud co- G
gnitionem firmam virtutis exiſtimatiuæ cum ſeruitute imaginatiuæ. & virtus motiua in animali non rationali eſt finis. Et illud quoniam non eſt poſita in eo virtus motiua, vt cum ea rectificentur, vel meliorentur cauſæ ſenſus, & imaginationis. Immo non fuit poſita in eo virtus ſenſitiua, & imaginatiua, niſi vt per eas rectificentur, vel meliorentur cauſæ motus.

Aliter. vt adueniat iuuatiuũ & expellatur nociuũ.

Aľr mouens ad exquirendũ illud qđ eligit aïal, & eſt virtus appetitiua: aut mouẽs ad expellẽdũ illud qđ eſt horribile ſeu abominabile aïali.

H In ſpecie vero rationali eſt ſecundum cõtrarium. Non enim
poſita fuit in ipſa motiua virtus niſi vt adueniat ei rectificatio
I ſeu melioratio animæ rationalis intellectiuæ appræhenden-
tis, & non econuerſo. Virtus enim motiua in animali non ra
tionali, eſt ſicut princeps cui ſeruiunt ſcilicet uirtutes inferio-
res: & ſenſus quinq; ſunt ſicut exploratores ſparſi vel ſeparati
in diuerſis partibus: & virtus informatiua eſt ſicut nũcius, vel
tabellarius principis, ad quem concurrunt exploratores: et vir
tus imaginatiua eſt ſicut ſecretarius recipiens nuntios, medius
inter vicarium principis. & inter nuntios. Virtus vero exiſti-
matiua eſt ſicut vicarius principis. & virtus memoratiua eſt
K theſaurus ſecretorum. In planetis autem, & plantis non poſi-
ta fuit virtus ſenſitiua, & imaginatiua, quamuis vnumqd'q;
eorum habeat animam & vitam. Planetæ enim eleuati ſunt ſu
per ipſas. Plantæ vero declinauerunt ab eis.

Declarationes ſuper quinto capitulo.

A MOTIBVS *localibus inſtrumentalibus &c. inſtrumentalibus ideſt cum inſtrumentis ad talem motum deputatis in homine, & alijs animalibus uidemus inſtrumenta appropriata motui locali ſicut pedes &c.* LI-
B CET *iuuamentum iſtius uirtutis in ſpecie animalium rationabilium exiſtimetur eſſe ſuperius ad tres, ideſt ad uirtutem tactiuam, olfatiuam, & guſtatiuam. aliter ad tres ideſt ad olfatiuam, guſtatiuam, & uiſiuam, licet enim quo ad acquiſitionem ſcientiæ ex ſenſibilibus ſenſum uiſus magis diligimus, propterea quia multas, & uarias differentias nobis oſtendit, ut dixit Ariſt. in libro de ſenſu, & ſenſato, tamen quo ad doctrinam, & acquiſitionem ſcientiæ a doctore, ſenſus auditus, & iuuamentum uirtutis auditiuæ eſt maius, quàm iuuamentum uirtutis uiſiuæ ſcilicet* VIRTVTEM
C *formatiuam in animali ut cum ea aggregentur uel conſeruentur formæ ſenſatæ &c, Pro intellectione iſtius nota, q. Auicenna infra circa principium dicit, quare apparet, q. apud nos eſt uirtus, in qua aggregatæ ſunt appræhenſiones ſenſuum exteriorum, & efficitur ſumma ipſarum apud unam formam: Senſus enim cõmunis ſecundum unam formam percipit, in qua forma aggregatur ſpecies coloris, & ſubſtantiæ eius, & ſaporis eius, & ſenſus cõmunis ſecundum illam formam, & ſpeciem appræhendit colorem eius, & ſaporem ipſius, & ſubſtantiam ipſius, quare uerum eſt q. uirtus formatiua, ideſt ſenſus cõmunis, aggregat formas ſenſatas ſubſtantiam ideſt groſsitiem uel ſubtilitatem ipſius, aliter ut cum ea aggregentur, id eſt cõſeruentur formæ ſenſatæ a ſenſibus exterioribus* ET PONERE
D *uirtutem memoratiuam conſeruatiuam, ut cum ea conſeruentur intẽtiones appræhenſæ ex ſenſatis &c. Nota, ut infra declarabitur, q. ſenſus com-*

munis,& phantaſia eſt una uirtus,& phantaſia reſeruat ſpecies ſenſatas
tantum,& fit ſenſus cõmunis:ſecundum hanc poſitionem conſeruant ſpe-
cies ſenſatas:Virtus uero memoratiua,quæ ponitur in parte poſteriori ce-
rebri,conſeruat intentiones non ſenſatas, quæ eliciuntur a ſenſatis, ſicut
ſpecies amicitiæ,& inimicitiæ:tales intentiones conſeruantur in memora-
tiua,& ſiue ponatur phantaſtica diſtincta a ſenſu cõmuni, ut ponunt qui-
dam, tamen ipſa phantaſtica non conſeruat niſi ſpecies ſenſatas:Memora-
tiua uero uirtus in parte poſteriori conſeruat ſpecies, & intentiones non
ſenſatas,& conſeruat etiam ſpecies ſenſatas,ut infra declarabitur. ET D
PONERE *uirtutem imaginatiuam uel exiſtimatiuam ut redeat &c.*
Sciendum ut infra declarabitur capitulo ſequenti, q̧ imaginatiua,cogita-
tiua,& exiſtimatiua in homine ſunt una,& eadem res, ſecundum uero di-
uerſos reſpectus diſtinguntur.Quandoq; autem contingit homini, q̧ obli-
uiſcatur,& remoueatur ſpecies aliqua a memoria,unde homo per imagi-
natiuam,& per diſcurſum aliquem particularem imaginando ubi fuerit,
& quæ ſint illa,de quibus erat ſermo, & ſic cum quadam ſpecie motus re-
dit ſeu reducit illud, qđ erat remotum a memoria, ſeu id qđ erat oblitum,
reducit ad memoriam:Quod autem imaginatiua reducat cum aliqua ſpe-
cie motus ad memoratiuam illud,qđ ab ea erat remotũ,& illud,cuius erat
facta obliuio,patet experientia in iſtis, qui utuntur memoria artificiali,
qui imaginando imaginationes ſuas locatas,& diſcurrẽdo ab una ad aliã
recordantur &c. ET NECESSARIVM *fuerit ponere uirtutem* E
exiſtimatiuam ſeu cogitatiuam,ut ſtet ſuper ueritatem &c. uel ut cogno-
ſcat ueritatẽ.Nota q̧ uirtus cogitatiua in homine ſeu exiſtimatiua in bru-
tis perfectior eſt,quàm imaginatiua. Nã imaginatiua non componit,neq;
diuidit,neq; conſiderat,niſi ſpecies ſenſatas.Cogitatiua autem, & exiſti-
matiua cognoſcit ſpecies ſenſatas, & inſenſatas, & propterea cognoſcit
ueritatem,& falſitatem eius,qđ imaginatiua eſt imaginata.

Notandum circa dicta Auicennæ capitu.5. huius compendij uidelicet.
ET MOTIVA *quidem eſt uirtus appetitiua &c.q̧ per huiuſmodi uer-* F
ba,& ſequentia manifeſtatur uirtus motiua uoluntaria,& per conſequẽs
conſideratur uirtus uoluntaria,& uirtus appetitiua, & iraſcibilis &c.
Et quoniam ab Auicenna ſupra cap.1.dictum eſt, q̧ in animali eſt motus
uoluntarius additus ſupra motum naturalem corporis animalis &c.
Et in hoc cap.5.determinatur de uirtutibus animalis,& de uirtute moti-
ua,ſupple uolũtaria,& dictum eſt,q̧ omne animal ſentiens eſt mobile uo-
luntarium &c.Et dictum eſt etiam,q̧ omnes uirtutes animalis,aut ſunt ap-
præhenſiuæ,aut motiuæ ſcilicet motu uoluntario, poſtquam igitur in hoc
cap.determinatum eſt de neceſsitate,cuiuslibet uirtutum appræhenſiua-
rum,ſenſu exteriori aut interiori,conueniens eſt,q̧ ſubſequenter determi-
netur de uirtute motiua uoluntarie,& per conſequens de uirtute uolũta-
ria,

ria,et appetitiua.Volens ergo Auicenna declarare,quid ſit uirtus motiua uoluntaria,quæ reperitur in animali,dixit.Et motiua quidem uirtus ſupple ſpecie motus uoluntarij repta in animali,eſt uirtus appetitiua,& iraſcibilis,quæ ſub uoluntate continetur,mouet animal motu progreſſiuo diuerſo a motu naturali cauſato in animali a dominio elementi dominantis in ipſo,litera Auicennæ patet intelligenti quare &c.

G ET VIRTVS *quidē motiua ſupple motu uoluntario nō mouet niſi apud cognitionem firmam* VIRTVTIS *exiſtimatiuæ quia uoluntas, & appetitiua non fertur in incognitum. exiſtimatiua uero componit, & diuidit,& iudicat,& diſcernit uerum a falſo, & bonum a malo.* Ideo *poſt talem cognitionem exiſtimatiuæ,uoluntas appetit aut renuit, ſeu abhorret.*ET VIRTVS *quidem motiua in animali non rationali eſt ſicut finis.ſupple ad quam ordinatur in animali ſupraſcripto reliquæ uirtutes ſenſuum exteriorum,& interiorum:* Nam *ſicut declarat Auicenna infra exēplariter,ipſa uirtus motiua in animali nō rationali eſt ſicut princeps, cui ſeruiant ſenſus exteriores,& interiores,ſicut declarat Auicēna,quia huiuſmodi ſenſus nō ſunt poſiti in animali non rationali,niſi ut perficiāt, & meliorent cauſas motus ſupple uoluntarij progreſſiui,& cauſæ quidem motus prædicti ſunt uirtus appetitiua,& iraſcibilis ſupradicta ſub uoluntate contenta.uoluntas autem, & uirtutes prædictæ ſub ea contentæ non fertur in incognitum.Nota q, conciliator particula.10.pblē.15.dixit.In parte enim anteriori fit per ſenſus particulares perceptio ſimilitudinis formarum extrinſecarum qđ tanquam per lucrum per ſeruos partū defertur ſenſui cōmuni ut iudicet,& in hoc cōſtat,prouiſio,& deliberatio agēdorū &c.Quare huiuſmodi uirtutes non exeunt ad actum niſi poſt cognitionē acquiſitam a uirtutibus ſenſitiuis exterioribus,& a uirtute imaginatiua,& exiſtimatiua,q, hoc ſit iuuatiuū proſequendum,& illud ſit motiuum fugiendum.Virtus etiam conſeruatiua ſpecierū iuuatiui, & nociui ſeruit uoluntati,nam quando animal non rationale recordatur cognitionis,q, in loco aliquo ſit res iuuatiua,aut nociua,tunc uoluntas mouet illud animal,& imperat ei,q, proſequatur,aut fugiat rem illam, & ſic de alijs, quare ex prædictis patet qualiter ſenſus exteriores, & uirtutes cerebri ſupradictæ ſeruiant uirtuti motiuæ,& meliorent cauſas motus uolūtarij, et uirtus motiua non meliorat aliquem ſenſum exteriorem,neq; interiorē, neq; ordinatur ad aliquem eorum,neq; ſeruit,ſed eq̄ ad ipſam motiuam uirtutem,quæ eſt uirtus appetitiua,& iraſcibilis ordinantur in animali nō rationali reliquæ uirtutes,quare ipſa uirtus motiua in animali prædicto eſt finis,& princeps,cui reliquæ uirtutes ſeruiunt.*

H IN SPECIE *uero rationali eſt ſecundum contrarium:non enim poſita fuit &c.ex hac litera Auicennæ apparet q, in homine, & in animali rationali uirtus motiua ſupradicta,quæ eſt uirtus appetitiua,et iraſcibilis*

ſub uoluntate contenta non ſint poſita, niſi pro perfectione animæ rationalis intellectiuæ. Nam omnis noſtra cognitio ſecundum philoſophũ habet ortum a ſenſibus, ſicut infra melius declarabitur: ergo ſi ſenſus exteriores, et interiores, non exirent de potentia ad actum ſuarum operationum, anima intellectiua rationalis non acquireret perfectionem in cognitione intellectiua, ſed remaneret imperfecta, ſicut tabula raſa, in qua nihil eſt depictũ. Pro perfectione igitur, & melioratione animæ rationalis intellectiuæ apprehendentis, ideſt, quæ in homine bene diſpoſito eſt apta apprehẽdere, & diſcurrere diſcurſu rationali, neceſſarium fuit ponere in homine uirtutem, quæ moueat ſenſus ſupradictos, & eis imperet, ut exeant ad actũ ſuũ, ut mediantibus huiuſmodi actibus ſenſuum, anima rationalis intellectiua acquirat intellectionem, & perfectionem ſuam: Talis autem uirtus mouens & imperans eſt uirtus uoluntaria continens ſub ſe uirtutem appetitiuã & iraſcibilem, quare uoluntas imperans ordinatur ad perfectionem animæ intellectiuæ ſecundum Auicennam, & per conſequẽs ordinatur ad intellectionem, quæ eſt perfectio ipſius animæ: Actus ergo uolũtatis ſupradictæ ordinatur ad actum intellectus, tanquam ad finem ſuum. Finis autem ſecundum philoſophum nobilior eſt his, quæ ſunt ad finem, quare uirtus uoluntaria, & actus ipſius inferior eſt dignitate, & nobilitate ad uirtutem intellectiuam, & ad actum intellectus. Et ex uerbis Auicennæ ſupradictis confirmatur reſponſio thomiſtarũ tenentiũ, ꝙ uirtus intellectiua, & actus intellectus ſit nobilior, quàm uirtus uolitiua, & quàm actus uoluntatis. Et propter hoc beatitudo in alia uita magis conſiſtit in actu intellectus nobiliſsimo, quo ſimilatur homo ipſi Deo, quàm in actu uoluntatis non ita nobili, ſicut eſt actus intellectus. Et uerba Auicennæ ſupraſcripta confirmant etiam reſponſionem ad argumentum tenentium uirtutem uolitiuam, & actum ipſius eſſe nobiliorem uirtute intellectiua, & actu ipſius, & beatitudinem ſupradictam magis conſiſtere in actu uolũtatis &c. Arguunt.n. Scotiſtæ ſic: uirtus imperans nobilior eſt ea, cui imperatur, ſed uoluntas imperat uirtuti intellectiuæ, ut intelligat: ergo uoluntas eſt ſuperior, & nobilior: & uirtus intellectiua eſt ſubdita imperio uolũtatis: quare eſt inferior uoluntate, & non ita nobilis, ſicut uoluntas, & actus ipſius. Reſpondent tenentes opinionem contrariam, ꝙ uoluntas imperat intellectiuæ nõ pro ſe ſed pro perfectione uirtutis intellectiuæ, ſicut etiã dixit in hoc cap. ꝙ uirtus motiua, & uoluntas in homine poſita fuit pro perfectione animæ intellectiuæ, & pro ipſo actu intellectus, ſicut declaratum eſt: quare uoluntas non eſt ſuperior, & dignior, quàm intellectus ſecundum Auicennã. Tenendo autem uiam oppoſitam, dicendum, ꝙ appetitiua, & iraſcibilis eſt duplex, uidelicet ſenſitiua, & intellectiua, & per conſequens quædam eſt uoluntas ſenſitiua, & quædam intellectiua. His præmiſsis dicatur, ꝙ per uirtutem motiuam, quæ eſt appetitiua, & iraſcibilis, ad quam ordinantur

in animali non rationali uirtutes ſenſuum exteriorum,& interiorum:& in animali rationali ipſa uirtus motiua prædicta ordinatur ad perfectionem animæ intellectiuæ,Auicenna intellexit uirtutem motiuam, quæ eſt appetitiua ſenſitiua, & iraſcibilis ſenſitiua, quæ ambo continentur ſub uoluntate ſenſitiua non intellectiua,licet autem ſecundum Auicennam ex rationibus ſupra aßignatis uoluntas ſenſitiua in homine ordinetur ad perfectionem animæ intellectiuæ,& ſit inferior ad uirtutem intellectiuā, tamen appetitus intellectus,& uoluntas non ſenſitiua, & actus ipſius nobilior eſt uirtute intellectiua,& actu ipſius: & beatitudo in alia uita magis conſiſtit in actu uoluntatis,quàm intellectus,quia beatitudo prædicta, quæ fit ex unione animæ cum Deo,magis perficitur actu amoris, & caritatis,qui eſt actus uoluntatis ſecūdum Auguſtinum,quàm actu intellectus, Bonum autem eſt obiectum uoluntatis, quæ non fertur in incognitum ,& quanto intenditur actus intellectus circa cognitionem ſummi boni, qđ eſt Deus glorioſus,tanto magis intenditur actus uolūtatis,& amoris non ſenſitiui uerſus ipſum Deum,quo amore,& caritate mediante cauſatur beatitudo animæ deſiderata,quæ quidem beatitudo eſt uera,& completa pfectio animæ intellectiuæ.Si ergo beatitudo,& perfectio ultimæ animæ cōpletur actu amoris,qui præſupponit actū intellectus:ſequitur, ꝙ actus intellectus ordinatur ad actum amoris , & uoluntatis,& p cōſequens actus uoluntatis,& appetitus,& amoris non ſenſitiui nobilior eſt actu intellectus.Et quoniam utraq; opinio ſupradicta patitur inſtantias,& conſiderationes in theologia non faciles,ideo huiuſmodi difficultas theologicis relinquatur.Sed mirandum eſt ualde, ꝙ de uirtute uoluntaria, & de operatione ipſius,ſiue ſit nobilior,ſiue non,quàm uirtus intellectiua,et quàm actus eius,philoſophi antiqui excellentiores nō ita diffuſæ, & diſtinctæ ſcripſerunt,ſicut ipſi de uirtute intellectiua,& de ipſius operatione , & de alijs uirtutibus animæ in capitulis proprijs loquuti fuerunt,ut patet ab Ariſt. & alijs,& Auic.in hoc compendio,& in ſexto naturalium nō loquitur de uoluntate,niſi implicite,ſicut ſupra eſt manifeſtū, ubi loquitur de motiua uirtute,& cum uoluntas ſit uirtus animæ realis, non ens rationis, mirum eſt igitur, ꝙ Ariſto.& cæteri philoſophi clarißimi magis īplicite,& ſubcincte ſcripſerint de uirtute uoluntaria, & de operatione eius, quàm de alijs uirtutibus animæ.huius autem dubij deriſionem gratia breuitatis re-
I *linquo ſapientioribus.* ANIMAE *rationalis intellectiuæ apprehendentis,& non econuerſo.i.& non eſt poſita anima rationalis,& uirtus ſenſitiua propter uirtutem motiuam.*

K IN PLANETIS *autem,& plantis nō poſita fuit uirtus ſenſitiua, & imaginatiua,quamuis unumqđq; eorū habeat animā. Planetæ.n. &c. Ex hac litera apparet corpora cœleſtia ſecundū opinionem Auicēnæ eſſe corpora animata,& hoc idē affirmatur ab ipſo in ſua philoſophia , & in*

alijs libris pluribus. Ratio eſt, quia corpus animatum nobilius eſt corpore inanimato, corpora autem cæleſtia ſecundum Auicennam ſunt nobiliora omnibus corporibus in hoc mundo inferiori, quare dicendum eſt corpora cæleſtia eſſe animata, & habere animam, ſicut dixit hic. Auic. Et infra declarabitur cap. x. q. illud, qđ primo fuit creatum, fuit intelligentia, & poſt ipſam anima, deinde corpus cæleſte. Et ſicut ſunt nouem corpora cæleſtia, ita creata fuit in unoquoq; ipſorum anima una, quæ eſt forma ſubſtantialis ipſorum, quæ dat eſſe cuilibet eorum, ſicut anima humana in corporibus humanis. Et quia quælibet huiuſmodi anima corporum cæleſtium, non eſt per ſe intelligens perfecte in actu, ſed in potentia, ſicut anima humana: et ſicut in re difficili, & ſpeculabili anima humana ſecundum Chriſtianos illuminatur a ſpiritu ſancto, ſecundum Auicennam uero illuminatur ab intelligentia uniuerſali, quæ ſe habet ad intellectum humanum, ſicut lumen uiſui, ut in cap. x. huius compendij declaratur: & quia anima cuiuſlibet corporis cæleſtis habet uirtutem motiuam uoluntariam, & uoluntariæ mouet corpus cæleſte ſibi proprium, & huiuſmodi anima ex ſui natura imperfectior eſt, quā ſubſtantia intellectiua abſtracta ab omni corpore, quæ quidē ſubſtantia intellectiua abſtracta uel quæ intelligentia abſtracta actu intelligit omnia ſibi poſſibilia. Anima uero cæli, quæ eſt imperfectior illa non intelligit ſe actu, ſed in potentia, cum ipſa ſit in potentia intelligens. Poſſet igitur anima cæli in cognitione ſua, & in notione ſua errare, quare ipſa indiget intelligentia abſtracta, quæ de ſe intelligit actu perfecte, quantum ſibi conuenit, & eſt poßibile: unde ipſa influit in actu in ipſam aīam cæli cognitionem intellectiuam perfectam, qua mediante intelligit motum cæli debitum, & non erroneum ab eo, qđ conuenit, & ab eo, qđ a Deo maximo intelligitur. Sicut ergo anima hominis in intellectione ſua, & in regendo corpus, & ſe ipſam indiget aßiſtentia luminis intelligentiæ uniuerſalis, ita anima cuiuſq; corporis cæleſtis indiget aßiſtentia intelligentiæ abſtractæ ſibi appropriatæ. Deus ergo ſecundum ordinem naturæ creauit primo intelligentiam uniuerſalem abſtractam, & non appropriatam alicui orbi cæleſti, ſed communem omnibus ſubſtantijs ſuperioribus præter Deum, & ſubſtantijs inferioribus, ſicut in cap. x. huius compendij declarabitur. Et poſt intelligentiam creauit animam cuiuſq; corporis cæleſtis, deinde creauit corpora cæleſtia. Et licet iſta creata fuerint ſimul in inſtanti, tamen huiuſmodi ordo prioritatis, & poſterioritatis eſt ſecundum prioritatem, & poſterioritatem naturæ intellectam ab intellectu. Cœlum igitur ideſt unumqđq; corpus cœleſte ſecundum Auicennam propter rationem ſupradictam habet animam, & uitam, & tamen non habet uirtutem ſenſitiuam, neq; imaginatiuam, licet habeat uirtutem motiuam, neq; etiam habet uirtutem nutritiuam, & augmentatiuā, & generandi ſibi ſimile, quæ quidem uirtutes tres prædictæ reperiuntur in animalibus, & plantis.

Planetæ

Planetæ enim, & corpora cœleſtia non indigent huiuſmodi tribus uirtutibus: Ideo planetæ eleuati ſunt ſuper ipſas ſcilicet uirtutes ſenſitiuas, & uegetatiuas ſupradictas, quia planetæ habẽt uirtutem intellectiuã, quæ pro operatione intellectiua non indiget fantaſmatibus, & ſenſibus, ſicut anima humana. Plantæ uero declinauerunt ab eis ſcilicet uirtutibus ſenſitiuis, quia non ſunt dignæ, neq; diſpoſitæ, ut habeant cognitionẽ ſenſitiuã.

Circa prædicta dubitatur, utrum anima cœli mouens corpus cœleſte motu uoluntario indigeat organo corporali. Secundo utrum anima cœli habeat uirtutẽ ſenſitiuam. Tertio utrum diffinitio animæ aßignata ab Auicenna ſupra conueniat animæ cœli.

Capitulum ſextum de diſtinctione ſermonis de ſenſibus quinq;, & qualitate appræhenſionis ipſorum.

IN virtute quidem viſiua iam diuerſificati ſunt philoſophi, qualiter fiat eius appræhenſio. Quidam enim eorum exiſtimauerunt ꝙ viſus non appræhendat niſi cum radijs egredientibus ab oculo peruenientibus ad ſenſata viſibilia, & hæc via ſeu hæc poſitio fuit Platonis philoſophi. Alij uero exiſtimauerũt, ꝙ uirtus foramtiua ꝑuenit per ſe ad ſenſibilia viſibilia, & appræhendit ea. Et dixerunt quidam alij, ꝙ appræhenſio viſiua fit cum aduentu, vel impreſſione ſpecierum ſenſibiliũ, viſibilium ad humiditatem glacialem oculi mediante corpore diaphano actu ſuper qđ lumen diffuſum fuerit, aduentu ſimili, quo formæ ſeu ſpecies imprimuntur in ſpeculis. Et ſi quidem ſpecula haberent virtutem viſiuam, appræhenderent formas ſeu ſpecies rerum eis aduenientes, vel in eis imprimentes. & hæc poſitio fuit Ariſtotelis philoſophi. et eſt ſermo cõtinens veritatem. Falſitas vero, & confutatio ſermonis, quẽ dixit Plato, eſt manifeſta. Si enim radij egrederentur a uiſu, et ad ſenſata peruenirent, tunc viſus non indigeret lumine exteriori, immo appræhenderet vel videret in obſcuro, vel in tenebris, immo etiam illuminaretur aer apud egreſſionem, vel A extramiſſionem ipſorum in tenebris. Verum huiuſmodi radij non euacuantur quin aut ſint eorum ſubiectum, oculi tantum, quare tunc ſermo Platonis cum egreſſione ipſorum, ab oculo erit falſus. aut ꝙ ſit ſubiectum ipſorum corpus aliud a corpore oculi. Cum neceſſarium ſit eis illud, qđ ipſos deferat & ſubſtentet. Radius enim eſt qualitas accidentalis, & illud

ipſorum. ſ. radiorũ ab oculo.

quidem corpus non euacuatur, quin aut ſit exiens, vel extra miſſum ex oculo, & tunc oportebit, ꝙ oculus nõ videret omnia, quæ ſunt ſub cœlo claro, quia corpus non penetrat in corpus totaliter vel ſecundum totum, niſi permutetur localiter, & relinquat poſt ſe locum eius. Et forſan aliquis impugnans defendet ponendo vacuum. Verum Plato negauit vacuum dari vel reperiri penitus. Et ſi conceſſerimus reperiri vacuum ex ſuppoſitione vel ex admiſſione, tunc corpus illud ex oculo exiens non penetraret in corpore aquæ niſi in quibuſdam foraminibus, vel in quibuſdam concauitatibus vacuis, & non in qualibet parte magnitudinis eius, quare oportebit ſecundum hunc ſermonem, ꝙ non videat oculus niſi quędam foramina, aut quaſdam concauitates, quæ ſunt ſub aqua: Aut erit quidẽ corpus ſupradictum medians inter uiſum, & rem viſam, & in ipſo ſubſtentatur vel ſubijcitur lumen ab oculo egrediens. ſed iſte ſermo etiam non eſt verus. Nã quælibet res in loco propinquo ſuæ originis, vel ſui principij eſt fortior, & præſertim luminoſi: q̃re ſequitur ex hoc, ꝙ corpus viſibile quotieſcunq; B approximatur oculo appropinquatione proxima: tunc appræhẽſio ipſius erit fortior. Licet igitur remouerimus corpus medians, tamen appræhendet oculus ſenſibilia ipſius, & non erit ei neceſſarium medium deferens lumen, vel medium, qđ eſt ſubiectum luminis, niſi per accidens: & tunc viſio non indigebit egreſſione luminis: & hoc eſt falſum. Sermo igitur Platonis eſt reprobatus. Illi autem qui dixerunt, ꝙ appræhendens rem ſenſibilem, ſeu viſibilẽ, ſit virtus informatiua per ſe, vel per eſſentiam ſuam [cum aduentu formæ ſenſatæ, vel ſpeciei rei ſenſatæ ad ipſam.] Iam poſuerunt abſcondita, vel abſentia tanquam præſentia, cum in virtute informatiua iam inuenta ſit forma, vel ſpecies ſenſata cũ abſentia ſenſibilis ab ea abſq; ꝙ [viuenti tunc attribuatur viſio. Sed attribuitur emaginatio ſolum: et rememoratio.] Verum iſti compoſuerunt falſitatẽ maiorem iſta. Poſuerunt enim generationem oculi, & compoſitionem eius vanam, & abſq; vtilitate, & ꝙ non indigeat ipſo oculo præhenſio viſiua, cum virtus formatiua [apprçhendat per ſeipſam ſenſata] & ſufficiat natura per ſe abſq; labore præparationis inſtrumenti, vel & excuſatur natura a labore præparationis, vel operationis inſtrumẽti. Veritas igitur eſt,

Alia litera. cũ ipreſſiõe ſpẽi ſenſibilis in eam &c.

Alia litera. iudicetˀ tũc ꝙ viuẽs videat ſed bñ iudicatur ꝙ imaginetˀ aut rememoretur &c.

Alia lr̃a. pueniat p̱ ſe ipſam ad ſenſibilia &c.

ꝙ ſpecies rerum extenduntur, vel diffunduntur in diaphano, quum actu fuerit diaphanum apud effuſionem luminis ſupra ipſum, & non manifeſtatur hoc niſi in corpore terſo recipiente ipſam, ſicut ſpeculum, & quæ ſunt illi ſimilia. Et in oculo quidē eſt humiditas glacialis, ad quam perueniunt, vel in qua imprimuntur formæ, vel ſpecies rerum peruentione qua ad ſpeculum perueniunt, Et iam in ea locata eſt virtus viſiua: Cumq; ad ipſam peruenerint appræhendit ipſas. Et appræhēſibile quidem viſus, vel & obiectum viſus in veritate eſt coloratū. Virtus autem auditiua audit[voces. Et vox]quidem eſt motus aeris, quem ſentit auris apud percuſſionem, vel cōcuſſionem, vel concurſum duorum corporum, durorum, planorum, vel lenium ad inuicem concuſſione veloci, vel cōcurſu veloci, & ſeparatiōe, vel excuſſione aeris ab eo, qđ eſt inter ea ambo. Vnde auris percutitur, & mouetur aer incluſus, vel locatus in inſtrumento ſenſus auditus. Nam quū ipſe mouetur, & imprimitur motus eius in neruo auditus, appræhendit ipſum virtus, ſecundum ipſius formam, vel figuram, et non poſita fuit cōditio duriciei, niſi, quoniam corpora mollia nō excutiūt a ſe aerem cum fortitudine: immo ſpargitur aer, vel retinetur aer in concauitatibus ipſorum. Et poſita quidē fuit conditio planiciei, vel æqualitatis, vel lenitatis ſeu diſpoſitionis contrariæ aſperitati: quia corpora non lenia, vel non plana, minime quidē excutiunt aerē a ſe totaliter ſeu velociter cum fortitudine. Immo retinetur aer in orificijs, et cōditio velocis concuſſionis non poſita fuit, niſi quoniam quum mollis & tarda fit cōcuſſio, non excutitur aer cū fortitudine. Echon vero cauſatur ex miſsione, vel expulſione aeris concuſſi, vel expulſi a duobus corporibus ad ſe inuicem concuſſis, vel cōconcurentibus propter obuiationem ipſius fortem, vel occurſum ipſius vehemētem ad corpus aliud durum latum aut cōcauum repletum aere. Vnde aer contentus in ea prohibet penetrationem aeris excuſſi, vel expulſi, & percutitur ſecundo auris poſt percuſſionem primam, ſecundum formam primā.

Virtus vero olfatiua eſt illa qua odorantur odores apud attractionem aeris, qui a corpore odorifero ſuſcepit odorē, ſicut ſuſcipit corpus a corpore calefaciente calefactionem ipſius. Quum enim animal attrahit huiuſmodi aerem in naribus

puenerint. ſ. ſpēs viſibilis.

Alia litera. ſonos. Et ſonꝰ

ita,vt tangatur ab eo pars anterior cerebri, & alteret ad eius odorem,ſentit ipſum virtus olfatiua. Guſtus autem non fit niſi apud alterationem humiditatis inſtrumenti guſtus in lingua ad ſaporem accidentem,vel aduenientem,& receptionē, vel paſſionem corporis inſtrumenti ab illo ſapore, & apprahenſionem virtutis guſtatiuæ illius, qđ accidit ī inſtrumēto. Tactus quidem non fit niſi quum inſtrumentum patitur, & recipit a qualitate tangibili,& virtus tactiua percipit, vel apprehendit illud,qđ accidit in inſtrumento. Et omnia quidē ſenſibilia ſimplicia prima ſunt octo paria, & ſi fecerimus ipſa imparia,erūt ſexdecim.Tactus enim ſunt quatuor paria, quorum primum eſt caliditas,& frigiditas.Secundum vero ipſorum eſt humiditas & ſiccitas.Tertium eſt lenitas,vel planitas & aſperitas.Quartum vero ipſorum eſt durities, & mollities. Vnicuiq; autem reliquorum quatuor ſenſuum ineſt par vnum.Olfatui enim ex eis ineſt par vnum, ſcilicet odor bonus,& odor fætidus,vel malus. Guſtui quoq; par vnum, & eſt dulcedo,& amaritudo,& auditui par vnum, qđ eſt vox grauis & acuta. Viſui etiam par vnum,qđ eſt albedo, & nigredo,& ſimiliter reliqui colores. Et tepidum inter calidum, & frigidum,& omnia ſenſibilia non ſentiuntur,niſi ſecundū modum aggregationis,& ſeparationis,& conſtrictionis, & dilatationis,præter voces,quæ quidem non ſentiuntur niſi cū ſeparatione ſola:quoniam ipſa cauſatur, ex motu inſtrumenti.Caliditas vero ſentitur cum ſeparatione,& frigiditas cum aggregatione. Et humiditas quidem ſentitur cum dilatatione,& ſiccitas cum cōſtrictione,vel ſtypticitate. Aſperitas autem cum ſeparatione. Lenitas vero,vel planities cū dilatatione. Durities quidem ſentitur cum repulſione, vel non cedēdo tactui. Et hæc eſt modus aggregationis,& ſtipticitatis. Malities vero ſentitur cum depræſſione, vel cedendo tactui, & hæc non abſoluitur a dilatatione,& ſeparatione. Dulcedo autem ſentitur cum dilatatione, quæ a ſeparatione abſoluitur. C
Amaritudo vero cum ſeparatione,& ſtypticitate. Odor autē bonus cū dilatatione vacua a ſeparatione. Fætidus uero odor D
cum ſeparatione,& ſtypticitate. Albedo quidem ſentitur cū ſeparatione,& nigredo cū aggregatione. Media autem quæ ſunt inter uirtutem ſenſitiuam, & inter formam ſenſatam.

Vacua quidem ſunt a forma ſenſata, uel ſenſibili per eſſentiã ſuam, & ſi non, tunc non eſſet poſſibile vt ſint media. Formæ enim eorum tunc impedirent virtutem ab appræhenſione alterius. Et vacuitas quidẽ ab eis aut eſt vacuitas abſoluta, aut vacuitas temperata, vel æqualis in eis, ſicut æqualitas, vel temperantia qualitatum tangibilium in carne, quæ eſt mediũ inter virtutem tactiuam, & inter qualitates tãgibiles, cum hoc ꝙ caro eſt cõpoſita ex qualitatibus tangibilibus abſq; dubio.

E Verum æqualitas inter eas eſt priuatio earum in ipſa: Diuiſione autem prima euacuatur aer & aqua, et quæ ſunt ſimilia ambobus ex medijs viſionis a colore, & ſicut [vacuitas aeris & aquæ, quæ ambæ ſunt media olfatus ab odoribus, & ſicut vacuitas aquæ ſeu humiditas, quæ eſt medium guſtus, & a ſaporibus, et ſicut priuatio motus ſeu quies aeris, qđ eſt mediũ auditus, & vacuitas a motu eius.] Et vnaquæq; iſtarum virtutum cum verificata fuerit, non appræhendit niſi per proportionem eius ad ſenſibilia, immo non appræhendit primo niſi illud cuius forma, vel ſimilitudo ſenſata fuerit impreſſa in ea. Oculus enim non appræhendit niſi formam, vel ſimilitudinẽ aduenientem ei, vel impreſſam in eo ex ſenſibilibus, & ſimiliter ſunt reliqui ſenſus. Et ſenſibilia quidem fortia excellentia ſicut ſonus vehemens: & odor fortis, et lumen excellens diſgregans, quum reiteratur ſuper inſtrumentum corrumpit ipſum, & debilitat eum propter excellentiam ipſius ſuper eum accidentem. Et vnuſquiſq; ſenſuum quinq; appræhendit mediante appræhenſibili, vel ſenſibili vero ſeu proprio res alias quinq;: quarum vna eſt figura: ſecũda eſt numerus: tertia eſt magnitudo, quarta eſt motus: quinta vero eſt quies. Sicut.n. viſus ſentit figuram, & numerum, & magnitudinem, & motum, & quietem mediante ſenſibili vero ſeu proprio, qđ eſt color, et ſimiliter olfatus quidem cognoſcit ex diuerſitate partium, vel locorum illius, qđ ad ipſum peruenit ex odoribus numerum olfatibilium: Et per quantitatem multitudinis cognoſcit magnitudinem eius. Et per quantitatem, vel mẽſurã laterum eius, qđ peruenit ad ipſum, cognoſcit figuras eius, et ex modo fixionis odoris, & diuerſitatis eius ſuper ipſum cognoſcit motum eius, & quietem ipſius. Et ſimiliter tactus, & guſtus, & res in eis ambobus eſt manifeſtior, q̃ in eis qui in-

Alia litera. aer & aqua q̃ ãbę ſunt media olfat⁹ euacuant ab odoribus. Et ſicut aq̃ ſeu hũiditas, q̃ eſt mediũ guſt⁹ euacuat a ſaporib⁹, & ſicut qeſcit & ꝓuatur a motu aer q eſt mediũ ſenſus auditus.

digent manifeſtatione. Appręhenſio enim viſus, & tactus, et guſtus in iſtis quidem eſt manifeſta. Auditus vero, ſecundũ diuerſitatem numerum uocum appræhendit numerum rerũ facientium uocem, & cum fortitudine eius cognoſcit magnitudinem corporum ad ſe inuicem obuiantium, vel concurrẽtium ſeu percutientium, & ſecũdum modum diuerſitatis earum, & fixionis ipſarum cognoſcit motum, & quietem. Et ſecundum modum concuſſionis, vel percuſſionis ſuper [rem planam facientem ſonum, aut ſuper rem concauam facientẽ] ſonum, cognoſcit modos, vel ſpecies figurarum. Olfatus autem cognoſcit, ſecundum diuerſitatem ipſarum partium, vel locorum eius, qđ peruenit ad ipſum ex odoribus, & ex diuerſitate in qualitatibus ipſorum cognoſcit numerum rerum olfatarum: & per quantitatem multitudinis cognoſcit magnitudinem eius, & per quãtitatem cognoſcit propinquitatem aut elõgationem: & per diuerſitatem, & fixionem odoris cognoſcit motum eius, & quietem ipſius, & ſecundum numerum partium ex quibus peruenit ad ipſum odor earum ex corpore vno, cognoſcit figuram eius. Verum hoc eſt debile valdè in iſta virtute olfatiua in hominibus propter debilitatẽ ipſius in eis. Virtus.n. olfatiua in ſpecie humana eſt debilis valde. 1

Alia litera. ſug̃ficiẽ extrinſecã rei ſolidę & rei cõcauæ facientis.

Declarationes ſuper ſexto capitulo.

TVNC SERMO Platonis cum egreßione ipſorum erit falſus. Sciendum, q̃ radius eſt qualitas. Si ergo ſubiectum eius ſit oculus tantum, & Plato dicat, q̃ radius prædictus egrediatur ab oculo ad rem ſcuſatam, tunc ſermo Platonis eſt falſus, quia tunc accidens migraret de ſubiecto in ſubiectum, qđ eſt falſum. SI SVBIECTVM radij eſt corpus egrediens ab oculo, tunc oculus non uideret omnia quæ ſunt ſub cœlo, quia ſub cœlo ſunt aer, & aqua, quæ ſunt diafana corpora, & non datur penetratio corporum ad inuicem: ideo illud corpus ſubiectum radij exiens ab oculo non penetraret aerem, non penetraret aquam, et ſic non uiderentur res in aere, aut in aqua exiſtentes. Corpus enim non penetrat aliud corpus, niſi unum ipſorum cedat alteri, & unum ipſorum permutetur localiter, & relinquat poſt ſe locũ alteri. Et ſi conceßerimus uacuum ex ſuppoſitione, tunc illud corpus ex oculo exiens non penetraret in corpore aquæ, niſi in quibuſdam uacuitatibus aquæ, et nõ penetrabit in parte aquæ magna, in qua non eſt uacuitas: quare oculus non uidebit niſi quaſdam concauitates, & quædam foramina in quibus penetrat: hoc autem eſt contra experientiam, uidemus enim in fundo aquæ profundæ, & oculus uidet magnã A

partem aquæ, qđ non eſſet, ſi uiſio fieret ex egreſſione corporis deferentis radium ex oculo, quia tunc non penetraret &c.

B QVOD CORPVS *uiſibile quoties approximatur oculo approximatione proxima, tunc appræhenſio ipſius erit fortior &c. Conſequentia, quam ponit hic Auicenna declaratur, nam ſi ſubiectum radij eſt corpus medians inter uiſum, & rem uiſam, tunc in parte proxima origini, et principio radij erit uirtus uiſiua fortior, & uiſibile quanto erit magis proximum oculo, tanto melius uidebitur, & ſic appræhenſio, et uiſio oculi erit fortior, ſi uiſibile erit prope oculum uehementi approximatione, qđ eſt contra experientiam. Senſibile enim poſitum ſupra ſenſum non cauſat ſenſationem. Sequitur ex illa opinione, ēt q, abſq; illo corpore medio oculus uidebit ſenſibilia ſupple oculo approximata, quia radius exiens ab oculo inhærebit rei uiſibili. Licet igitur remouerimus corpus medians prædictũ, tamē oculus uidebit ſenſibilia ipſius ſupple oculo approximata abſq; hoc, q ſit mediũ deferēs radiũ, & lumē: & ſic nō erit tũc neceſſariũ mediũ deferēs lumē, uel mediũ, qđ ſit ſubiectũ luminis, niſi p accidēs: & tũc uiſio nō indigebit egreſſione luminis ex oculo: & hoc ĉcōtra Platonē: q̄re &c.*

De differentia inter uirtutem memoratiuam, & uirtutem phantaſticam dictum eſt ſupra, nam phantaſtica ſolum conſeruat ſpecies ſenſatas delatas ad ſenſum communem, memoratiua conſeruat ſpecies, quas apprehendit uirtus exiſtimatiua, aut cogitatiua: & quia exiſtimatiua appræhendit ſpecies inimicitiæ, & amicitiæ, quæ non ſunt ſenſata, et componit, & diuidit ſpecies ſenſatas cum ſenſatis, ideo memoratiua eſt conſeruans ſpecies ſenſatas, & inſenſatas.

C AMARITVDO *ſentitur enim ſeparatione, & ſtipticitate &c. Dicendum, q amarum habet partes terreas, ſecundum quas ſenſationē cauſat cũ ſtipticitate, habet ēt ptes calidas, q̄ ſentiuntur caliditate, q̄re &c.*

D *Odor fœtidus ſentitur cum ſeparatione, & ſtipticitate ſecundum diuerſas partes, ut dictum eſt, de amaritudine.*

E VERVM *æqualitas inter eas &c. ideſt uerũ æqualitas ſcilicet prædicta, quæ in carne reperitur, & quæ eſt æqualitas inter qualitates tãgibiles, eſt priuatio earum ſcilicet qualitatum in gradu intenſo exiſtentium: qualitates enim tangibiles in carne ſunt remiſſæ, quare æqualitas ipſarũ qualitatum, quæ in carne reperitur, eſt priuatio ipſarum qualitatum tangibilium ſub gradu intenſo.* CVM *uerificata fuerit. ſ. in opatione ſua nō appræhēdit. ſ. uirtus ſenſitiua, niſi p proportionē eius ad ſenſibilia.*

Capitulum ſeptimum de diſtinctione ſermonis de ſenſibus interioribus.

EX ſenſibus exterioribus non eſt aliquis qui aggreget appræhenſiones coloris, & odoris, & tactus. Appræ-

hendimus autem quandoq; corpus citrinum, & appræhendimus ex eo, ꝙ ſit mel dulce boni odoris fluidum, & non guſtamus ipſum, neq; odoramus, neq; tangimus. Quare apparet, A ꝙ apud nos eſt virtus in qua aggregatæ ſunt appræhenſiones ſenſuum quatuor: & efficitur ſumma ipſarum apud formam vnam: & ſi non eſſet ipſa, non cognoſceremus, ꝙ dulcedo verbi gratia ſit aliud a nigredine. Illa enim quæ diſcernit inter duas res, eſt quæ cognoſcit ambas ſimul. Et hæc quidē virtus nominatur ſenſus communis, & formatiua: quare manifeſtum eſt, ꝙ virtus formatiua inuenitur: & ꝙ ipſa eſt alia a ſenſibus exterioribus. Si enim eſſet aliqua ex ſenſibus exterioribus, tūc operatio ipſius fieret ſolum in hora vigiliarum. Teſtimonium vero contrarium illius teſtificatur. Iſta enim virtus quandoq; facit operationes ſuas in diſpoſitione ſomni. & vigiliæ ſimul. Amplius animali ineſt virtus, quæ componit, qđ aggregatum eſt in ſenſu communi ex formis, vel ex ſpeciebus: & diuidit inter eas, & facit cadere diuerſitatem in eis, abſq; ꝙ remoueantur formæ, vel ſpecies a ſenſu communi. Et ſine dubio hæc virtus eſt alia a virtute formatiua: cum in virtute formatiua non ſit niſi forma ſeu ſpecies vera acquiſita a ſenſu. Et in hac virtute poſſibile eſt quandoq; vt ſecundum contrarium iſtius ſint formæ ſeu ſpecies vanæ, & falſæ, abſq; ꝙ accipiat eas ſecundum figuram ſuam, vel formam ſuam ex ſenſu. Et hæc virtus eſt illa, quæ nominatur imaginatiua. B Amplius in animali eſt virtus, quæ iudicat ſuper rem ita eſſe aut non ita eſſe pro certo, & per ipſam fugit animal a nociuo, ſeu timoroſo, & intendit, vel proſequitur, qđ elegit. Et manifeſtum eſt quidem, ꝙ hæc virtus eſt alia a virtute formatiua. Nam virtus formatiua formauit, vel accepit ſpeciem ſolis, ſecundum ꝙ accepit a ſenſu, ſcilicet ꝙ ſit, ſecundum quan- C titatem figuræ planæ rotundæ ſicut ſpeculi: & oculus in hoc diuerſificatur ab iſta virtute: & ſimiliter leo occurrit venationi ex longinquo, ſecundum magnitudinem auis paruæ: et tūc in ea non dubitat de forma, & quantitate ipſius, immo intendit, & cognoſcit ipſam, vnde inſequitur eam. Et apparet etiā ꝙ iſta virtus eſt alia ab imaginatiua, & illud, quoniam virtus imaginatiua efficit operationes ſuas, abſq; ꝙ verificet eas ſcilicet, ꝙ res ſint, ſecundum formationem ipſius. Et hæc virtus

nominatur exiſtimatiua,et opinatiua. Amplius in animali eſt uirtus,quæ conſeruat intentiones eorum, quæ ſenſus appræhenderunt,ſicut ꝙ lupus eſt inimicus,& filius dilectus. Manifeſtum eſt autem, ꝙ hæc virtus eſt alia a formatiua, & illud quoniam in informatiua non ſunt ſpecies niſi quas ex ſenſibus acquiſiuit ſenſus etiam non ſentiũt inimicitiam lupi, neqꝫ dilectionem filij,ſed ſpeciem lupi,& formam filiorum. Dilectio vero, & nocumentum non percipiuntur niſi ab exiſtimatiua:deinde reponuntur in hac virtute. Et apparet quidem, ꝙ iſta virtus ſcilicet conſeruatiua eſt alia a virtute imaginatiua,& illud,quoniam virtus imaginatiua quandoqꝫ imaginatur aliud ab eo,qđ virtus exiſtimatiua indicat eſſe cõueniẽs. Et firmum,vel certum,& imaginatur aliud ab eo qđ recipit a ſenſibus. Hæc autem virtus non [informatur ab alio ab eo, qđ exiſtimatiua iudicat eſſe conueniens,& firmum ſeu verũ, &] ab eo.qđ recipit a ſenſibus. Et iſta virtus ſcilicet conſeruatiua eſt alia a virtute exiſtimatiua, & illud, quoniam virtus exiſtimatiua non conſeruat,qđ certificauit res alia,immo certificat, vel verificat per ſe. Sed iſta virtus ſcilicet conſeruatiua non affirmat,vel verificat per ſe,immo conſeruat, qđ verificauit,vel affirmauit res alia. Et hæc quidem virtus no-

D minatur conſeruatiua,& memoratiua. Virtute autem imaginatiua cum vtitur virtus exiſtimatiua,ſecundum ſimplicitatẽ ſuã, denominatur iſto nomine ſcilicet nomine imaginatiuę: & quando vtitur ea virtus rationalis, nominatur virtus cogitatiua. Cor vero apud Ariſtotelem philoſophum eſt ſedes, vel radix omnium iſtarum virtutum. Verũ operationes earũ ſunt in inſtrumentis diuerſis. Operationes enim ſenſuum exteriorum habent inſtrumenta nota, vel ſunt in inſtrumentis notis. Operatio vero virtutis formatiuæ eſt in anteriori ventriculo cerebri,& operatio virtutis imaginatiuæ eſt in medio vẽtriculo cerebri: & operatio virtutis memoratiuæ eſt in poſteriori uentriculo cerebri. Et operatio quidem uirtutis exiſtimatiuæ eſt in toto cerebro, & præcipu in loco naturali imaginatiuæ,& ſecundum ꝙ [accidunt iſtis uentriculis nocumenta,accidunt nocumẽta operationum] iſtarum virtutum. Et ſi ipſe virtutes ſtarent, per ſe, vel eſſent exiſtentes per ſe: operationes earum, tunc eſſent per ſe, & non indigerent in-

Alia litera. recipit aliud ab eo qđ exiſtimatiua iudicat eẽ cõueniẽs,et firmũ ſeu verum,& aliud.

Alia litera. lędunt iſti vẽtriculi a nocumẽtis lędunt operationes.

BIBLIOTECA N. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſtrumento aliquo in operationibus proprijs ipſarum. Et ex hoc ſcitur, ꝙ iſtæ virtutes nõ ſunt exiſtentes per ſe, immo virtus nõ fixa. ſ. in ſubiecto, vel nõ indigẽs organo ẽ aĩa rõnalis, vel intellectiua ſicut poſt declarabimus. Verũ enucleabimus ipſimet medullã iſtius virtutis mõ enucleatiõis: et ĩueniemus ipſam ꝑ ſe: & ex ꝓximo hoc declarabimus ſi Deus voluerit.

Declarationes ſuper capitulo ſeptimo.

QVARE *apparet, ꝙ apud nos eſt uirtus, in qua aggregata ſunt apprehenſiones ſenſuum quatuor, & efficitur ſumma ipſarum apud formã unam.* Pro declaratione iſtius literæ ſciendum, ꝙ ſenſus communis, ut habetur ſecundo de anima, eſt unus, & eſt plures ſenſus: & ſicut ſe habet cẽtrum circuli ad lineas protractas a circunferentia circuli ad ipſum centrum, ſimiliter ſe habet ſenſus communis ad ſenſus exteriores, nam a uentriculo cerebri, in quo eſt ſenſus communis, oriuntur paria neruorum, quæ uadunt ad ſenſus exteriores, & ſunt inſtrumenta ipſorum: & propterea ſenſus exteriores omnes, & impræßiones ipſorum terminãtur ad ſenſum communem, tanquam ad principium, & ad centrum circuli, & ſicut punctus, qui eſt centrum circuli eſt in ſe unus, per reſpectum uero, ꝙ terminat iſtam, & iſtam, & illam lineam protractam a circunferentia circuli ad ipſam, dicitur ille punctus eſſe plures per reſpectum ad illas lineas diuerſas, & plures terminatas, & aggregatas in illo puncto: Similiter ſenſus communis eſt in ſe una uirtus, & una forma: eſt tamen plures, pro quanto aggregãtur, & terminãtur in ipſo ſenſationes ſenſuum exteriorum. Et per ſenſum communem percipimus differentias ſenſibilium propriorum diuerſorum, ſicut differentiam inter album & dulce, ſeu ꝙ dulcedo ſit res alia a nigredine, ſicut enim uiſus percipit differentias, quæ ſunt ſub proprio obiecto, puta inter album & nigrum, ſimiliter ſenſus communis percipit differentias obiectorum ſenſuum diuerſorum, quorum ſenſationes terminantur ad ipſum, ut dictum eſt, tanquam ad punctum: Et ideo ſenſus communis appræhendit quandoq; corpus citrinũ, & appræhendit ex hoc, ꝙ ſit mel dulce boni odoris, & fluidum, & appræhendit omnes iſtas ſenſationes hora, qua guſtus tunc non guſtat mel, neq; olfatus odorat, neq; tactus tãgit: quare ex hoc apparet, ꝙ apud nos eſt uirtus, in qua aggregatæ ſunt appræhenſiones ſenſuum prædictorum. ET EFFICITVR *ſumma ipſarum apud formam unam*, ideſt & aggregatur ſumma ipſarum appræhenſionum, & ſenſationum diuerſarũ apud formam unam, ideſt apud uirtutem unam, quæ eſt ſenſus communis: aliter apud formam unam: ideſt apud ſpeciem unam: nam ex illis diuerſis ſenſationibus cauſatur in ſenſu communi una ſpecies, quæ uirtualiter aggregat, & continet ſpecies diuerſarum ſenſationum ſenſuum exteriorum, & ſenſus communis diſcernit

inter duas res non componendo, & diuidendo, ſed appræhendit album non nigrum, & appræhendit dulce non nigrum, uel non fluidum non componendo, & diuidendo. Et poſſumus dicere, ꝙ ſicut ſenſus uiſus cognoſcens album & nigrum, ponit differentiam inter ea mediante iudicio interiori, puta exiſtimatiua, uel cogitatiua, ita ſenſus communis percipiens diuerſas ſenſationes diuerſorum obiectorum diſcernit differentias inter ea mediante exiſtimatiua, aut cogitatiua, quæ iudicat ita eſſe, aut nõ eſſe.

B AMPLIVS in animali ineſt uirtus, quæ componit, qđ aggregatum & in ſenſu communi &c. In hac parte Auicenna poſt uirtutem formatiuã ſeu ſenſum communem ponit uirtutem imaginatiuam, poſtea ponit uirtutem exiſtimatiuam ſeu opinatiuam, & cogitatiuam, quæ uirtutes ſcilicet exiſtimatiua, & cogitatiua ſunt unum ut infra patebit. Vltimo ponit uirtutem memoratiuam: Vnde Auicenna in hoc cap. non ponit, niſi quatuor uirtutes interiores. ſ. ſenſum cõem, poſtea uirtutẽ imaginatiuã. 3. uirtutẽ exiſtimatiuã ſeu cogitatiuã. 4. uirtutẽ memoratiuã. Et licet ĩ. 1. canõe. ca. de uirtutibus aĩalibus ponat, ſecũdũ philoſophos qnq; uirtutes diuerſas. ſ. ſenſum cõem, ſecundo phantaſticam, quæ reſeruat ſpecies ſenſatas appræhenſas a ſenſu communi: tertia uirtutem imaginatiuam: quarta uirtutem exiſtimatiuam, uel cogitatiuam: quinta uirtutem memoratiuam, quæ differt a phantaſtica, quia ipſa reſeruat ſolum ſpecies ſenſatas, memoratiua uero reſeruat ſpecies ſenſatas, & inſenſatas appræhenſas a cogitatiua, uel exiſtimatiua. Tamẽ Auicẽna ibi in primo canone. cap. prædicto ponit ꝙ ſecundum medicos uirtus phantaſtica, & ſenſus communis ſunt una, & eadem uirtus. Et ita etiam loquitur Auicenna in hoc cap. ponens ſenſum communem conſeruare ſpecies ſenſatas. Et quia in hoc tractatu loquitur compendioſe, et ſuccinte, ideo in hoc cap. Auicẽna indulgens breuitati magis ſuccinte loquitur circa has duas uirtutes, quàm locutus ſit in primo canone. In hoc ergo cap. ponit ſenſum communẽ & phantaſticam, quæ reſer-

C uat ſpecies ſenſatas ſolum eſſe unum & idem. Et per hoc apparet ſenſus literæ ſcilicet amplius in animali ineſt uirtus, quæ componit, qđ aggregatũ eſt in ſenſu communi, eo modo quo dictum eſt ſupra, quo ſenſationes ſenſuũ exteriorum terminantur, & uniũtur in ſenſu communi &c. Et componit, & diuidit, & facit cadere diuerſitatem inter eas, uel in eis, abſq;, ꝙ remoueantur formæ, uel ſpecies a ſenſu communi, ideſt uirtus imaginatiua componit, & diuidit ſpecies ſenſatas, quæ aggregatæ ſunt in ſenſu communi, & ponit diuerſitatem inter eas, abſq; ꝙ ipſe ſpecies ſenſatæ remoueantur a ſenſu communi, ideſt dum ipſæ ſpecies ſunt conſeruatæ in ſenſu communi. Et ſpecies quidem ſenſatæ a ſenſibus exterioribus non uidentur poſſe aggregari in ſenſu communi, niſi ibidem ſeruentur: Quare uirtus phantaſtica, quæ conſeruat ſpecies ſenſatas prædictas, & ſenſus communis ſunt unum & idem, ut ponunt medici.

Notandū q; licet imaginatiua uirtus componat, & diuidat, ſicut etiam facit exiſtimatiua, & cogitatiua, tamen differunt, quia exiſtimatiua, aut cogitatiua iudicat rem ita eſſe, aut non ita eſſe pro certo, & facit iudiciū certum, q; ita ſit, licet quandoq; in tali iudicio ſit error. Sed uirtus imaginatiua componit, & diuidit ſpecies appræhenſas a ſenſu communi. Et ſpecies falſas non acquiſitas a ſenſibus. Et in tali compoſitione, & diuiſione uirtus imaginatiua non iudicat ita eſſe pro certo, & non facit iudicium certum de his, quæ componit, aut diuidit, ſicut accidit, quando homo imaginatur ſe eſſe in loco, in quo non eſt, & facere aliquam operationem, tunc in tali imaginatione uirtus imaginatiua non iudicat pro certo, q; ſit in illo loco, uel in illo, uel facere illam operationem, aut aliam.

NAM VIRTVS formatiua formauit, uel accepit ſpeciem ſolis, ſecundum q; accepit a ſenſu &c. Per iſta uerba Auicenna uult ponere diuerſitatem inter uirtutem formatiuam ſeu ſenſum communem, & uirtutem exiſtimatiuam ſeu cogitatiuam ſeu opinatiuam, nam ſenſus communis accepit ſpeciem ſolis, ſecundum q; accepit a ſenſu uiſus ſcilicet, ſecundum quantitatem figuræ rotundæ non multum magnæ, ut apparet ſenſui uiſus. Sed hæc uirtus exiſtimatiua iudicat ſolem eſſe maiorē, quàm uiſui, & ſenſui communi appareat: Vnde ſenſus communis, & oculus in hoc diuerſificātur ab iſta uirtute exiſtimatiua, quæ iudicat ita eſſe. Similiter leo a remotis uidet uenationem, quam debet cape pro cibo ſuo, & oculus leonis nō appræhendit illam uenationem ſeu animal illd a longinquo, niſi ſecundum magnitudinem paruam, puta auis paruæ, tamen uirtus exiſtimatiua leonis, quæ iudicat pro certo, & iudicat aliter, quàm oculo ipſius appareat, & ideo non dubitat de quantitate illius animalis, immo iudicat quantitatem maiorem illa quæ oculo apparet a longinquo: ideo leo intēdit illam uenationem, & illud animal uiſum ab oculo, & inſequitur ut ipſum capiat: quare apparet, q; uirtus exiſtimatiua facit iudicium certius eo, qd ſenſu oculi & ſenſu communi percipitur. VIRTVTE autem imaginatiua cum utitur uirtus cogitatiua &c. Nota q; iſte tres uirtutes, ut ſupra dictū eſt, ſunt unum & idem, tamen differunt, ſecundum diuerſos reſpectus: Vnde dicit hic Auicenna, q; aliquādo uirtus exiſtimatiua utitur uirtute imaginatiua, ſecundum ſimplicitatem ſuam. Verbi gratia quando exiſtimatiua appræhendit ſpeciem inimicitiæ: elicitam ex ſpeciebus ſenſatis, tunc imaginatiua imaginatur, q; talis inimicus ſit magnus, aut ſit terribilis, aut alias ſimiles imaginationes, ſecundum ſimplicitatem ſuam, ideſt non iudicando ita eſſe, aut non eſſe pro certo, tūc exiſtimatiua nominatur imaginatiua. Si uero uirtus rationalis utitur in aliqua cognitione intellectiua, uel in aliquo diſcurſu uirtute imaginatiua, tūc nominatur cogitatiua.

Nota q; Auicenna non locutus eſt de uirtute motiua, eo quia ſupra locutus eſt cap. 5. Vbi dixit, q; cauſa mouens ipſum animal eſt uirtus appetitiua

titiua &c. Indulgens ergo Auicenna breuitati, & etiam quia finis iſtius compendij eſt tractare de anima intellectiua, quæ magis manifeſtatur per uirtutem ſenſuum interiorum & exteriorum, quàm per uirtutem motiuam. Ideo Auicenna non curauit ulterius, uel diffuſius mentionem facere de uirtute motiua.

Capitulum octauum de ſermone animæ humanæ, & de ordine principij ipſius vſq; ad eius perfectionem.

NOn eſt dubium: ſpecies animalis rationalis diſtinguitur a non rationali mediante virtute, quæ poteſt appręhendere formas intelligibiles, ſeu quæ poteſt appræhendere intelligibilia. Et iſta quidem virtus nominatur anima rationalis. Et iam currit cōſuetudo vt nominetur ipſa intellectus alheiulani, ideſt intellectus in potentia, vel intellectus poſſibi- Alheiulani .i. filis alheiulę .i. materię. cū alheiulę .i. cū materia.
A lis, propter ſimilitudinem, quam habet ipſa cum alheiule. Et hæc quidem virtus inuenitur in tota ſpecie humana, & non ineſt ei per ſe aliqua ex formis, vel ſpeciebus intelligibilibus. immo adueniunt illæ in ea duobus modis aduentus: quorum vnus eſt infuſio, vel manatio diuina abſq; doctrina, & abſq; acquiſitione ex ſenſibus, ſicut intellectiones primorum principiorum, ſicut intelligere, vel aſſentire, quod totum eſt maius parte, & ꝙ duo contraria non poſſunt ſimul ſtare in re vna, vel in vno ſubiecto: & qui habent rationem perfectam, vel completam, communicant in huiuſmodi formatione, vel intellectione. Et ſecundus modus eſt cum acquiſitione mediante rationali diſcurſu, aut cognitione demōſtratiua, ſicut quādo adueniunt ſpecies intelligibiles conſiderationum logicalium, quæ ſunt ſicut genus, ſpecies, differentia, & proprium, & accidens, & pronunciationes ſimplices, et compoſitæ cum diuerſis modis compoſitionum, & ſicut rationes compoſitæ veræ & falſæ, & propoſitiones ſeu præmiſſæ, quæ cum figurantur, cum ſilogiſmis, concludunt neceſſitate demonſtrationis, aut concludunt neceſſitate rationis inductiuæ, aut neceſſitate rationis perſuaſiuæ, aut rationis ſophiſticæ. Et ſicut perſcrutatio ſeu conſideratio rerum naturalium, quæ ſunt ſicut materia, & forma, & priuatio, & natura, & locus, & tempus, & motus, & corpora cœleſtia, & corpora elementaria, & generatio, & corruptio abſolute, et eſſentia, vel fieri gene-

ratorum quæ fiunt in aere, & quæ fiũt in mineralibus, & quæ fiunt in ſuperficie terræ ex plantis, & animalibus, & perſcrutatio hominis, & perſcrutatio [cognitiõis animæ per ſeipſam animã,] & ſicut cognitio mathematica ſicut numeri, & geometriæ puræ, & cognitio ſtellarum, & ſcientiæ muſicæ, & ſcientia proſpectiuæ, & ſcientiæ ſpeculorum, & ſicut cognitio rerum metaphyſicalium, ſicut cognitio principiorum entis abſolute, ſecundum ꝙ eſt ens, & quæ ei attribuuntur ſicut potentia & actus, & radix vel principium, & cauſa efficiens, & ſubſtantia, & accidens, & genus, & ſpecies, & contraria, & homogenea, & conuenientia, & diuerſa, & vnitas, & pluralitas, & affirmatio principiorum ſcientiarum ſpeculatiuarũ ſcilicet mathematicarum, & naturalium, & logicalium, ad quas non peruenitur niſi cum hac ſcientia: & ſicut affirmatio, vel demonſtratio primi creatoris, vel primi entis, & animæ vniuerſalis, & qualitas creationis, & ordo intellectus ad creationem, & ordo animæ ad rationem, & ordo materiæ ad naturam, & ordo formarum, vel ſpecierum ad animam, & ordo cœlorum ad ſtellas, & ordo factorum ex materia & forma, & quia ſunt diuerſificata. Omnes iſtæ diuerſitates ſunt in anteceſſione, & poſtpoſitione: & cognitio legum diuinarum & rerum naturalium in vniuerſali, & prouidentiæ primæ, et inſpiratio prophetarum, & cognitio ſpirituum cæleſtium, & angelorum altiſſimorum, & peruentio ad cognitionem, vel B denudationem primi creatoris, vel primi entis a communitate ſeu a ſocietate, & ſimilitudine: & peruentio ad cognitionem eorum, quæ bene operantibus retribuuntur, & pęnarũ quibus male operantes puniuntur, & cognitio delectationũ, & dolorum aduenientium animabus poſt ſeperationem ipſarum a corporibus. Et hæc virtus, quæ percipit, vel appræ- C hendit has intentiones, quandoque acquirit ex ſenſu formas, vel ſpecies intelligibiles per ingenium ſibi innatum, vel ſibi naturale. Et hoc fit vt accidant ſuper eſſentiam eius ſpecies, quæ ſunt in virtute informatiua, & in virtute ſeruatiua cum ſeruitute imaginatiuæ, & exiſtimatiuæ: deinde ſpeculatur, vel conſiderat in eis, & inuenit ipſas communicare in formis, & differre in formis, & inuenit aliquas ex formis, quæ ſunt in eis eſſentiales, & aliquas earum accidentales. Communica-

Alia litera. ꝙ aĩa intelligit ſe ipſam.

formis. i. ſpeciebus.

tio vero earum in formis, eſt ſicut communicatio formæ, vel ſpeciei Platonis, & aſini in forma vitæ vel animalis, & differentiã ipſorum, ꝙ iſte eſt rationalis, & ille non rationalis. Eſſentiales vero in eis ſunt ſicut vita in ambobus. Accidentales autem ſunt ſicut nigredo & albedo. Quumq; inuenit eas ſecundum has formas, ponit vnamquamq; iſtarum formarum, vel ſpecierum eſſentialium, vel ſubſtantialium & accidentalium, & communicantium, & propriorum, ſpeciem vnam intelligibilem, vniuerſalem, ſecundum ſingularitatem: & extrahit, vel elicit cum hoc ingenio genera, ſpecies, & differentias, & proprietates, & accidentia intelligibilia. Deinde componit iſtas intentiones ſimplices compoſitionibus bene ordinatis, vel accommodatis. Deinde componit eas compoſitionibus ſyllogiſticis, quibus concluduntur ea quæ intenduntur concludi, vel quibus concluduntur ſcientiæ concluſionum. Et omnia iſta inſunt ei cum ſeruitute virtutis animalis, & adiutorio intellectus vniuerſalis, ſecundum ꝙ declarabimus, & mediante naturalitate, quæ eſt in eo ex principijs neceſſarijs intelligibilibus. Et hæc virtus licet adiuuetur cum virtute ſenſitiua apud extractionem ſpecierum intelligibilium ſimplicium, vel cum elicit ſpecies intelligibiles ſimplices ex ſpeciebus ſenſatis: tamen ipſa non indiget ea in formatione iſtarum intentionum in ſeipſa, & in compoſitione ſyllogiſtica ipſarum, neq; apud certificationem, neq; apud formationem verificantem, ſecundum ꝙ dicemus poſt, & quotieſcunque impreſſerint ſpecies, vel cognitiones ſenſitiuæ, quæ ſunt ei neceſſariæ cum ingenio prædicto, vel cum modo prædicto, remuit ſeruitutem virtutum ſenſitiuarum, immo ſufficit per ſe ipſam ad omnia quæ voluerit ex operationibus. Et ſicut virtutes ſenſitiuæ non appræhendunt niſi per ſimilitudines, vel per proportionem ſenſatorum, vel ſenſibilium. Similiter virtus rationalis, vel intellectiua non appræhendit niſi per proportionem intelligibilium. Et iſta quidem proportio eſt denudatio, vel ſeparatio formæ a materia, & ab eis quæ ſunt D cum ea coniuncta. Verum virtuti ſenſitiuæ non adueniunt ſpecies ſenſibiles cum voluntate et motu et operatione in eis. Immo perueniunt ad virtutem ſcilicet ſenſitiuam ipſa ſenſata, vel ipſæ ſpecies ſenſatæ aut per accidens, aut mediante vir

nõ indiget ea ſupple virtute ſenſitiua.

tute motiua. Et ei denudantur formæ ſeu ſpecies cum auxilio mediorum perducentium formas ad ipſam. In uirtute autem intellectiua iſtę res ſunt ecõtrario: quoniam ipſa eſt per ſe, & operatur per ſe, denudando formas a materia quotieſcunq; voluerit, & vnit cum ea. Et propter hoc dicitur ꝙ virtus ſenſitiua non excuſatur ab inſtrumentis: neq; ineſt ei operatio per ſe, & prohibentur abſolute iſta quæ dicta ſunt a virtute intellectiua. Et intellectus quidem in actu non fit niſi ex aduentu ſpecierum intelligibilium quando adueniunt, vel vniuntur intellectui in potentia, vel intellectui poſſibili qui ipſas extrahit, vel reducit ad actum. Et propter illud dicitur ꝙ intellectus in actu eſt intelligens & intellectum ſimul. Et proprietatibus virtutis intelligentis, vel intellectiuæ eſt vt vniat plurima, & vnum multiplicet cum reſolutione & compoſitione. Multiplicatio quidem fit ſicut reſoluendo hominẽ vnum in ſubſtantiam, & corpus qđ nutritur, & animal, & rationale. Vnio vero plurimorum eſt ſicut cõponere ex ſubſtantia, & corpore, & animali, & rationali intentionem vnã, quæ eſt homo. Et intellectus licet efficiat operationes ſuas cum ſucceſſione temporali in compoſitione ſyllogiſmorum cum adminiſtratione cogitatiuæ: tamen aduentus ipſius per ſe, vel applicatio ipſius per ſe ad concluſionem quæ eſt fructus ſeu effectus cogitatiuæ, & finis qui exquiritur, vel intenditur, non dependet a tempore, neq; accidit in tempore. Immo ipſe intellectus eleuatur a tempore totaliter. Et anima quidem intellectiua quando conuertitur ad ſcientias nominatur operatio eius intellectus: & nominatur ſecundum ipſam intellectus ſpeculatiuus. Et iam diximus deſcriptionem eius, & modum ipſius. Et quãdo conuertitur ad dominandum, et domandum virtutes ſenſitiuas deficientes, vel malas inclinantes ad aſtutias fraudulentas ſuperflue, vel in extremo ipſarũ, aut ad ignorantiam ſeu craſſitudinem ſuperfluam ſeu extremam, ſicut ad imprudentiam, aut inclinantes ad temeritatem cum temeritate ſua, vel cum præſumptione eius, aut ad timorem cum tepiditate ſua, aut ad laſciuiam, vel luxuriam cum furioſitate eius ſuperflua, aut ad inſenſibilitatem cum congelatione ſua: tunc anima rationalis facit declinare virtutes ad prudentiam, aut ad fortitudinem, aut ad temperantiam, caſtitatẽ,

ſeu continentiam, & in ſūma ad æqualitatem, & operationes
huiuſmodi nominantur morales, & intellectus nominatur
ſecundum ipſas intellectus practicus, & quandoq; eſt diſpoſi
ta virtus rationalis in quibuſdam hominibus ex vigilijs, &
coniunctione cum intellectu vniuerſali, ita ꝙ non indiget in
cognitione & acquiſitione ſcientiæ aliquo diſcurſu rationis,
& auxilio, cogitatiue: immo ſufficit ei vt ſit eius occupatio
cum diuinitate: & nominatur proprietas iſtius ſanctimonia:
& nominatur ſecundum ipſam ſpiritus ſanctificatus: & non
tribuitur iſta gratia ſeu iſta dignitas niſi prophetis, & apoſto
lis quibus ineſt ſalus.

Declarationes ſuper capitulo octauo.

A E T NON *ineſt ei per ſe aliqua ex formis ſeu ſpeciebus intelligibi-
libus, immo adueniunt illæ in ea duobus modis aduētus &c. Quorum unus
eſt manatio diuina &c. Nota ſecundū opinionem Auicennæ ſpecies intel
ligibiles, & cognitio intellectiua, quæ aduenit animæ, non ineſt ei per ſe,
ſed aduenit ipſi animæ duobus modis aduentus, quorum primus eſt mana-
tio diuina &c. Ideſt primus modus, quo adueniunt ſpecies intelligibiles,
& cognitio intellectiua, eſt ex manatione diuina abſq; doctrina, abſq; ac-
quiſitione ex ſenſibus. Et talis quidem cognitio eſt ſicut cognitio primorū
principiorum: & ſicut intelligere, & aſſentire, ꝙ totum eſt maius ſua
parte &c. Huiuſmodi enim cognitiones & intellectiones non habentur p
acquiſitionem, neq; ex ſenſibus, & diſcurſu dependente ex ſenſibus, ſed a
uirtute habita a manatione diuina: Quilibet enim habēs rationem perfe-
ctam & completam ſtatim appræhendit abſq; diſcurſu huiuſmodi intelle-
ctiones. Auditis enim terminis ſtatim intellectus intelligit, & aſſentit pro-
poſitiones ſupradictas eſſe ueras. Et quia dictum eſt, ꝙ talis cognitio adue
nit ex manatione diuina. Ideo ſciendum ſecundum Auicēnam, ꝙ dator for
marum, qui infundit animam intellectiuam in homine, infundit etiam uir
tutem illi animæ, ut ipſa appræhendat prima principia, et propoſitiones
prædictas taliter, ꝙ notis terminis intellectus aſſentit primis principijs, et
ꝙ totum eſt maius parte, & ꝙ duo contraria non poſſunt eſſe in eodē ſub-
iecto. Cognitio ergo, et intellectio primorum principiorum &c. aduenit
animæ non per acquiſitionem ex diſcurſu, aut demonſtratione, ſed adue-
nit animæ ex manatione diuina. Sed dubitatur, quia apud theologos dici
tur ꝙ quædam eſt ſcientia habita per diſcurſum rationalem, ut eſt ſciētia
Ariſto. quædam eſt ſcientia habita a Deo per reuelationē, quæ dicitur ſciē
tia infuſa. Et talem cognitionem, & ſcientiam infuſam habuerūt prophe
tæ, & ſancti patres, & de huius ſcientia infuſa loquitur etiam Auicenna
in fine huius capituli octaui, & theologi non dicunt, ꝙ ſcientia infuſa ha-*

bita a Deo, & ab intelligentia uniuerſali ſit ſcientia, & cognitio de primis prĩcipijs uidelicet q. totũ ſit maius parte, et ſimilibus. Sed dicũt q. ſciẽtia infuſa habita a Deo & ab angelis ſit ſcientia de rebus altiſsimis pertinẽtibus eſſẽtiæ diuinæ, quæ quidẽ cognitio neq; ſenſu, neq; diſcurſu rationis haberi poteſt: quare extraneum uidetur, q. cognitio primorum principiorũ habeatur, & adueniat animæ mediante manatione diuina &c. Dicendum, q. ſcientia infuſa uel reuelata, quæ a Deo data eſt prophetis, & ſanctis eſt ſcientia, quæ neq; diſcurſu rationis, neq; ſenſu appræhendi poteſt, ſed cognitio primorũ principiorũ aliquo modo dependet a ſenſibus. Licet enim ex uirtute emanata a datore formarũ anima cognoſcit prima principia ſtatim notis terminis, & cognoſcit, q. totum eſt maius ſua parte intelligendo per totum quid commune ad totum mundum, et ad quid quãtitatiuum quantitate diſcreta, aut continua, & tunc patet, q. intellectus intelligit abſq; diſcurſu, q. totus mundus eſt maior parte ipſius, & q. aliquid quantum diſcretum, aut continuum eſt maius parte, & intelligit omnia iſta, licet ſenſus non ſenſerit totum mundum, neq; ſenſerit quãtum, qđ intelligit, tamen aliquo modo dependet a ſenſibus, quia licet non ſenſerit ſenſus totum mundum, aut aliquid quantum, tamen ex ſenſatione alicuius quanti intellectus ſtatim intelligit id, qđ importatur p prima principia, & per illas propoſitiones: Et cognitio huiuſmodi principiorum præſupponit cognitionem quantitatis, quæ ſenſu percipitur. Sed nõ ſic eſt de ſciẽtia reuelata, & infuſa ipſis prophetis circa cognitionem Dei, & eſſentiã eius, quæ ſenſu aliquo modo percipi nõ poteſt. Et ſic patet qualiter ſpecies intelligibiles primorum principiorum, & cognitio ipſorum, et eorum quæ dicta ſunt, aduenit animæ non per acquiſitionem ex ſenſibus, & diſcurſu rationis, ſed ex manatione diuina, ut ſupra dictum eſt. Secũdus modus, quo ſpecies intelligibiles & cognitio intellectiua aduenit animæ, et homini, eſt per acquiſitionem mediante diſcurſu rationali, aut cognitione demõſtratiua, ſicut ſunt ſpecies intelligibiles, & cognitiones conſiderationum logicalium, quæ ſunt ſicut genus, ſpecies, differentia &c. Patet enim, q. conſideratio ſpecierum, & cognitio ipſarum, & quid ſit genus, & quid ſint pronunciationes ſimplices, et quid compoſitæ, ideſt quid ſit terminus ſimplex, & terminus compoſitus: Cognitio quidem pronunciationis ſimplicis, uel termini ſimplicis, & cognitio pronunciationis, uel termini compoſiti habetur cum aliquali diſcurſu: nam terminus ſimplex eſt, cuius partes non ſunt partes intentionis illius termini ſimplicis, nam homo ſignificat aliquid, & partes eius, puta ho, et ly mo non ſignificat aliquid, ſed terminus compoſitus eſt, cuius pars ſunt partes intentionis, ſicut animal rationale, & ſicut oratio, quæ eſt terminus compoſitus, & qualiter fiat ſylogiſmus, & demonſtratio uera, aut falſa, aut ſylogiſmus rethoricus, aut ſophiſticus &c. Omnes iſtæ cognitiones, & conſiderationes adueniunt homini ex

acquiſitione mediantibus ſenſibus, et diſcurſu rationali, ut infra oſtenditur. Et ſimiliter conſideratio ſeu perſcrutatio rerum naturalium, & cognitio ipſarum, ſupple aduenit homini ex acquiſitione facta mediantibus ſenſibus, & diſcurſu rationis, & quæ ſint res naturales, Auicenna connumerat dicens, quæ ſunt ſicut materia, & forma &c. Et ſicut cognitio mathematica, ideſt cognitio rerum abſtractarum a materia ſecundum intellectum, non ſecundum eſſe, ſicut numeri &c. Et ſicut cognitio rerum methaſiſicalium, ſicut cognitio principiorum eſſendi abſolute &c. Omnes iſtæ cognitiones adueniunt animæ per acquiſitionem habitam ex ſenſibus, et diſcurſu rationis, ad quæ non peruenitur &c. Ideſt quæ omnia ſupradicta intellectus non appræhendit, niſi cum hac ſcientia ſupple acquiſita mediante diſcurſu rationis.

B ET PERVENTIO *ad cognitionem q. primus creator ſcilicet denudatur a ſocietate, & ſimilitudine &c. Et cognitio delectationum, & dolor &c. De his omnibus & ſupraſcriptis habetur ſcientia, & cognitio per acquiſitionem.*

C ET HAEC *uirtus quæ percipit uel appræhēdit has intētiones &c. In hac parte declarat Auicenna, qualiter intellectus percipit intentiones ſupradictas, & primo oſtendit, qualiter ex ſenſibus quādoq; acquirat ſpecies intelligibiles, et qualiter formētur ſpecies uniuerſales. Secundo qualiter intellectus ponit intentiones ſimplices, & qualiter fiant ſylogiſmi, & qualiter ex illis ſylogiſmis, & demonſtrationibus acquiratur ſcientia, & q. in omnibus iſtis intentionibus, & ſpeciebus uniuerſalibus extrahendis intellectus utitur uirtute animali, ideſt uirtute ſenſitiua & adiutorio intellectus uniuerſalis. Poſtea Auicenna declarat, quando intellectus non indiget uirtute ſenſitiua. Litera patet.*

D VERVM *uirtuti ſenſitiuæ &c. Cum uoūltate, et motu. Senſus enim quandoque ſentit abſque uoluntate, ſicut ſi ſubito ſenſibile offertur ſenſui, de neceßitate fit ſenſatio abſq; uoluntate, & abſq; motu, ideſt abſq; motu actiuo. Senſus enim non agit in ſenſibile, imo patitur ab eo, & abſq; operatione in eis, ideſt abſq; q. ſenſus operetur in ſpeciebus denudando eas &c. Immo ſpecies ſenſibilium perueniunt ad ſenſum per accidēs, ideſt abſq; intentione ſeu uoluntate, quia ſenſibile per accidens offertur corā ſenſu, aut mediante uirtute motiua, ideſt quia animal mouetur ad locum, ubi eſt ſenſibile. Vnde tale ſenſibile mouet ſenſum. Et per uirtutem motiuam poſſumus intelligere uirtutem appetitiuam, ſeu uolūtariam, quæ imperat, ut animal moueatur huc, illuc, et uideat hoc, uel illud, et ſic de aliis. Et ſpecies quidem ſenſibilium non denudantur a materia per ipſum ſenſum, ſicut ſpecies intelligibiles denudātur per intellectum. Et intellectus operatur, & agit uoluntarie in ſpecies intelligibiles denudando eas, & intelligendo ipſas. Species uero ſenſibilium non denudatur, niſi cum auxi-*

*lio mediorum puta aeris,& ſimilium perducentium ſpecies ad ſenſum.Ex prædictis patet qualiter intellectus apprehendat ſpecies uniuerſales intelligibiles,& qualiter componit eas,& faciat ſylogiſmos,& demonſtrationes,ex quibus habetur ſcientia per acquiſitionem ex ſenſibus,et diſcurſu rationis acquiſita.*DICITVR *ꝙ intellectus in actu eſt intelligens, et intellectum,uel res intellecta ſimul:Nam eſt intelligens, quia actu intelligit,& eſt intellectum,uel res intellecta,quia ſpecies intelligibilis,quæ aduenit intellectui,& intelligitur ab eo,& quæ eſt ab eo intellecta, unitur cum ipſo,& fit una forma.In ſubſtantijs enim abſtractis a materia,ſecundum philoſophũ, & ſecundum rationem idem eſt intelligens, & intellectum. Anima autem intellectiua eſt abſtracta a materia,ſicut intelligentiæ ſeparatæ,quare &c.Et nota ꝙ Arabici dicunt,ꝙ ſicut in ferro ignito uidemus operationem ignis,unde dicere poſſumus,ꝙ ex ferro & igne eſt factum quid unum, ſimiliter ex ſpecie intelligibili, & intellectu in actu fit unum. Quum igitur intellectus poßibilis reducitur ad actum per aliquã ſpeciem,& eſt actu intelligens,tunc dicimus,ꝙ intellectus in actu eſt intelligens,& intellectum.Eſt enim intelligens, quia ſubſtantia ipſius animæ eſt actu intelligens. Eſt autem intellectũ ratione ſpeciei intelligibilis intellectæ,quæ cum eo eſt unita,ut ſupra dictum eſt.Et ſicut ferrum,quando diu paſſum fuerit ab igne,ignitur,& unitur cum igne,& facit operationes ignis,ita intellectus poßibilis,quando unitur cum ſpecie intelligibili diuinitatis,unitur cum ipſa diuinitate,uel aliter:ita intellectus poßibilis intelligendo diuinitatem eo modo quo poteſt unitur cum ipſa diuinitate. Et quandoq; ex hac unione facit operationes diuinas ex gratia infuſa a Deo,& unione animæ cum Deo &c.Circa particulã iſtam dubitatur utrũ in ferro ignito ſeu in materia eius ſit forma ſubſtantialis ignis, aut forma ſubſtantialis ferri,aut forma ſubſtantialis ignis ſimul cum forma ſubſtantiali ferri, patet autem apud philoſophos eſſe impoßibile, ꝙ duæ formæ ſubſtantiales ſimul in uno & eodem tẽpore ſint in una, & eadẽ materia, quare relinquitur,ꝙ in materia ferri igniti ſit aut forma ſubſtantialis ferri,aut forma ſubſtantialis ignis:Et quia ferrum ignitum facit operationes ignis calefaciendo,& comburendo, ut patet experientia,ideo ſequitur,ꝙ ĩn materia ferri igniti ſit forma ſubſtantialis ignis: In contrarium autem arguitur,ꝙ in dicta materia ſit forma ferri,nam idem numero eſt ferrum, dum eſt ignitum, & antequam fuerit ignitum,& poſt eius ignitionem ſeparatam ab ipſo per infrigidationem ei aduenientem,nõ enim poteſt dici,ꝙ ſit aliud ferrum,& in materia ferri igniti ſucceſſerit per infrigidationem alia forma ſubſtantialis ferri diuerſa numero ab illa forma ferri, quæ erat in eius materia ante ipſius ignitionem, nam infrigidatio ſola facta ab aere,aut ab aqua non eſt ſufficiens diſpoſitio,et præparatio ad hoc, ut in materia ferri prius igniti introducatur alia forma ferri ſubſtãtialis,* E

nam quolibet non generatur ex quolibet & in quolibet loco, ſed ferrũ, & aurũ,& alia mineralia generantur in minera determinata, ubi uiget influentia pro forma ferri, aut auri &c. Et ubi fit mixtio acquirens cõplexionem ex contrarijs miſtibilibus ad ſe inuicem agentibus, per quam quidem complexionem mixtum eſt aptum ſeu præparatum recipere formã ſubſtantialem ferri, patet autem ꝙ in quolibet loco extinguitur ferrum ignitũ abſq; mixtione miſtibilium ſupradicta, quare ex ſola infrigidatione non induatur in materia ferri igniti noua forma ſubſtantialis ferri, neq; generatur nouũ ferrum diuerſum numero a ferro, qđ fuit prius ignitum. Et ſi dicatur ꝙ ſecundum alchimiſtam poteſt fieri in quocunq; loco uerum aurum, & uerum argentum. Dicẽdum, ꝙ ars archimica imitatur naturam, & applicat actiua paßiuis componendo artificialiter diuerſa miſtibilia ad hoc, ut ex calore artificiali, & ex ratione illorum miſtibilium contrariorum natura compleat introducendo formam ſubſtantialem auri, & argenti in mixto præparato per complexionem reſultantem expredictis miſtibilibus ad recipiendum formam ſubſtantialem auri, & argenti: In extinctione autem ferri, & in infrigidatione ipſius non fit noua miſtio rerum miſcibilium, quare ex infrigidatione, & extructione ferri igniti nõ fit, neq; generatur nouum ferrum. Dicendum eſt igitur, ꝙ in ferro ignito eſt forma ſubſtantialis ferri, quæ prius erat ante ignitionem, & cum dicitur, qđ ferrum ignitum comburit, et habet caliditatẽ ĩ ſummo ſicut ignis. Reſpondetur, ꝙ licet comburat ſicut ignis, & fortius comburat, quàm flamma ignis, non tamen ſequitur, ꝙ ferrum ignitum ſit ignis, et qđ in ferro ignito ſit forma ignis, neq; in eo eſt caliditas in ſummo conformis caliditati ignis: Et licet ferrum ignitum fortius comburat, quàm flamma ignis rara, tamen hoc nõ fit niſi ex caliditate minus intenſa, quàm ſit caliditas ignis exiſtente in mixto duro, et ſolido, in quo eſt plus de materia, quàm in flamma ignis rara. Et ſicut dicunt Arabes, & alij philoſophi ꝙ aer ſit humidior aqua, tamen aqua, quæ eſt denſior, quàm aer, & quæ habet plus de materia, quàm aer, magis humectat, & magis madeficit, quàm aer: ſimiliter ferrum ignitum habens formã ſubſtantialem ferri fortius comburit, quàm flamma ignis, licet caliditas eius ſit intenſior, quàm caliditas ferri igniti. & ſi dicatur etiam, ꝙ lignum, & aliud combuſtibile ignitur, et cõburitur, & per combuſtionem corrumpitur, & perdit ſuam formam ſubſtantialem, ſimiliter ferrum ignitur, ut patet experientia, per quam ignitionem tandem comburitur, et perdit ſuam formam ſubſtantialem: In ferro igitur ignito deperditur forma ſubſtantialis ferri: Et per conſequens ferrum ignitum non eſt ferrum, neq; habet formam ſubſtantialẽ ferri, ſed formam ſubſtantialem ignis: Reſpondetur, ꝙ lignum ignitum propter raritatem ſuæ ſubſtantiæ per partem poſt partem comburitur, et fit carbo, & ſecundum illam partem, ſecundum quàm fit carbo, lignum corrũpitur,

& ſuccedit in materia ipſius forma ſubſtantialis carbonis, et dum ulterius ille carbo aduritur, & incineratur, tunc materia carbonis recipit formã cineris, qui quidem cinis non eſt combuſtibilis, ſicut erat carbo, & lignũ, quia in cinere non remanſit humiditas, neq; ſubſtantia apta accendi, & inflammari: ferrum autem ignitum propter denſitatem ſuam, & multam materiam ipſius, licet igniatur, tamen reſiſtit aduſtioni, & corruptioni, & non fit carbo, neq; incineratur, ſicut lignum: ſed ferrum, quamdiu eſt ignitum, retinet formam ſubſtãtialem ferri, cuius ſignum eſt, quia per extinctionem, & infrigidationem ipſius remanet idem ferrum numero, qđ prius erat ante ignitionem ipſius, uerum non eſt negandum, quin ferrum ignitum ex longa mora, & igne ſecundum aliquam partem minoretur ex hoc, quòd ex actione ignis longa, & forti ſeparantur aliquæ partes ſubtiles ſquammoſæ a ferro ignito, unde ferrum ignitũ minoratur. Ex quibus patet ꝙ ferrum ignitum eſt idem ferrum, ꝙ prius erat ante ſuam ignitionem, & non differt ab eo niſi accidentaliter per caliditatem inhærentem ferro, & unitam cum eo impreſſam ab igne, & ſicut pannus albus efficitur niger a re tingente ſeu a tinctura nigra, & eſt eadem ſubſtantia pãni, quæ prius fuit, antequam reciperet colorem nigrum, & uniretur cum colore nigro, ſimiliter ferrum dum ignitur recipit ab igne caliditatẽ accidentalem, quæ quidem caliditas inhærens ferro denſo, & unita cum eo cõburit, & calefacit, & facit operationes ignis. Iſtis præmiſſis dicatur ꝑ uerificatione comparatiõis ſupradictæ, ꝙ ſicut ferrum ignitum eſt quid unũ compoſitum ex ſubſtantia ferri, & ex caliditate accidentali impreſſa ab igne, & ferrum ignitum mediante tali caliditate impreſſa, & unita cum ferro, dicitur eſſe unitum cum ferro, quia omne agens agit per contactum mediate, uel immediate, & omne paſſum etiam non patitur, et non recipit impreſſionem ab agente niſi mediante contactu ſupradicto corporeo, aut contactu ſpirituali, aut uirtuali non corporeo. Et ſicut etiam intellectus intelligẽs aliqđ intelligibile dicitur pati ab eo, quia intelligere conſiſtit in quodam pati ab obiecto intelligibili, & dicitur recipere impreſſionẽ, & intellectionem ab eo, et mediante tali intellectione recepta, et unita cũ intellectu dicitur intellectus eſſe quid unum compoſitum ex ſubſtantia intellectus, & ex intellectione prædicta, & dicitur etiam intellectus unitus cum obiecto intelligibili, a quo recepit intellectionem, et ſpeciem intelligibilem. Similiter anima uirtuoſa non immerſa in iſtis inferioribus, ſed eleuata ad contemplationem Dei, et ignita amore diuino, ſicut fuit anima eiuſq; prophetæ & aliorum ſanctorum, recipit a Deo cognitionẽ infuſam, & mediante tali cognitione infuſa, & recepta uirtualiter a Deo dicitur anima illa unita cum Deo, ex qua quidem unione anima ſupradicta operatur miracula, & operationes ipſius Dei glorioſi: ſicut enim dicitur, ꝙ ferrum ignitum mediante caliditate recepta ab igne dicitur eſſe unitum cũ

igne, & facere operationes ignis, ſicut dictum eſt, ſimiliter affirmatur ab Arabicis, q̃ animæ prophetarum, & ſanctorum, mediante cognitione infuſa a Deo dicuntur eſſe unitæ cum ipſo Deo, & facere operationes Dei tam in operando miracula, & in habendo poteſtatem ſuper iſta inferiora, quàm in prophetando futura. Et nota, q̃ ſecundum Auicennam cognitio infuſa a Deo, non habetur per ſpeciem intelligibilem, ſicut habetur cogitatio, & ſcientia per diſcurſum rationis mediante ſpecie intelligibili: ex quibus patet ucrificatio comparationis Arabum ſupradictæ.

Intentio uniuerſalis ſimplex eſt ſicut intentio differentiæ, & intentio generis generaliſſimi. Quælibet enim iſtarum non componitur ex genere, & differentia, ſicut genus ſubalternum, et ſpecies ſpecialiſſima, ſicut Auicenna infra declarabit.

Capitulum nonum de demonſtratione ſubſtantiæ animæ, & q̃ ipſa ſine corpore exiſtere vel ſtare poſſit ſecundum ſemitam logicalem.

VNa demõſtrationum logicalium in affirmatione iſtius quæſiti eſt, vt præmittamus ei quaſdam præmiſſas, ex quibus eſt q̃ homo format intẽtiones vniuerſales, in quibus communicant plurima, ſicut homo abſolute & animal abſolute. Et ex iſtis quidẽ intentionibus vniuerſalibus ſunt quædã quæ formantur cum compoſitione particulari. Et ex eis ſunt A quæ formantur non cum compoſitione, ſed ſimpliciter. Et dũ non formatur diuiſio vltima, vel pars vltima, non eſt poſſibile vt formetur diuiſio prima vel pars prima. Amplius nos nõ formamus vnamquamq; iſtarum intentionum vniuerſaliũ niſi vnica forma, vel ſpecie denudata ab indiuiduatiõibus particularibus ſenſatis, cum particularia, vel ſingularia quarumcunq; intentionum vniuerſalium non terminentur in potentia, vel non numerentur in potentia, vel non perueniãt ad finẽ B numeri in potentia: & non ſint aliqua ipſorum digniora in hoc quibuſdam. Et ex eis eſt q̃ forma quoties inhæret alicui corpori, & in ſumma cuicunq; diuiſibili, tunc ipſa iam induitur ab eo complete ſecundum omnes partes eius. Et ſic etiam quoties ipſa induitur a diuiſibili complete ſecundũ partes eius tunc ipſa eſt diuiſibilis: quare omnis forma induta a corpore quocunq;, eſt diuiſibilis. Et ex eis eſt q̃ omnis forma vniuerſalis, vel ſpecies vniuerſalis, quum in ea conſideratur diuiſio eſſentiæ ſuæ in abſtracto, vel quum conſideratur in ea diui

ſio cum abſtractione ſua, tunc non eſt poſſibile vt ſint partes eius conſideratæ, ſimiles toti, vel ſimiles vniuerſali in complemento intentionis, vel ſecundum omnem intentionem. & ſi non, tunc forma vniuerſalis, vel ſpecies vniuerſalis, in cuius eſſentia conſideratur diuiſio, non eſſet diuiſa eſſentialiter: immo eſſet diuiſa in ſua ſubiecta ſcilicet aut in ſpecies ipſius aut in indiuidua ipſius. Et multiplicatio quidem ſpecierum et indiuiduorum, non neceſſitat diuiſionem in re abſtracta vniuerſali, vel in abſtractis vniuerſalibus. Non igitur cadit diuiſio in abſtractis vniuerſalibus, vel in re abſtracta vniuerſali. & iam poſitum eſt ꝙ in ipſa cadit qđ eſt falſum. Sermo igitur noſter, ꝙ partes ipſius non ſunt ſimiles ei in complemento intentionum, eſt ſermo verus. Et ex eis eſt, ꝙ in forma vniuerſali, quando conſideratur diuiſio, tunc non eſt poſſibile vt ſint partes eius expoliatæ ab oĩbus intentionibus illius. Nos enim quando fecerimus poſſibile illud, & dixerimus, ꝙ iſtæ partes ſunt ſeparatæ a complemento formæ vniuerſalis: & ꝙ non accidit forma vniuerſalis in eis niſi apud aggregationẽ ipſorum, & tunc erunt res vacuæ a forma, quæ accidit in eis apud compoſitionẽ. Et iſtæ modus eſt partium recipientiũ. Non ergo tunc caderet diuiſio in forma vniuerſali: immo in recipientibus, & iam dictum eſt, ꝙ in ea cadit qđ eſt falſum, quare erit ſermo noſter, ꝙ non eſt poſſibile, vt ſint partes ſeperatæ ab ea in omnibus intentionibus, ſermo verus. Et ex eis eſt concluſio pręmiſſarum, ꝙ in forma vniuerſali, quãdo eſt poſſibile vt conſideretur diuiſio, tunc partes eius non ſnnt vacuæ a perfectione formæ: neqꝫ æquatur ei ęquatione completa, & [quaſi ſint partes diffinitionis aut] deſcriptionis eius. Firmatis ergo iſtis pręmiſſis, dicamus ſine dubio, ꝙ forma intelligibilis, ſeu ſpecies intelligibilis, & in ſumma ſcientia, vel & omnis ſcientia requirit ſubiectum [ſubſtantiale per ſe ex hominis eſſentia] cui inhæreat. Et non euacuatur quin aut illud ſit ſubſtantia corporea diuiſibilis, aut ſubſtantia ſpiritualis nõ corporea neqꝫ diuiſibilis. Et dico ꝙ neqꝫ eſt poſſibile ꝙ ipſa ſit corporea: & illud, quoniam ſpecies intelligibiles vniuerſales quando adueniunt, vel inhærent corpori, tunc ſine dubio eſt poſſibile vt in eis conſideretur diuiſio quam diximus primo. Et non eſt poſſibile vt ſint partes eius niſi ſimiles toti ſe-

Alia lra. ipſę ſunt ſicut partes diffinitionis &c. Alia litera. ipſius hominis ſubſtantialis &c.

cundum modum vnum, & ſeparatæ ab eo ſecundum modũ alium. Et in ſumma, in vnaquaq; ipſarum eſt aliqua intentio vniuerſalis. Et ex forma quidem vniuerſali non eſt aliquid compoſitum q́ habeat aliquam intentionem eius niſi ex genere & differentia. Iſtæ igitur partes ſunt genus & differentia, & quælibet earum eſt forma vniuerſalis. quare ſermo in eis eſt ſicut ſermo in prima. Et ſine dubio, nos pueniemus ad formam primam ſeu vltimam, quę non diuiditur in genus, et differentiam, propter prohibitionem proceſſus in infinitum in partibus diuerſarum intentionum. Probatum eſt enim, q́ corpora diuiduntur in partes, ad quas nõ eſt terminus ſeu ſtatus. Et notum eſt, q́ forma vniuerſalis nõ diuiditur niſi in genus, & differentiam, q́ ſi fuerit aliqua ex eis quæ non diuidatur in genus & differentiam, tunc ipſa non diuiditur aliquo modo in ſe ipſa: huic igitur formæ primæ vel vltimæ, & illi quæ eſt compoſita ex eis, nõ eſt poſſibile vt ſubijciatur aliud corpus, cum ex manifeſtis, vel cognitis ſit, q́ hominis non ſit poſſibilis appręhẽſio, vel cognitio niſi [cum forma, vel ſpecie uitę rationalis.] Et in ſumma non eſt poſſibile vt formentur, vel appræhẽdantur formæ vniuerſales, vel ſpecies vniuerſales quibus ineſt genus & differentia, niſi cum formatione, vel apprę henſione amborum ſimul. Forma igitur quam diximus fundari in corpore, vel inhærere corpori. & non fundatur in eo, eſt dictum falſum. quare contrarium eius (& eſt ſermo noſter) q́ forma, vel ſpecies intelligibilis vniuerſalis, non fundatur in corpore aliquo, vel non inhæret alicui corpori, eſt ſermo verus. Subſtantia igitur cui inhæret, vel in qua fundatur ſpecies intelligibilis vniuerſalis, eſt ſubſtantia ſpiritualis non habens conditiones corporum. Et eſt illa quæ nominatur anima rationalis, & illud eſt q́ voluimus declarare. Et ex eis demonſtrationibus quæ demonſtrant hoc quæſitum, & verificant qđ nos declarabimus, eſt iſta. Dico enim q́ corpus per ſe non poteſt appræhendere intelligibilia, quare non attribuitur corporibus habentibus animalitatem, q́ ipſa appræhendant intelligibilia niſi cum virtute poſita in eis. Et hæc virtus ſi fuerit appræhendens per ſe abſq; communitate, vel ſocietate corporis: Erit igitur per ſe conueniens, & proportionata, vt ſit ſubiectum formarum, vel ſpecierum intelligibilium. &

Alia litera. cũ ſpẽ viuentis rõnalis.

qđ habet hanc conditionem eſt ſubſtantia. Et eſt conue-niens vt ſit ſubiectum formarum intelligibilium. Quum igi-tur habet huiuſmodi, vel talem diſpoſitionem, ſequitur ꝙ ſit ſubſtantia. Quare manifeſtum eſt modo ꝙ hæc virtus nō appræhendit niſi intelligibilia per ſe abſq; communicatione corporis. Et dico ꝙ omne qđ appręhēdit res cum communi catione corporis, quoties reiterantur ſuper ipſum appræhen-ſibilia excellentia, perducunt ad corruptionem eius, & accidit ei deſtructio propter debilitatem inſtrumenti, & alteratione ipſius a ſua virtute, propter id qđ aduenit ei ab excellentibus ſenſibilibus in adminiſtratiōe virtutum ſuper ea. Et propter illud debilitatur virtus viſiua, quotieſcunque perſeuerauerit aſpectio ad formam ſolis. Et virtus auditiua quoties reitera-tæ fuerint ſuper ipſam formæ, vel ſpecies vocum fortium. Amplius iſta virtus ſcilicet quæ appræhendit intelligibilia, quoties appræhenderit intelligibilia excellentia ſeu fortia, ef-ficitur fortior in operatione eius. Non eſt igitur ei neceſſitas inſtrumenti, vel non igitur ipſa indiget inſtrumento in apprę henſione ſua: quare ipſa eſt per ſe appræhendens. Iam autem manifeſtauimus ꝙ omnis virtus appræhēdens per ſe, eſt ſub-ſtantia. Iſta igitur virtus eſt ſubſtantia. Et hoc eſt qđ volui-mus declarare. Et ex demonſtrationibus quæ demonſtrant iſtud quæſitum: eſt qđ dicemus. Dico ergo ꝙ aduentus for-mæ, vel ſpeciei in corpore, eſt paſſio corporis ab ea, & rece-ptio. Et quia impoſſibile eſt ꝙ aliquid ſit agens & patiens, ap paret nobis ꝙ impoſſibile eſt ꝙ corpus recipiat per ſe formā vel ſpeciem intelligibilem, & exuat, vel a ſe remoueat aliam. Amplius videmus hominem quandoq; periudicari, vel per-mutari in informatiōe ab vna ſpecie intelligibili ad aliam. vel permutari a perceptione vnius ſpeciei intelligibilis ad aliam ſpeciem intelligibilem. Et non euacuatur quin ſit illud aut cū operatione propria corpori, aut cum operatione propria vir-tuti rationali, aut cum operatione communi eis ambobus. Et iam manifeſtum eſt ꝙ talis operatio non poteſt attribui cor-pori ſoli cum proprietate eius. Et dico ꝙ neq; etiam cum cō-munitate. Corpus enim non adiuuat virtutem, vt ſit ſubiectū C formæ vel ſpeciei alicuius per ſe, & vt exuat, vel expoliet, vel remoueat formam, vel ſpeciem intelligibilem a ſe, cum ſciat

ꝙ tunc corpus cum virtute efficerentur duo ſubiecta. formæ
D huic vel huic ſpeciei aduenienti, & ſubiecto non attribuitur
niſi paſſio pura vel ſimplex.et quælibet iſtarum duarum ſunt
E operationes.Hæc igitur operatio eſt propria proportionata
virtuti. & omnis res quæ non indiget in operatione ſua pro-
ueniente ab eſſentia ſua re alia,quæ ipſam adiuuet, nec etiam
indiget re alia,quę ipſam adiuuet,vt ſtet per ſe.Pręſuppoſitio
enim ſtandi per ſe præcedit præſuppoſitionem proceſſionis
operationum per ſe.hæc ergo virtus eſt ſubſtantia per ſe exi-
ſtens.Anima ergo rationalis eſt ſubſtantia. & hoc eſt ꝙ vo-
luimus probare. Et ex demonſtrationibus demonſtrantibus
veritatem iſtius ſermonis,eſt qđ adducemus. Dico ergo nõ
eſſe dubium ꝙ corpus animale, & organa animalis quũ ſunt
completa in ætate augmenti, & ætate ſtatus, incipiunt exte-
nuari & diminui, & debilitatur virtus & creatura: & illud
quum peruenerit ad quadraginta annos.& ſi virtus intellecti
ua eſſet virtus corporea organica, tunc non inueniretur aliqs
hominum in hac ætate,cuius iſta virtus non eſſet iam diminu
ta. Sed res in pluribus hominibus eſt diuerſa vel contraria ab
F hoc:immo conſuetudo currit in plurimo ipſorum, vt ipſi ac-
quirant in hac ætate acutiem in virtute intellectiua,et augmẽ
tum intelligentiæ.exiſtentia igitur virtutis rationalis non eſt
cum corpore,neqꝫ cum organo. Eſt ergo ſubſtãtia per ſe exi
ſtens.& hoc eſt qđ voluimus probare. Et ex demonſtratio-
nibus pro veritate iſtius ſermonis eſt, manifeſtum eſſe ꝙ nõ
ſit aliqua virtus animalis corporea, quæ habeat potentiam
ſuper operationes non terminatas vel infinitas.et illud quoniã
medietas virtutis illius corporis reperitur abſqꝫ dubio debi-
lior quã virtus aggregata.& debilis eſt minus fortis, vel mi-
nus potens ſuper ipſam q̃ fortis.et qđ eſt minus q̃ infinitum,
eſt finitum. quare virtus vniuſcuiuſqꝫ duarum medietatũ eſt
finita.Aggregatum igitur ipſarum eſt finitum, cum aggrega-
tum duorum finitorum ſit finitum.Iam autem dictum eſt ip-
ſum eſſe infinitum, qđ eſt falſum.quare veritas eſt ꝙ virtu-
tes corporales non poſſunt ſuper operationes infinitas. Quũ
autem formæ,vel ſpecies figurarum,& numerorum,& ſcibi
lium quæ ſunt in potentia vt intelligantur,ſint infinitæ: ſequi
tur ꝙ virtus rationalis non ſit habens eſſe exiſtere cum cor-

pore.quare eſſe ſuum & exiſtentia ſua eſt per ſe, & eſt ſubſtā tia per ſe. Amplius, ex manifeſtis eſt, ꝙ corruptio vnius ſubſtantiæ coniunctæ vel aggregatæ, non exqnirit corruptionē alterius ſecundę. quare corruptio corporis non neceſſitat corruptionem animæ. & hoc eſt qđ voluimus probare.

Declarationes ſuper capitulo nono.

ET DVM *non formatur diuiſio prima &c. Ideſt dum intellectus nō format intellectiones ſimplices, nō eſt poſſibile, ut formetur diuiſio prima, ideſt ut fiat ab intellectu cōpoſitio particularis, ſicut iſte homo eſt homo, uel iſte homo eſt animal rationale, quia talis cōpoſitio particularis fit ex intentionibus ſimplicibus: Vbi ergo intellectus non format intellectiones, uel intentiones ſimplices, non poteſt formare compoſitas. Amplius nos nō formamus &c. Ideſt intellectus noſter non format aliquam illarum intentionum ſimplicium, niſi cum unica ſpecie intelligibili, quæ quidem ſpecies eſt denudata ab indiuiduationibus ſenſatis particularibus. Verbi gratia intellectus, cum format intentionem uniuerſalem hominis animalis, nō format aliquā iſtarum niſi cum ſpecie intelligibili hominis denudata ab indiuiduationibus particularibus ſenſatis, quæ exiſtunt ī indiuiduis cōtentis ſub homine, & ſub animali. Vnde intelligens per ſpeciem intelligibilem hominis, intelligit hominem abſolute, & non intelligit iſtum, uel illum hominem, neq; conditiones indiuiduantes exiſtentes in iſto uel in illo homine particulari. Singularia enim, & indiuidua particularia contenta ſub ſpecie hominis, licet illa, quæ ſunt in actu habeant numerum terminatum, tamen illa quæ ſunt in potētia non habent numerum determinatum, neq; ipſa poſſunt numerari, et intellectus non poteſt ipſa compræhendere, neq; aliqua ipſorum ſunt digniora, ut appræhendantur ab intellectu, quā alia & numerentur ab intellectu, & non alia, quare intellectus formando intētionem uniuerſalem hominis ſimplicem, non format ipſam, neq; appræhē dit eā, niſi unica ſpecie intelligibili denudata, & abſtracta ab indiuiduis, & a conditionibus indiuiduantibus particularia contenta ſub ſpecie hominis.* Non enim oportet, ut intellectus intelligendo intentionem uniuerſalem hominis intelligat eam, neq; formet ipſam mediantibus omnibus ſpeciebus intelligibilibus indiuiduorum omniū hominis, quia illa indiuidua in potentia ſunt infinita numero, neq; etiam mediātibus ſpeciebus aliquorum indiuiduorum, quia non eſt maior ratio de quibuſdam, quàm de alijs, quare non format intētionem uniuerſalem hominis, niſi unica ſpecie intelligibili, & non pluribus. Et qđ diximus de intentione uniuerſali hominis clarius intelligitur de ipſa humanitate, & aīalitate in uniuerſali. Quelibet enim iſtarum intentionum non intelligitur, niſi per unicam formam, & ſpeciem uniuerſalem.*

Et non

B ET NON *ſint aliqua digniora quibuſdam, exponunt Arabes, ideſt & non ſint aliqua indiuidua digniora in hoc, ideſt ad formandum intẽtionem uniuerſalem, quàm reliqua indiuidua: igitur non formatur niſi unica, & ſola ſpecie.*

ET EX *eis eſt, ꝙ forma quotieſcunq; induit corpus &c. Ideſt & ex eis præmißis eſt, ꝙ quotieſcunq; forma induit corpus, ideſt forma inhæret corpori extenſa ad extenſionem corporis, iam induit cõplete partes eius, ideſt eſt extenſa ad extenſionem partium eius.*

ET EX *eis, ideſt ex eis præmißis eſt, ꝙ omnis forma uniuerſalis &c. Puta humanitas, uel animalitas, quum conſideratur ſimpliciter ſecundum eſſentiam ſuam, tunc non eſt poßibile, ut ſi cõſideratur in ea diuiſio, quòd partes eius ſint ſimiles toto, ſecundum communem eius intentionem &c. Litera patet. Et multiplicatio indiuiduorum ſpecierum nõ neceßitat diuiſionem in re abſtracta. Nam licet ſint plura indiuidua hominis, quibus homo communicat, tamen homo in communi, & eſſentia hominis in uniuerſali eſt una: homo enim in communi eſt quid unum non diuiſus, ſicut unitas in communi eſt una, & licet ipſa ſit in hoc uel in illo, tamen diuiſio eſt ex parte ſuppoſitorum, quæ ſub ea continentur non ex parte unitatis in communi ſecundum eßentiam ſuam, ita dicatur de uniuerſali, uel de forma uniuerſali, quòd eius communicatio ad ſua ſuppoſita non eſt eius diuiſio eſſentialis.*

ET EX *eis, ideſt ex eis præmißis eſt, ꝙ in forma uniuerſali prædicta, quum conſideratur diuiſio, tunc non eſt poßibile, ut partes eius ſint expoliatæ ab omnibus intentionibus, quæ ſunt in illa forma, uel ſpecie uniuerſali. Verbi gratia in ſpecie uniuerſali hominis eſt intentio animalitatis, & rationalitatis, quia homo eſt aninal rationale: impoßibile eſt ꝙ partes ſpeciei uniuerſalis hominis, puta indiuidua hominis in communi, expoliẽtur ab intentione animalitatis, & rationalitatis, & ſic de alijs. Nam ſi dixerimus illud eße poßibile, & dixerimus, ꝙ illæ partes ſunt ſeparatæ a complemento formæ uniuerſalis, ita ꝙ partes illæ ſunt ſeparatæ, & expoliatæ ab omni intentione exiſtente in forma illa uniuerſali, & ꝙ illa forma uniuerſalis non accidit partibus ſuis, niſi apud aggregationem ipſarum partium, & ꝙ illæ partes erunt res expoliatæ, & uacuæ a forma illa, quæ non accidit eis, niſi apud compoſitionem, & aggregationem ipſarum partium, tunc partes illæ, formæ uniuerſalis, habebunt modum partium recipientium, ſicut materiæ, & partium integrantiũ alicuius compoſiti quãtitatiui. Patet enim, ꝙ materia, ſimiliter partes integrantes, puta caput, manus & pedes ſunt expoliatæ a forma hoĩs, anteq̃ materia ſit unita formæ ſubſtantiali hominis, & antequã manus, & pedes, & aliæ partes ſint organizatæ, & aggregatæ, & coniunctæ, & forma hominis non aduenit materiæ neq; partibus integrãtibus, niſi poſt compoſitionem, uel aggre-*

gregationem. Si ergo partes formæ uniuerſalis eſſent expoliatæ a forma uniuerſali, quæ nõ aduenirct eis niſi apud compoſitionem, & aggregationem, tunc tales partes haberent modum materiæ, & partium integrãtiũ, & partium recipiẽtium, & ſic partes hominis in uniuerſali, quæ ſunt indiuidua ipſius haberent modum partium integrãtium; & ſic iſte homo de per ſe, & Plato, & Cicero de per ſe non eſſet homo; & ſic de alijs indiuiduis eſt dicendum: & ſic homo in uniuerſali non prædicaretur uere de aliquo indiuiduo de per ſe, & ſigillatim, ſed de omnibus aggregatis ſimul prædicaretur, & non ſeperatim, qđ eſt falſum. In forma igitur uniuerſali non cadit diuiſio in partibus, quæ ſunt expoliatæ ab illa forma in omnibus intentionibus illius.

ET EX eis eſt &c. Ideſt ex eis præmiſsis eſt concluſio præmiſſarum duarum, ꝙ in forma uniuerſali, quum eſt poſsibile, ut cõſideretur diuiſio, tunc partes illius uniuerſalis nõ ſunt uacuæ a perfectione, neq; illæ partes de per ſe æquantur illi formæ uniuerſali æquatiõe completa, ita ꝙ quælibet illarum partium habeat omnem perfectionem, quam habet forma uniuerſalis illa, quæ eſt diuiſa. Quum ergo in forma uniuerſali conſideratur diuiſio, tunc illæ partes nõ ſunt uacuæ omnino a perfectione, quæ eſt in illa forma uniuerſali, neq; æquãtur &c. Ideſt neq; habent omnem perfectionem, quam habet illa forma uniuerſalis, ſed illæ partes ſe habẽt reſpectu illius formæ uniuerſalis, ſicut partes diffinitionis, aut deſcriptiõis ipſius. Homo igitur in uniuerſali quum ſecundum cõſiderationem diuiditur, tũc partes ſuæ ſunt partes diffinitionis eius, quæ ſunt genus, & differentia, uidelicet animal, & rationale: & patet, ꝙ genus, puta ly animal, non eſt pars, quæ ſit uacua a perfectiõe hominis in uniuerſali, quia in homine in uniuerſali includitur animal, neq; etiam ly animal continet omnem perfectionem, quam continet homo, quia homo ultra perfectionem animalis continet perfectionem differentiæ. Similiter ly rationale, quæ eſt differẽtia, & quæ eſt pars hominis in uniuerſali, non euacuatur, uel non expoliatur a perfectione hominis, immo includitur in eo, neq; æquatur, ſed eſt pars hominis in uniuerſali, ſicut pars diffinitionis. Apparet ergo, ꝙ ly animal, & ly rationale, quæ ſunt partes hominis, habent de per ſe aliquã perfectionem hominis, & quælibet illarum non continet omnem perfectionem hominis, ſed aliquam partem ſic, & aliquam non, & ſe habent, ſicut partes diffinitionis, & ſicut dixi de partibus hominis in uniuerſali, ita de alijs, quando in eis conſideratur diuiſio. Iſtis præmiſsis firmatis dicamus, ꝙ ſine dubio forma intelligibilis ſeu ſpecies ĩtelligibiles. Et ſimiliter omnis ſcientia requirit ſubiectum, qđ eſt ex eſsentia hominis: & eſt ſubſtãtiale per ſe: & ſubijciens ei. Et tale quidem ſubiectum nõ euacuatur: quin aut ſit ſubſtantia corporea: aut incorporea. Et non eſt poſsibile: ꝙ ſit corporea: & illud· quoniam ſpecies intelligibiles uniuerſales eſſent diuiſibi-

leſ.Sed in forma uniuerſali, uel in ſpecie intelligibili non poteſt cõſiderari alia diuiſio ab ea, quã diximus primo, ideſt ſupra ſcilicet q. partes eius ſecundum modum unum ſcilicet ſimul & coniunctim cõſideratæ ſunt ſimiles toti, et ſecũdum modum alium ſunt ſeparatæ ab eo, ita q. partes illæ habent aliquam perfectionem illius totius uniuerſalis, & aliquam non, ſicut partes diffinitiõis, ut dictum eſt. Et in ſumma, unaqueq; illarum partium illius formæ uniuerſalis, uel ſpeciei intelligibilis uniuerſalis eſt aliqua intentio uniuerſalis. Partes enim diffinitionis eſt genus, & differentia, uel ſimile generi, & differentiæ. Patet autem q. genus & ſimiliter differẽtia eſt intentio uniuerſalis. Et ſi ex forma uniuerſali componitur aliquid, qđ habeat intẽtionem illius, talis forma uniuerſalis, ex qua fit compoſitio, nõ eſt niſi genus, & differentia. Partes ergo formæ uniuerſalis non eſt niſi genus, & differentia, & quælibet earum eſt forma uniuerſalis, quare de q̃libet illarum dicendum eſt, ſicut de prima, q. ipſa nõ habeat alias partes ab eis, quas diximus ſcilicet alias & genere, & differentia: & tandem, quia nõ eſt proceſſus in infinitum, eſt deuenire ad ultimam formam uniuerſalẽ, quæ non diuiditur in genus, & differentiam. Forma ergo illa ultima uniuerſalis cum non habeat partes in ſe ipſa, & in eſſentia ſua non poteſt inhærere corpori, & extendi ad extenſionem ipſius, quia tunc haberet partes quantitatiuas, in quibus fundatur, qđ eſt falſum, quia dictum eſt q. ipſa ſit ſimul non habens aliquas partes, neq; etiam forma uniuerſalis compoſita ex genere ſuperiori, & differentia, quæ ſunt formæ uniuerſales, poteſt inhærere corpori, quia tales non habet alias partes, quàm genus, & differentia. Homo enim in uniuerſali componitur ex genere & differentia propria, & non eſt poßibile, ut intelligatur homo, in quantum eſt animal rationale, uel in quãtum eſt habens uitam & rationem, niſi intelligatur animal, & rationale, et niſi intelligatur. ſpecies intelligibiles uitæ, et ſpecies intelligibiles rationalis. Impoßibile eſt enim, ut appræhendantur formæ uniuerſales, quibus ineſt genus, & differentia, niſi cum appræhenſione generis, & differentiæ ſimul. Forma ergo uniuerſalis, cum nõ habeat partes alias ab eis, quas diximus, non poteſt inhærere corpori, quare ſermo eius, qui dixit, q. ſpecies uniuerſalis fundatur in corpore, eſt ſermo falſus. Subſtã tia ergo, in qua fundatur, uel in qua aduenit ſpecies intelligibiles uniuerſalis, & ſubſtantia ſpiritualis, non corporea. Anima igitur, cui adueniunt ſpecies uniuerſales intelligibiles, eſt ſubſtantia incorporea. & hoc eſt qđ uoluimus declarare.

ET EX *demonſtrationibus, quæ demonſtrant iſtud quæſitum &c. Amplius uidemus hominem quãdoq; periudicari, uel permutari ab informatione, uel a ſpecie intelligibili ad aliam ſpeciem &c. Ideſt homo poteſt accipere ſpeciem intelligibilem rei cuiuſdam, et remouere a ſe ſpeciem intelligibilẽ alterius. Et q. hoc ſit uerum, declaratur, nam ſi homo imagina=*

tur montem aureum,poſtea intelligendo ꝙ non reperitur mōs aureus, tūc
homo deſtruit ſpeciem montis aurei,& quia intelligit,& cognoſcit, ꝙ nō
reperitur mōs aureus,et intelligit montem uerum,ſicut in eſſe reperitur,
& patet,ꝙ intelligendo montem uerum,ſicut reperitur in eſſe,& intelli-
gendo,ꝙ non reperitur mons aureus,tunc intellectus recipit ſpeciem intel
ligibilem montis ueri,& ſic patitur a ſpecie intelligibili montis ueri, pro
quanto uero intelligit montem aureum non eſſe , quem homo imaginatur,
ut ſic,remouet a ſe ſpeciem intelligibilem montis aurei,& intellectionem
eius,& ut ſic,intellectus agit.

ET NON *euacuatur quin ſit illud &c.Ideſt & talis operatio ſcili-*
cet recipere ſpeciem,qđ eſt quoddam pati,& remouere a ſe ſpeciem intelli
gibilem,qđ eſt quoddam agere,non euacuatur,quin aut fiat cum operatio
ne propria corpori,aut operatione propria uirtuti rationali , aut opera-
tione communi eis ambobus ſcilicet corpori,& uirtuti rationali:& iā ma
nifeſtum eſt,ꝙ talis operatio non poteſt attribui corpori ſoli cum proprie
tatibus ipſius:aliter exponitur corpori ſoli,uel cum proprietatibus ſuis.i.
corpori in quantum corpus,quia ſi ſic,tunc omne corpus ageret,et patere-
tur,qđ eſt impoßibile:nam impoßibile eſt,ꝙ corpus recipiat per ſe formā,
uel ſpeciem intelligibilem,& remoueat a ſe aliam ſpeciem,quia ut ſic,age
*ret,& pateretur.*ET DICO *ꝙ neq;,& cum communitate,ideſt & di-* C
co ꝙ neq; etiam talis operatio poteſt fieri cum communitate ſcilicet corpo
ris,et uirtutis rationalis, ita,ꝙ corpus adiuuet uirtutem rationalem.Cor
pus enim non poteſt adiuuare uirtutem rationalem , ut ſit ipſi ſubiectum
formæ,uel ſpeciei intelligibilis, & alicuius per ſe, & ꝙ ipſa uirtus exuat
a ſe,uel remoueat,a ſe formam,uel ſpeciem intelligibilem per ſe. Scitur.n.
ꝙ corpus cum uirtute efficeretur tunc duo ſubiecta huic formæ,uel ſpeciei
aduenienti,quare tunc ſub eodem eſſent duo ſubiecta per ſe,qđ eſt falſum.
Item quia ſubiecto corporeo non attribuitur niſi paßio,ut infra dicetur,
ergo corpus nō poteſt adiuuare uirtutem,ut agat, & remoueat a ſe ſpeciē
ET SVBIECTO *non attribuitur,ideſt & ſubiecto corporeo nō at-* D
tribuitur niſi paßio,& qualibet iſtarum duarum ſunt operationes , ideſt
& recipere ſpeciem,& remouere ſpeciem ſunt operationes, quarum una
eſt operatio actiua,& altera paßiua,& ſubiecto corporeo nō attribuitur
niſi operatio paßiua pura,quare corpus nō adiuuat uirtutem rationalē,
ut ipſa ſit ſubiectum ſpeciei,& remoueat a ſe ſpeciem , quia ut ſic corpus
eſſet ſubiectum illarum ſpecierum intelligibilium,& ſic ageret,& patere
tur,qđ eſt falſum,hæc igitur operatio ſcilicet recipere ſpeciem intelligibi
lem,& remouere a ſe ſpeciem intelligibilem eſt operatio propria propor-
*tionata uirtuti rationali.*OMNIS *autem res &c. Ideſt omnis res , quæ* E
in operatione proueniente per ſe ab eſſentia ſua non indiget re alia,quæ
ipſam adiuuet,nec etiā indiget in ſubſiſtētia ſua per ſe re alia,quæ ipſam

adiuuet:

adiuuet: præſuppoſitio enim ſtandi per ſe præcedit præſuppoſitionẽ proceſsionis operationũ per ſe. Si ergo talis operatio prædicta eſt propria uirtuti rationali, & perueniat per ſe a uirtute rationali, ſequitur, ꝙ ſicut uirtus rationalis abſq; auxilio corporis, ut probatum eſt, cauſat operationes prædictas ſcilicet recipere ſpeciem, & remouere a ſe ſpeciem intelligibilem &c. & tales operationes proueniũt per ſe a uirtute rationali abſq; auxilio corporis, ita talis uirtus rationalis poteſt per ſe ſubſiſtere abſque corpore, quia præſuppoſitio ſtandi per ſe præcedit præſuppoſitionẽ proceſsionis operationum per ſe: hæc ergo uirtus rationalis eſt ſubſtãtia per ſe ſtans. Anima igitur rationalis eſt ſubſtantia per ſe, & hoc eſt qđ uoluimus probare.

F IMMO *conſuetudo currit in plurimo ipſorum &c. Nota ꝙ hoc uerificatur in corporibus temperatis bene diſpoſitis, in quibus licet uirtutes corporeæ ſint debiles in ætate decrepita, tamen uirtus intellectiua magis uiget, quàm prius: in corporibus uero diſtemperatis, in quibus abundant superfluitates in ætate decrepita, deficit intellectus, ſicut in decrepitis non naturaliter diſpoſitis. Et pueris propter malẽ diſpoſitionẽ cerebri, neceſſe eſt enim intelligentem, et acquirentem ſcientiam per diſcurſum rationis ſpeculari phãtaſmata, et ideo ubi organum phãtaſiæ, & cogitatiuæ ſit male diſpoſitum, tunc anima coniuncta corpori non poteſt ratiocinari, & diſcurrere per res materiales naturales, quia in tali diſcurſu, ut dictum eſt ſupra, anima intellectiua utitur uirtute cogitatiua, quæ eſt uirtus organica. In decrepitis uero temperatis, licet talis uirtus organica cogitatiua ſit aliqualiter debilitata, tamẽ quia ſuperfluitates non ſunt multæ, & anima intellectiua illius eſt bene diſpoſita ad intellectionem. quodcunque modicum auxilium cogitatiuæ ſufficit, ut ipſa diſcurrat. Et ſi dicitur ꝙ ex his uerbis ſequitur, ꝙ anima unita corpori indiget uirtute cogitatiua organica. Reſpondetur, ꝙ concedendo ꝙ ipſa in diſcurſu indiget, & acquirendo ſcĩetiam ex ſenſatis, tamen in certificatione ueritatis alicuius rei, & in abſtractione, anima intellectiua renuit operationem ſenſus, ut dictũ eſt ſupra, & tunc operatur per ſe non indigens organo corporeo.*

Capitulum decimum de affirmatione ſubſtantię intellectiuę ſeparatæ a corpore: quæ inhæret animabus hominũ inhærentia, vel aſſiſtentia luminis ad viſum, & inhærẽtia, vel aſſiſtẽtia emanatiõis: & de affirmatione ꝙ animæ quum ſeparantur a corporibus, vniuntur cum ea.

SVbſtantia intellectiua inuenitur in infantibus vacuis ab omni forma ſeu ſpecie intelligibili. Poſtea adueniũt ei in-

tellectiones principiorum abſque ſcientia et cogitatione. Et
non euacuatur quidem quin aut ſit aduentus ipſarum in eis cũ
ſenſu & experientia, aut a manatione diuina, cum qua conti-
nuatur, vel quæ aduenit ei. Sed non eſt poſſibile vt ſit aduen-
ꝓmaꝫ.i. pri- morũ princi- piorum. tus iſtarum formarum, vel ſpecierum intelligibilium prima-
rum cum experientia. Experientia enim non cauſat iudicium A
neceſſarium: cum non prohibeat inueniri aliquid diuerſum a
iudicio eius qđ appræhendiſti. Experimento igitur licet vi-
deamus ꝙ omne animal, qđ appræhendimus, moueat apud
maſticationem maxillas inferiores, non tamen cauſat nobis
iudicium certum, vel firmum, ꝙ omne animal ſit iſtius diſpo
ſitionis. Et ſi eſſet verum illud, non eſſet poſſibile tunc vt inue
niretur crocodilus mouere maxillas ſuperiores apud maſtica
tionem, ſicut experimento reperitur: quare non qđlibet indi
cium qđ inuenimus in rebus cum apprehenſione ſenſitiua, eſt
commune omnibus quæ appræhendimus, vel firmum in om
nibus quæ appræhendimus ex eis. Et quæ non appræhendi-
mus: immo eſt poſſibile vt ſit illud qđ nõ vidimus diuerſum
ab eo qđ vidimus eſſe appræhenſio noſtra, vel intelligentia B
noſtra qđ totum ſit maius parte, non eſt quia ſenſerimus q̃li-
bet partem & totum eſſe iſtius diſpoſitionis: quã non ſit im-
poſſibile, ꝙ ſit totum, & pars diuerſa ab hoc. Et ſimiliter ſer- C
mo, ꝙ impoſſibile ſit aggregare duo contraria in re vna, &
res quæcunqꝫ ſunt ſimiles vni tertio, ſunt inter ſe ſimiles. Et
ſimilis eſt ſermo de certificatione noſtra, vel cognitione no-
Alia lr̃a. ipſe fuerint veræ. ſtra præmiſſarum in demonſtratione cum [fuerit vera] quo-
niam cognitio, vel iudicium veritatis præmiſſarum non veri
ficatur cum ſcientia. Et ſi non tunc illud perducetur ad illud
qđ finem non habet, ſeu ad infinitum: neqꝫ illud acquiritur ex
ſenſu propter id qđ diximus, quare primum eſt acquiſitum
ex emanatione diuina cõiuncta cũ aĩa rõnali: & cõiũgiř cũ ea
aĩa rõnalis: q̃re accidũt ex ea iſtæ formæ, vel ſpẽs intelligibi-
les. Et hæc manatio, vel & hoc a quo ſit manatio: ẽ ex eis q̃, ſi
nõ haberẽt in ſeipſis iſtas ſpecies intelligibiles vniuerſales, nõ
eſſet poſſibile vt eas imprimerent, vel eas formarent in ani-
ma rationali: quare ſcilicet manatio ipſa eſt per ſe: & qđcũqꝫ
in quo eſt per ſe forma intelligibilis, eſt ſubſtantia, nõ corpus
neqꝫ in corpore, ſed eſt exiſtens per ſe. Hæc igitur manatio,

vel hoc a quo fit manatio, cum qua coniungitur anima, eſt ſubſtantia intellectiua, non corporea, neq; in corpore: ſed eſt exiſtens per ſe: quæ inhæret, vel accidit, vel aſſiſtit animæ ra-
D tionali: ſicut inhæret lumen viſui. Verum lumen confert, vel tribuit cum ſimplicitate eſſentiæ ſuæ viſui virtutem ſuper ap præhenſionem ſolum, & non formam appræhenſam: & hæc ſubſtantia confert, vel tribuit cum ſimplicitate eſſentiæ ſuæ virtuti rationali virtutem ſuper appræhenſionem, & facit aduenire in ea formas appræhēſibiles etiam, ſicut declarauimus.
E Et cum informatio animæ rationalis ad formas rationabiles ſit ſicut inſtrumentum accidens apud cōtinuitatem iſtius ſubſtantiæ: et fuerint occupationes corporales ex cognitione ipſius, & triſtitia ipſius, & lætitia eius, & deſiderio ipſius impedientes virtutem a continuatione cum ea: quare non vnitur cum ea niſi cum dimiſſione omnium iſtarum virtutum, & cū dominio ſuper eas, vel niſi quando renuuntur omnes iſtæ virtutes, & eſt dominium ſuper eas. Non eſt igitur aliquid prohibens ipſam a perſeuerantia vnionis, vel continuitatis cum ea, niſi corpus: quoniam ipſa quando ſeparata fuerit a corpore, non remouetur continuatio eius cum perficiente ipſam, et
F cum ea a qua dependet: & qđ continuatur cum re perficiente & re a qua dependet, ſecuratur a corruptione pręcipue: quādo cum abſciſſione, vel remotione ab ea non corrumpatur:
G quare anima poſt mortem remanet continuæ immortalis, dependens cum hac ſubſtantia nobili, quæ nominatur intelligentia vniuerſalis. Et apud doctores ſectarum fidei nomina-
H tur ſcientia diuina. Virtutes autem aliæ ſicut animales, & vegetatiuæ, ſic ſe habent, q̄ nulla earum facit operationem ſuā propriam niſi cum corpore: quare non ſeparantur a corporibus omnino, immo moriuntur cum morte ipſorum. Nam omne qđ eſt per ſe exiſtens, non habens operationem, eſt fru
I ſtra. In natura vero non ponitur aliquid fruſtra. Verum anima rationalis iam cum continuitate ipſarum acquiſiuit vtilita
K tes, vel perfectiones earum, & in eis fundatur augmentatio. Et ſi non fuiſſet illud, non vſa fuiſſet eis ſcilicet virtutibus animalibus, vel nō adminiſtraſſet eas in operationibus ſuis. Anima ergo rationalis ſeparatur cum enucleatione ſeu perfectione ipſarum poſt mortem. Iam ergo declarauimus ſermonē

virtutū.ſ.ſenſitiuarum.

ipſarū.ſ.virtutū videlicet virtutis aialis, vel virtutis vegetatiuę

de anima: & quæ ſint animæ quæ remanent: & quæ ipſarum ſint, quibus non aduenit perfectio remanendi. Reſtat nobis ex eis quæ coniunguntur huic conſiderationi, declarare modum eſſendi animæ in corpore, vel qualitatem eſſendi animæ in corpore. Et intẽtio vel finis propter quem inuenitur in eo: & qđ accidit ei in fine de beatitudine ęterna, & de pœna ęterna, & de pœna quæ remouetur poſt tempus: & iſta omnia adueniunt ipſi poſt eius ſeparationem a corpore: & reſtat ẽt nobis ſermo de intentione, quæ apud ſectatores fidei nominatur glorificatio: & de conditionibus quatuor angelorum, & deferentium thronum. Et ſi nõ curreret conſuetudo ſeparare iſtas conſiderationes propter earum excellentiam, & dignitatem a conſideratione quam nos expediuimus: & præponere hanc conſiderationem ad illas conſiderationes, tanquam principium, & fundamentum illarum, non poſtpoſuiſſem complementum ſermonis in eis. Verum ſi non timuiſſem faſtidire prolongando ſermonem, prætermiſiſſem id qđ exquirit in ea conſuetudo. Quoties autem præceperit princeps, cuius imperium Deus magnificet, ſingularem ſermonẽ faciam in hac intentiõe, & conabor exequi eius præceptum conatu vltimo ſi Deus voluerit: quem ſupplico vt conſeruet principem, cuius præſidio ſapientes reuiuiſcunt poſt ipſorum oppræſſionem, & ſtatus eorum renouatur, ac magnificatur &c.

FINIS COMPENDII AVICENNÆ DE ANIMA.

Laus Deo.

Declarationes ſuper capitulo decimo.

Ex hoc capitulo apparet, quòd Auicenna ponit ſubſtantiam intellectiuam ſeperatam a corpore, quæ inhæret uel aſsiſtit unicuique animæ hominis aſsiſtentialis inhærentia luminis ad uiſum. Et talis quidem ſubſtantia intellectiua eſt intelligentia uniuerſalis, quæ eſt principium, & cauſa intellectionis, ſicut lumen eſt cauſa uiſus, & ſicut unum lumen puta ſolis eſt cauſa plurium uiſionum diuerſarum numero, ita talis ſubſtantia intellectiua, & intelligentia uniuerſalis eſt principium, & cauſa diuerſarum intellectionum numero in diuerſis hominibus. Et ſi quis quærat differentiam inter Auerroim, & Auicennam in hoc dicatur, quòd ſecūdū Auicēnam, principium intellectionis in homine eſt anima intellectiua, quæ eſt ſubſtantia non educta de potentia materiæ, quæ quidem anima intellectiua in homine eſt forma ſubſtantialis hominis, & mediantibus ſpeciebus, et præſentia uel aſsiſtentia intelligentiæ uniuerſalis prædictæ eſt cauſa intellectionis. Auerrois uero ponit animam, quæ eſt forma ſubſtantialis hominis educi de potentia materiæ, & corrumpi ad corruptionem hominis, & habere uirtutē cogitatiuam perfectiorem, quàm extimatiua in brutis, quæ cogitatiua intelligit ſolum particularia &c.

A EXPERIENTIA enim non cauſat iudicium neceſſarium &c. Nota quòd experimētum eſt duplex, quoddam enim eſt ab omnibus approbatum, ita quòd non reperitur ab aliquo diuerſum eius, quod eſt expertum, ſicut quòd ſcamonea purgat coleram &c. Et tale quidē experimentum ab omnibus approbatum, cauſat iudicium neceſſarium, & ſciētiam: & de hoc intellexit Ariſtotel. quum dixit, quòd ex experimento generatur ars, & ſcientia. Aliud eſt experimentum non ab omnibus approbatum, quia poſsibile eſt, quod ſit aliquod expertum a nobis, cui illud, quod non eſt expertum a nobis, & quod non uidimus, eſt diuerſum. Verbi gratia uidimus, & experti ſumus, quòd animalia, quæ ſunt in terra noſtra mouent maxillam inferiorem, & tamen in Aegypto prope Nilum uiſum, & expertum eſt diuerſum ab hoc ſcilicet quòd Cocodrilus maſticando mouet ſolum maxillam ſuperiorem. Experimentum ergo noſtrum, quòd omnia animalia, quæ uidimus mouent in maſticatione ſua maxillam inferiorem, non cauſat iudicium certum, & neceſſarium, neque cauſat ſcientiam, uidelicet quòd omne animal moueat maxillam inferiorem. Aliter dicitur quòd experientia non cauſat iudicium neceſſarium, ideſt iudicium uniuerſale, ſeu ſcientiam uniuerſalem, quæ in omnibus ſit uera, & Ariſtotel. quando dixit, quòd experimento generatur ars, & ſcientia, intelligitur, quòd ex experientia generatur ars, & ſcientia, quæ eſt uera, ut in pluribus, & non in omnibus illius generis, cuius habita eſt experiētia. Experimento igitur non generatur ſcientia uniuerſalis. Scientia ergo iſtius uidelicet, quòd totum eſt maius parte eſt ſcientia uniuerſalis,

quæ in omnibus eſt uera. Igitur talis ſcientia non generatur ex experien-
tia &c. QVARE appræhenſio noſtra, uel intelligentia noſtra, quód B
totum ſit maius parte, non eſt, quia ſenſerimus quamlibet partem &c.
Pro declaratione iſtius literæ ſciendum, quód per totum hic non intelli-
git hoc totum uel illud ſenſatum, & ſimiliter per partem non intelligit
hanc uel illam partem ſenſatam, ſed per totum intelligit ens maius abſo-
lute, & in uniuerſali commune ad quodlibet maius in quantitate diſcre-
ta, aut continua. Et per partem intelligit ens minus abſolute, & in uni-
uerſali commune ad continuum, & diſcretum. Iſtis præmiſsis, dicendum
quód intelligentia noſtra, quód totum ſit maius parte, non eſt, quia ſen-
ſerimus quamlibet partem, & quodlibet totum eſſe iſtius diſpoſitionis,
ideſt non eſt, quia ſenſerimus, & ſenſu experti fuerimus, quód quodlibet
totum ſit maius parte, & quód quælibet pars ſit minor toto, quia non eſt
īpoſsibile .i. qa eſt poſsibile ꝙ totū, et ps ſint diuerſa ab hoc .i. eſt poſsibile,
quód totum ſenſatum ſit minus, quàm pars ſenſata, quia totum ſenſatum
eſt particulare, & non uniuerſale, & pars ſenſata eſt particularis, non
uniuerſalis, quia uniuerſale non ſentitur ut patet. Poſsibile eſt autem,
ꝙ aliquod totum particulare, quod eſt ſenſatum, & quod eſt totum re-
ſpectu illius, quod eſt minus eo, non ſit maius, quàm aliqua pars ſenſata
ideſt, quàm aliquod, quod eſt minus alio. Et iſtud minus reſpectu alte-
rius eſt maius reſpectu illius totius ſenſati. Idem enim eſt maius, & mi-
nus reſpectu diuerſorum. Aliquod ergo totum particulare ſenſatum, qđ
eſt maius reſpectu unius, eſt minus reſpectu alterius, quod eſt pars ſeu mi-
nus reſpectu illius, quod eſt maius eo. Intellectio ergo noſtra, quod totum
ſit maius parte, non eſt, quia ſenſerimus &c. Vt dictum eſt, ſequitur er-
go, quod talis intellectio cauſetur nō a ſenſu, ut dictum eſt, ſed ab emana-
tione diuina. Iſta ergo intellectio, totum eſt maius &c. Id eſt id, qđ eſt ma-
ius ē maius, quā id, qđ eſt minus. ET SIMILITER īpoſsibile eſt duo C
cōtraria eſſe in eodem, & quæcunque ſunt ſimiles uni tertio, ſunt ſimi-
les inter ſe: omnia iſta intelliguntur ab emanatione diuina. Et ſimilis eſt
ſermo de certificatione, uel cognitione noſtra cum demonſtratione &c.
Ideſt ſicut diximus de cognitione, quod totum eſt maius ſua parte, quod
ipſa habetur ab emanatione diuina, ita de cognitione præmiſſarum in
demonſtratione, quia cum tales præmiſſæ ſunt ueræ, cognoſcuntur, &
intelliguntur ab emanatione diuina. Si enim quælibet præmiſſæ intelli-
gerentur, & ſcirentur per demonſtrationem, tunc aut eſſet proceſſus in
infinitum, aut ſequitur, quod deueniendum eſt ad aliquas præmiſſas,
quæ non cognoſcuntur ſenſu, cum ſint uniuerſales, neque per demonſtra-
tionem: quare ipſe cognoſcentur, & intellectio ipſarum habebitur ab ema
natione diuina, ut dictum eſt &c. VERVM lumen confert &c. Ideſt D
uerum lumen confert uirtuti uiſiuæ, & adiuuat ipſam ſolum, & lumen

non cauſat in uiſu ſpecies coloris uiſibiles, ſed coloratum eſt illud, quod multiplicat ſpecies coloris ad uiſum mediante aere illuminato. Sed hæc ſubſtantia, ideſt intelligentia uniuerſalis confert uirtuti rationali hominis ad iuuando ipſam in appræhenſione, & cognitione rerum intelligibilium, & ultra hoc fiat aduenire in ipſa ſcilicet anima humana ſeu uirtute rationali humana formas appræhenſibiles, ideſt ſpecies intelligibiles, ut ſupra dictum eſt. Nam hæc manatio diuina, ſeu hæc intelligentia uniuerſalis eſt illa, quæ imprimit ſpecies intelligibiles in anima rationali, quas ſpecies intelligibiles uniuerſales ſi ipſa ſcilicet intelligentia uniuerſalis non haberet, non eſſet poſſibile, ut eas imprimeret, uel ut eas formaret in anima rationali.

E ET QVVM *informatio animæ rationalis &c. Ideſt & quum anima rationalis humana informatur a ſpeciebus intelligibilibus uniuerſalibus prædictis, quæ quidem informatio eſt, ſicut inſtrumentum accidens apud continuitatem iſtius ſubſtantiæ: nam quum anima rationalis humana recapit ſpecies intelligibiles ab intelligentia uniuerſali, tunc talis receptio, & informatio a ſpeciebus intelligibilibus eſt, ſicut inſtrumentum, quo anima rationalis humana unitur cum intelligentia uniuerſali prædicta. Cauſa enim efficiens, quum producit formam in materia diſpoſita, tunc unitur cum ea. Ita in propoſito, intelligentia uniuerſalis unitur cum anima rationali humana, quum imprimit in ea ſpecies intelligibiles uniuerſales, & cauſat intellectionem. Et quia corporales occupationes circa ſenſibilia; & gaudium, & triſtitia, & deſiderium in iſtis ſenſibilibus impediunt intellectionem, ut patet experientia, quare impediunt etiam continuationem animæ rationalis cum intelligentia uniuerſali prædicta. Ideo ſequitur, quod anima rationalis non unitur cum intelligentia prædicta, niſi cum dimiſſione omnium iſtarum uirtutum ſenſitiuarum, & niſi cum dominio rationis ſuper eas, ita, quòd homo dominetur ſuper ſenſibilia parum, aut nihil de eis curando. Et ſicut homo propter occupationem in rebus mundanis, & ſenſibilibus impeditur a continuatione cum intelligentia uniuerſali prædicta, ita etiam diuertitur a continuatione cum ipſo Deo, & ab amore ipſius, & contemplatione ipſius: & ſicut homo ex prætermiſſione, & paruificatione rerum mundanarum, & mediante intellectione, & contemplatione in hac uita, & multo magis poſt mortem continuatur cum prædicta intelligentia, ita dicendum, quod habeat continuari cum Deo: nam ille, qui continuatur cum ipſa intelligentia uniuerſali, continuatur cum Deo, & econtra. Nam intelligentia uniuerſalis prædicta, ſecundum Auicennam eſt intelligentia, quæ mouet primum orbem, & eſt ſubſtantia angelica immaterialis immediata ipſi Deo ſeu magis proxima Deo, quàm aliæ ſubſtantiæ ſeparatæ, ſicut in=*

ſta melius declarabitur, & eſt ſicut perſona aliqua magis proxima, & magis dilecta alicui regi mundano, quàm aliæ. Deus ergo, *quum operatur ut in pluribus mediantibus cauſis ſecundis, maxime operatur mediante huiuſmodi intelligentia uniuerſali prædicta, quæ eſt ſibi magis proxima, & quæ eſt maioris uirtutis, & maioris intelligentiæ, & cognitionis, quàm aliæ ſubſtantiæ ſeparatæ. Cum ergo talis intelligentia uniuerſalis, quæ mouet primum orbem, & quæ eſt cauſa ſecundaria immediate ipſi* Deo, *habeat cognitiones, & perfectiones, & operationes omnes a uirtute* Dei *influentis in ipſam.* Et *cum talis intelligentia etiam confert intellectioni animæ rationalis humanæ, ut dictũ eſt, qua intellectione mediante, homo, & anima ipſius continuatur cum prædicta intelligentia, ſequitur, quod talis intellectio hominis, & continuatio prædicta procedat a* Deo *mediante intelligentia uniuerſali.* Si *quis ergo remotus ab iſtis paſſionibus mundanis continuetur mediante intellectione, & contemplatione cum intelligentia uniuerſali prædicta, continuatur etiam cum ipſo* Deo *mediante cauſa ſecundaria prædicta. & ſi quis unitur cum* Deo, *unitur etiam cum intelligentia uniuerſali prædicta, quæ eſt ſuum inſtrumentum immediatum, quo* Deus *operatur, & influit cognitionem in his inferioribus.* Exemplum *eſt de rege, qui omnia operatur in regno ſuo mediante perſona illa, quæ eſt ſibi dilecta, et immediate.* Quæ *quidem perſona quicquid agit, in uirtute, & cognitione regis agit.* Patet *ergo ex prædictis, quid ſit intelligentia uniuerſalis ſecundum* Auicennam, *& qualiter ipſa confert intellectioni hominis, ſicut lumen uiſui, & multo plus, ut uiſum eſt, & qualiter non intelligit, neque iudicat niſi auxilio manationis diuinæ, & intelligentiæ uniuerſalis, & qualiter homo continuetur mediante intellectione, & contemplatione cum* Deo, *& cum intelligentia uniuerſali.* Et *quod dixit* Auicenna *de intelligentia uniuerſali, Chriſtiani applicare poſſunt ſpiritui ſancto, quantum ad hoc, quod* Deus *influit in hominibus cognitiones, & gratias diuerſas mediante perſona ſpiritus ſancti, ſicut dixit* Paulus *apoſtolus, alij ſermo ſapientiæ, alij interpretatio ſermonum &c.*

ET QVOD *continuatur cum re perficiente, ideſt & illud quod continuatur, cum re perficiente, & cum re, a qua ſecuratur eſt ſecurum a corruptione.* Nam *perficiens aliquid, præſeruat a corruptione, quia propter perfectionem, quam continue influit, prohibet aduentum corruptionis.* Anima *ergo intellectiua ſeparata a corpore, & continuata cum intelligentia uniuerſali, tanquam cum ſuo perficiente, ſecura ſit a corruptione eo magis, quia ipſa anima intellectiua non corrũpitur, dum eſt abſciſſa, & ſeparata ab intelligentia uniuerſali, & dum eſt coniuncta corpori in merſa in ſenſitiuis mundanis ſolum non recipiens* F

ſpecies intelligibiles, & non unita cum intelligentia uniuerſali unione, de qua dictum eſt. Si ergo anima non corrumpitur, dum eſt ſemota ab intelligentia uniuerſali, & non eſt unita cum ea, multo magis ſecuratur a corruptione, dum ipſa eſt unita cum intelligentia uniuerſali, & cum ſuo perficiente.

G QVARE *anima poſt mortem &c. Ideſt quare ſequitur ex his, quæ dicta ſunt, quod anima poſt mortem hominis remanet continue immortalis dependentiam habens cum hac ſubſtantia nobili, quæ nominatur &c.*

H VIRTVTES *autem aliæ ſcilicet uirtus animalis, & uegetatiua, uel anima uegetatiua, & ſenſitiua, quæ in ſuis proprijs operationibus indigent organo corporali, non remanent poſt corpus, immo moriuntur cum morte ipſorum corporum. Si enim tales uirtutes, quæ indigent in ſuis operationibus organo corporali, exiſterent poſt mortem corporis, tunc ipſæ exiſterent abſque operationibus ſuis, & ſic eſſent fruſtra. In natura uero non ponitur aliquid fruſtra quare &c.*

VERVM *anima rationalis iam acquiſiuit cum continuitate ipſarũ, ſcilicet uirtutum animalis, & uegetatiuæ perfectiones earum &c. Pro declaratione iſtius literæ ſciendum, quod anima in principio ſuæ creationis, & aduentus in corpore eſt ſicut tabula raſa, in qua &c. Et ipſa quidem anima in corpore exiſtens acquirit intellectionem, & ſcientiam & diſpoſitionem ad intelligendũ mediantibus ſenſibus. Vnde dixit Ariſt. oĩs noſtra cognitio ortũ habet a ſenſu. Et ĩ lib. de aĩa dixit, neceſſe eſt intelligentẽ phãtaſmata ſpeculari. Anima ergo infantis nullam ſeu paruam habet cognitionem, & minus eſt diſpoſita ad intelligendum, quàm anima ſenis, qui multa nouit ex experientia, & mediantibus ſenſibus. Et talis quidem anima ſenis tunc ex experientia, & ex frequentatibus actibus intellectionis auxilio ſenſuum, eſt magis diſpoſita ad intellectionem, quàm anima infantis, aut alterius ignorantis, non exercitati in actibus intellectionis, & ſcientiarum. Anima igitur ſenis ſcientifica in corpore cum continuitate cum ipſis uirtutibus animalis ſcilicet ſenſus, & motus acquiſiuit perfectiones, & cognitiones rerum, & ſic anima rationalis ex unione cum corpore, & cum continuitate cum uirtutibus animalis, & uegetatiuæ acquiſiuit perfectiones ipſarum ſcilicet uirtutes animalis, & uegetatiuæ, ideſt acquiſiuit perfectiones prædictas ſcilicet cognitiones, & diſpoſitionem ad intellectionem facilem mediantibus ſenſibus acquiſitam,*

K ET IN EIS *fundatur augmentatio &c. Ideſt ſi in corpore, cum quo unita fuit anima rationalis, non fuiſſet uirtus uegetatiua, quæ cauſaſſet, augmentationem, quæ corpus ad quantitatem debitam peruenit, tunc anima rationalis non uſa fuiſſet in operationibus ſuis ſcilicet in intellectione uirtutibus ſenſitiuis, & motiuis. Corpus enim, quod non habet*

quantitatem debitam pro ſuis operationibus, non poteſt exercere illas operationes. Si ergo non fuiſſet illa augmentatio, & corpus, cum quo anima rationalis eſt unita, non fuiſſet augmentatum quantitate debita, tunc tale corpus non potuiſſet exercere operationes debitas, uidelicet operationes ſenſus, & motus, & nutricationis. Et ſic anima non uſa fuiſſet eis ſcilicet uirtutibus animalis, & uegetatiuæ in operationibus ſuis, ideſt in intelligere, & uelle: neque anima rationalis acquiſiuiſſet ſcientiam, & cognitionem, & aptitudinem ad faciliter intelligendum mediantibus ſenſationibus. Anima ergo rationalis ſeparatur poſt mortem a corpore cum enucleatione ipſarum uirtutum animalis, & uegetatiuæ, ideſt cum perfectione acquiſita ab ipſis uirtutibus, quæ perfectio eſt cognitio, & ſcientia habita cum auxilio uirtutum ſenſitiuarum, & diſpoſitio ſeu præparatio ad facilem intellectionem. Anima enim ſenis ſcientifici, ſicut ante mortem facilius intelligit, quàm anima infantis, & ignorantis, ita etiam poſt mortem ſeparata a corpore, cum non impediatur a paßionibus corporalibus, & ſenſibus, cum iam etiam ſit habituata in ſcientijs, & intellectionibus, mediante tali habitu, & præparatione ad intelligendum acquiſita a ſenſibus facilius intelligit omnia mediante lumine intellectuali infuſo alijs ſubſtantijs abſtractis: facilius dico intelligit, quàm anima infantis, aut alterius ignorantis. Et talis quidem perfectio animæ rationalis, & præparatio ipſius ad faciliter intelligendum acquiſita ex unione cum corpore, & a ſenſibus corporis eſt enucleatio, ideſt nucleum: & medulla ſeu perfectior pars ipſarum uirtutum ſenſitiuarum, ad quã perfectionem prædictam ordinatæ ſunt in homine uirtutes uegetatiuæ, & animales, a quibus anima rationalis perfectiones ſupraſcriptas enucleauit. Vtrum autem anima rationalis intelligat ea, quæ cognouit in hoc mundo, ſunt uariæ opiniones, & ſecundum Auicennam tenetur, quòd ſic mediante unione animæ rationalis cum intelligentia uniuerſali prædicta, quæ intelligentia uniuerſalis intelligit præſentia, præterita, & futura, & infundit cognitionem ſuam in ſubſtantias abſtractas inferiores, & in animas rationales hominum, hoc tamen fit plus, & minus ſecundum merita diuerſa. Vnde ſecundum hanc uiam, anima in hac uita, & poſt mortem eſt ſicut ſpeculum, in quo ſpecies rerum multiplicantur. Si enim ſit terſum, & mundum, res uiſibiles, quæ in eo multiplicant ſuas ſpecies, bonæ, & claræ uidentur. Si uero ſpeculum ſit maculatum, non mundum perfectæ, res uiſibiles prædictæ in eo non bene uidentur, aut nullo modo uidentur. Ita anima humana poſt ſeparationem a corpore, ſi nullam habuerit maculam peccatorum, quæ commiſſa ſunt, dum erat unita corpori, tunc talis anima erit ſicut ſpeculum terſum mundum, in quo eſſentiæ, & ſpecies intelligibiles rerum imprimuntur, & ſic talis anima perfectam cognitionem habebit, & perfe-

ctionem. Si uero anima prædicta ex peccatis commiſsis fuerit maculata; tunc anima occupata in cognitione ſuorum errorum non poterit cognoſcere, neque habere cognitionem perfectam de rebus, quia ipſa erit ſicut ſpeculum maculatum, in quo non poſſunt res uiſibiles inſpici. Et talis priuatio cognitionis perfectæ de rebus, & occupatio in cognitione delictorum, quæ anima perpetrauerit, eſt pœna illi animæ. Ad propoſitum ergo ſecundum merita, & demerita ipſius animæ erit beatitudo cognitionis, & priuatio ipſius ſeu oppoſitum beatitudinis. Et ſecundum ſectatores Auicennæ, anima, quæ in hoc mundo acquiſiuit ſcientiam, ſi non fuerit impedita ex ſuis peccatis, poſt mortem perfectius intelligit, & magis erit beata, quàm anima ignorantis, qui non commiſerit peccata, ſed legem obſeruauerit, & opera miſericordiæ exercuerit, & mores bonos obſeruauerit, in ſcientia autem nunquam exercitata fuerit, unde talis anima nuda ſcientijs acquiſitis in hoc mundo, non eſt ita clara, & diſpoſita ad cognitionem habendam ex intelligentia uniuerſali, de qua dictum eſt ſupra, & ad unionem cum ipſa, ſicut anima ſciẽtis non maculata peccatis. Et ſecundum hanc poſitionem animæ priuatæ ſcientijs ſi habebunt poſt mortem aliquam cognitionem, illa ſolum erit circa practica & particularia, & huiuſmodi cognitionem merentur ex uita morali, quam bene duxerunt abſque peccatis, quia non erit diſpoſita ad recipiendum ab intelligentia uniuerſali, niſi ſpecies intelligibiles rerum particularium moralium, ſed animæ ſapientum, qui moraliter, & uirtuoſe uixerunt, poſt mortem cognoſcent ea, quæ in hac uita cognoſcebant, & perfectiori modo, & ultra ea cognoſcent alia multa, quæ in hac uita propter imbecillitatem humanam, & impedimenta corporalia percipere non potuerũt, quia tunc animæ illæ poſt ſeparationem erunt denudatæ ab omni impedimento, & propter diſpoſitionem habitam ex ſcientijs erunt unitæ cum intelligentia uniuerſali, a qua imprimentur ſpecies intelligibiles rerum ſpeculabilium, & quæ ſunt a materia denudatæ, & ſic plenam beatitudinem conſequentur. Et quod dictum eſt de unione intelligentiæ uniuerſalis, intelligi poteſt, & debet de unione cum ipſo Deo ſeu cum ipſo ſpiritu ſancto, ut ſupra dictum eſt. Tenent enim catholici noſtri quod beatitudo in alia uita conſiſtit in unione animæ cum ipſo Deo, quæ fit mediante intellectione. Sed quia dictum eſt, quod ſcientiæ remanent in anima poſt mortem, ſicut etiam dixit ſanctus Hieronymus diſcamus in terris, ut ſcientiæ remaneant in cœlis &c. Dubitatur qualiter ſcientiæ remaneant in ipſa anima, quia ſecundum uiam Auicennæ anima ſeparata non intelligit mediantibus ſpeciebus intelligibilibus acquiſitis in hoc mundo. Præterea uirtus cogitatiua eſt uirtus organica, quæ debilitatur ad debilitationem, & nocumentum partis poſterioris cerebri, & experientia docet, quod homo ex tali nocumento non ſolum obliuiſcitur rerum ſenſata-

rum, & particularium, ſed etiam ſciẽtiarum rerum inſenſibilium, quod non eſſet, ſi uirtus memoratiua non eſſet organica. Si enim anima haberet uirtutem memoratiuam, quæ conſeruat ſpecies uniuerſales, & inſenſibilia, & ſcientias diuerſarum concluſionum non dependentem a corpore uel organo, tunc propter nocumentum illatum parti cerebri poſteriori non deberet obliuiſci ſcientiarum, & ſpecierum uniuerſalium. Patet ergo, quod uirtus memoratiua eſt uirtus organica, & dependens a corpore, & ſi ſic, ergo poſt mortem anima non habet uirtutem memoratiuam, & per conſequens non uidetur ueriſimile, quod ſcientiæ remaneãt in anima poſt mortem, ut ſupra dictum eſt: Dicendum, quod in hac uita in homine ſpecies ſenſatæ, & ſpecies inſenſatæ rerum particularium reſeruantur in organo corporali. Species uero uniuerſales, & ſcientiæ ueræ conſeruantur in ſubſtantia animæ. Et licet anima unita corpori, quæ oblata eſt alicuius concluſionis ſcientiæ rerum uniuerſalium, & recordatur mediante cogitatiua, & diſcurſu particulari facto mediantibus phãtaſmatibus, & ſpeciebus particularibus rerum ſenſatarum, tamen dicimus, quod ſcientiæ acquiſitæ conſeruantur in ſubſtantia ipſius animæ. Et ſi homo obliuiſcitur, hoc eſt propterea, quia homo propter ſuam imbecillitatem, & propter impedimenta ſenſuum, & diuerſas occupationes non poteſt continue eſſe in actu cognitionis illius ſcientiæ uel concluſionis. Unde uidetur obliuiſci illius ſcientiæ, tamen ſi remoueantur impedimenta, & uelit perſcrutari in illa ſcientia, faciliter recordatur, & intelligit ea, quæ prius intelligebat. Et quia poſt ſeparationem a corpore anima eſt omnino ſemota ab impedimentis, & plura ſimul poteſt cognoſcere. Ideo anima poſt mortem intelligit ea, quæ in hac uita intelligebat & habet ſcientias, quas in hac uita acquiſiuit, & mediantibus illis ſciẽtijs unitur cum intelligentia uniuerſali, ut dictum eſt, unde beatitudinẽ acquirit. Et anima quidem poſt mortem ſeparata non intelligit per ſpecies intelligibiles reſeruatas, ſed propter diſpoſitionem, & perfectionem acquiſitam hic ex ſenſibus, & ex frequentatis actibus intellectionis anima eſt apta ad facilẽ intellectionem, unde tunc propter talem perfectionem, & aptitudinem intelligentia uniuerſalis imprimit, & influit ſpecies intelligibiles ſcientiarum, & concluſionum, & rerum, quas prius in hac uita impreſſit, & multo plures, & ſic anima ſeparata a corpore intelligit ea, quæ prius intelligebat, & multo plura, & magis nobiliora, & magis abſtracta, quia tunc ut dictum eſt, non eſt impedita a ſenſibus, & a rebus mundanis, & ideo tunc eſt magis diſpoſita anima ad recipiendum ſpecies intelligibiles ab ipſa intelligentia uniuerſali eo modo, quo ſupra dictum eſt. Et tunc etiam magis unitur cum intelligentia prædicta, & magis perficitur ab ea. Ex prædictis ergo patet, quæ ſint animæ, quæ magis perficiantur ab intelligẽtia prædicta, & quæ maiorem ab

ea

ea conſequantur intellectionem, & beatitudinem, & quæ ſint animæ, quæ non conſequantur illud, & qualiter animæ ſeparatæ a corpore intelligant ea, quæ prius intelligebant, dum erāt in hac uita. Et quia dictum eſt ſupra ſecundum mentem Auicennæ, *intelligentiam uniuerſalem ſupradictam immediate poſt* Deum *glorioſum eſſe ſubſtantiam nobiliſsimam ſupra alias omnes intelligentias, & ipſam mouere ultimum orbem ſtellatum, & uirtute ipſius a* Deo *ſibi infuſa moueri cuncta ſuperiora, & inferiora, & intelligētias, alias non agere, neq; intelligere, niſi uirtute ipſius, quæ quidem intelligentia uniuerſalis uoluntate, & uirtute* Dei *influit in intelligentias inferiores ſcilicet intelligentias, quæ aßiſtunt orbibus cœli inferioribus ſcilicet orbi ſolis, & lunæ uirtutem in mouendo orbes prædictos, & cognitionem omnem eis poßibilem.* Dixit enim Auicenna, *quòd unumquodq; corpus cœleſte eſt animatum, & præter animam aßiſtit unicuiq; corpori cœleſti intelligentia dirigens, & gubernās motum illius corporis cœleſtis, cui aßiſtit, & illo mediante influit in hæc inferiora uirtutes, & influentias appropriatas.* Et quod *intelligentia mouens orbem lunæ nobis propinquior uirtute intelligētiarum ſuperiorum maxime uirtute* Dei, *& intelligentiæ uniuerſalis intelligit, & in hoc mūdo inferiori influit in mixtis corporibus formas ſubſtantiales, & complexionem cœleſtem, & uirtutes, & qualitates, ac proprietates cuilibet mixto, & formæ ſuæ conuenientes, & ſecūdum diſpoſitionem materiæ influit formas ſubſtantiales, ita, quod in materia habente nobiliſsimam complexionem ſcilicet complexionem proportionatam pro forma humana influit, et creat animam humanam uirtute* Dei *glorioſi, & intelligentiæ uniuerſalis ſupradictæ.* Intelligentia *igitur mouens orbem lunæ ex hoc, q. magis proxima huic mundo inferiori.* Et *ex hoc etiam, q. imprimit magis in hæc inferiora producendo formas &c. ut dictum eſt, ideo ab* Auicenna, *& a ſuis ſequacibus appellatur intelligentia efficiens ſeu operans, quia ipſa operatur, & efficit in hæc inferiora, & exequitur generationem, & corruptionem mixtorum ſecundum uoluntatem* Dei, *& intelligentiæ uniuerſalis.* Ex *prædictis ergo patet, qualiter ſecundum* Auicennam *intelligentia uniuerſalis prædicta ſit nobiliſsima ſuper alias omnes intelligentias, & q. ipſa magis ſit proxima* Deo, *uirtute cuius ipſa influit, & diſtribuit cognitionem alijs intelligentiis inferioribus, & uirtutem influendi in hoc mundo inferiori.* Et *ut hæc opinio rationibus affirmetur, ſciendum ſecundum* Auicennam, *& alios philoſophos Arabicos, q. ex eis, quæ connumerātur inter prima principia per ſe nota eſt, q. ab uno, inquantum unum, non prouenit niſi unum.* Deo *autem glorioſo maxime competit eſſe unum, inquantum unum, cum* Deus *ſit omnium ſimpliciſsimus, & purus.* A deo *igitur non prouenit niſi unum: hoc autem unum, qđ prouenit a* Deo, *& habet dependentiam ab ipſo, non eſt niſi intelligentia uniuerſalis ſupra-*

ſcripta, quæ infra Deum eſt ſubſtantia abſtracta magis pura, & minorem habens dependentiam, quàm aliæ intelligentiæ inferiores, quæ dependēt in eſſe, & in cognitione, & in operatione ſua non ſolum a Deo, ſed etiam ab intelligentijs ſuperioribus: Intelligentia autem uniuerſalis ſolum dependet a Deo glorioſo. Et propter hoc ipſa eſt magis ſimplex, & pura, et nobilior, quàm aliæ intelligentiæ. Et huiuſmodi opinioni conſonant uerba ſcripturæ in Geneſis in principio primi capituli uidelicet. Et ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas. Vnde infertur, qđ ſpiritus huiuſmodi fuerit primo creatus, quàm terra, & aqua. Illud ergo qđ primo creauit Deus ſecundum ſacram ſcripturam fuit ſpiritus ſcilicet ſubſtantia intellectiua ſpiritualis abſtracta a corpore, ſicut eſt intelligentia uniuerſalis ſuprascripta, quam philoſophi Arabes ſecundum fidem dicunt eſſe creatam immediate a Deo. Secundum alios uero philoſophos tenentes æternitatem mundi dicitur, ꝙ talis intelligentia dependet magis immediate a Deo glorioſo, quàm aliæ intelligentiæ. Et ſecundum Auicennam, et alios Arabes fideles a Deo glorioſo primo prouenit, & creatus eſt ſpiritus purus, & ſimplex, qui eſt intelligentia uniuerſalis, a qua plura cauſantur, & proueniunt. Nam ipſa intelligētia uniuerſalis, quia intelligit ſeipſam a Deo creatam, & ſeipſam uirtute Dei influere in alias intelligentias inferiores, & ipſam mediantibus cauſis ſecundis ſole & luna, & mediante intelligentia mouente orbem lunæ, quæ eſt, & dicitur operans ſeu efficiens. Ideo ſecūdum talem reſpectum ſcilicet ꝙ ipſa dependet a Deo, & alia inferiora ab ea dependent, cauſantur ab ipſa res plurimæ. Ex prædictis ergo patet qualiter intelligentia uniuerſalis ſupradicta ſecundum Auicennā, & alios Arabes dicatur eſſe ſuper omnes alias intelligētias nobiliſſima, & magis proxima Deo in cognitione, et intellectione, & in alijs perfectiōibus. Et qualiter accidat beatitudo, et felicitas ultima ex unione animæ cum intelligentia uniuerſali, ſicut dictum eſt. Et qualiter rationes ab Auicenna in capitulo ultimo ſui compendij de anima manifeſtantes intelligentiam uniuerſalem ſupraſcriptam aſſiſtere animæ humanæ in intellectione, ſicut lumen uiſui, poſſunt applicari, & accommodari ſpiritui ſancto, ſicut ſupra dictum eſt.

LIBELLVS AVICENNAE DE ALMA HAD TRADVCTVS EX ARABICO IN LATINVM, PER ANDREAM BELLVNENSEM.

Capitulum primum de diffinitione almahad, ideſt de diſpoſitione uel de loco ad quē reuertitur homo ſeu anima eius poſt mortē.

ALmahad quidem in lingua Arabica deriuatur ex dictione Arabica alhaud, ideſt ex reuerſione, & eius veritas ſeu eius eſſentia vel diffinitio eſt locus, aut diſpoſitio, In qua res aliqua iam fuerit, & ab ea ſeparata ad ipſam poſtea reuertitur. Deinde eſt permutatum hoc nomen mahad ad diſpoſitionē, aut ad locum, ad quem peruenit homo poſt mortem: Conueniunt enim ſententiæ manifeſtæ, & opiniones plures, ꝙ a re, ad quam peruenitur poſt mortem, fit ſeparatio ante vitam primam: Plurimæ enim gentes opinantur, ꝙ ſpiritus, vel animæ exiſtant ante corpora: & ꝙ fuerint in mundo, qui eſt ſecundus ab hoc mundo: & ꝙ reditus earum ad ipſum in perfectis, ſeu in bene operantibus eſt ad bonum optimum, qđ eſt paradiſus, & locus ſupernus: Et in vitioſis, ſeu male operantibus eſt ad locum triſtem, qui eſt infernus, & ſupplicium: et plurimi ex illis volunt, ꝙ pater hominis, & mater eius adueniant ex illo mundo: Vnde continuatur ſimilitudo, & proles rediens ad ipſum. & in libris quidem primis, & in libris prophetarum antiquorum Iſraeliticorum, & Chriſtianorum teſtificatur, & confirmatur mahad: Immo in libro Mahaumeti dixit Deus: Veni o anima formoſa, redi ad tuum Creatorē, vt præmium meritorum conſequaris: & non dixit redi, niſi ad vbi, vel ad locum, ſeu ad diſpoſitionem a qua venit. Iam ergo diximus, quid ſit mahad.

NOTANDVM, ꝙ *mahad eſt nomen commune ad omnem reuerſionem hominis poſt mortem, ſiue ſit illa reuerſio ſecundum corpus tantum, ſicut dixerunt Arabes uanaloquentes, ſiue ſit ſecundum corpus, & animam ſimul, ſiue ſit ſecundum animam tantum, quæ reuertitur poſt ſeparationem a corpore ad ſuum eſſe ſimplex, qđ habuit ante unionē cum corpore: & in reuerſione prædicta aīa cōſequitur premiū aut pœnā.*

Capitulũ ſecundũ de diuerſitate opinionum circa mahad.

Mundus opinatur de mahad, ſecundum duas ſectas, in quarum altera eſt minor numerus hominum, qui defi ciunt intellectu, & negãt ipſum mahad: In altera uero eſt tur ba magna hominum, qui habent manifeſtam cognitionem, & intellectum, & affirmant mahad prędictum: et in his qui dem cadit differentia: quidam enim attribuũt mahad corpo ribus ſolum: quidam vero animabus tantum. Et quidam ani mabus, & corporibus ſimul. Qui dicunt mahad cõuenire ſo lum corporibus, fuerunt de numero Arabum vaniloquẽtiũ, qui dixerunt corpus ſolum eſſe animal: et ꝙ homo eſt homo per vitam, & humanitatem in eo generatam: Et ꝙ ambæ ac cidunt ei: & ꝙ mors eſt priuatio earum in ipſo, aut eis cõtra ria: Et ꝙ in mundo ſecundo creabitur vita, & humanitas in illo corpore poſt eius corruptionem, & comminutionem, et efficietur ille homo idem viuens. Amplius diuerſificantur Arabes prædicti poſt hoc, & ramificantur differentes. Dicũt enim quidam ipſorum, ꝙ homines poſt illud, ideſt poſt mor tem primam erunt in duplici differentia ſcilicet virtuoſi bo ni, & vitioſi. Virtuoſi quidem præmio, ac beatitudine æter na afficientur. Vitioſi vero pœna æterna cruciabuntur. Et di cunt alij, ꝙ homines in ea hora, vel in alio mundo erunt tripli citer differentes. Tunc enim homines, qui fuerunt bene credẽ tes, & virtuoſi, erunt beati in perpetuum. Qui vero bene cre diderunt, ſed male vixerunt, de his dicitur, ꝙ ipſi ſunt in arbi trio Dei, quos punit, ac miſeretur eis, ſi vult, neq; aliquid eis in perpetuum imponitur. Et dicunt alij de his, ꝙ non crucia buntur omnino, neq; aliquid eis erit impoſitum in perpetuũ. Qui autem heretici fuerunt, perpetuo ſupplicio cruciabun tur. De his vero, qui ſupplicio afficientur bene credentes, vi delicet: & male viuentes, ſeu male credentes, vt heretici, di cunt nonnulli, ꝙ rerum pœna non erit æterna: ſed in beatis erit beatitudo æterna. Dicunt alij, ꝙ neq; beatitudo, neq; ſup plicium erit æternum. Dicentes vero mahad conuenire ani mæ & corpori ſimul, omnes iſti ponunt vitam cauſari ex prę ſentia animæ in corpore, mortem vero ex ſeparatione animę a corpore. Et ponũt in alio ſeculo animam redire in idem cor pus, in quo prius fuit, affirmantq; animam eſſe quid ſpirituo

ſum,

ſum,non corporeum. Et aliqui iſtorum ponunt animam eſſe corpus ſubtilius reliquis corporibus. Et dicũt quidam, ꝙ anima, quando redit ad corpus, ſiue fuerit beatus quis, aut damnatus, erit omnis beatitudo, aut pœna ipſius ſecũdum corpus, & animã ſimul. Et ꝙ beatis erit delectatio corporalis ex ſenſatis: & delectatio animæ erit ex gaudio, & intuitu angelorum oculo intellectus, & ſecuritate a pœna, & eius priuatio
B ne. Et iſti quidem ſunt Maumethani omnes: & ꝙ damnatis erũt læſiones, uel paſſiones corporeæ a calore, & frigore. Et paſſiones animales ex elongatione, & triſtitia, & timore, & deſperatione. Et dicunt alij, ꝙ delectationes in illa hora, ſeu in alio ſeculo erunt ſpirituales ſolum: & ſimiliter paſſiones.
C Et qui hoc affirmãt ſunt Chriſtiani plurimi. Amplius diuerſitas de beatitudine, aut pœna æterna, aut non æterna iam reperitur in iſtis, ſicut in primis. Dicentes autem, ꝙ mahad attribuitur animæ ſolum, diuerſa opinantur. Quidam enim eorũ dicunt, animam eſſe corpus. Et quidam ipſorum affirmant animam eſſe ſubſtantiam lucidam procedentem ex mundo lucis permixtam corpori, qđ eſt ſubſtantia obſcura, vel tenebroſa generata ex mundo tenebrarum. Et iſti quidem ſic opi
D nantes inſequuntur ſectam Almagius, & Altenuiæ, & eorũ qui incedunt via ipſorum: fęlicitas enim, & beatitudo apud eos eſt liberatio, ſeu ſeparatio lucis a tenebris, & eius penetratio ad ſydera cœleſtia, & eius exitus ex hoc mundo tenebrarum ad mundum lucis. Infęlicitas vero, & cruciatus eſt per
E manentia ipſius lucis in mundo tenebrarum. Et quidam uolunt illud ineſſe ipſi animæ per reiterationem in corporibus. Et ſunt inſequentes opinionem altenaſach. Quidam vero volunt pœnam, & cruciatum ineſſe ipſi animæ ex retentione ipſius, vel eius incarceratione in mundo elementari: Et beatitu
F dinem ei accidere ex liberatione ab eo. Quidam autẽ alij volunt, fælicitatem, ac beatitudinem ineſſe ipſi animæ ex perfectione ſubſtantiæ ipſius, & liberatione eius, vel ex immunitate eius ab intenſis naturæ impreſſionibus in ea, ideſt ab impreſſionibus ſenſuum in ea, ita, quod ſenſus non dominentur in ea: & ex diſpoſitione contraria ipſius ineſſe ei infęlicitatem, & pœnam. Et tenentes hanc opinionem fuerunt philoſophi clariſſimi. Sequentes autem opinionem

Altenaſach diuerſa ſentiūt. Quidam enim eorum concedunt reiterationem, vel permutationem animæ in omnibus corporibus, ſiue ſint vegetabilia, ſiue animalia. Et quidā eorum cōcedunt illud in corporibus animalium tantum. & quidam nō cōcedunt animam humanam ingredi in aliam ſpeciem ab homine diuerſam. Et poſt hoc inter iſtos ſunt duæ differentiæ. Quidam enim dicunt neceſſariam eſſe Altenaſach, ideſt permutationem animæ de corpore in corpus ipſi animæ uitioſi tantum, donec perficiatur talis anima, & diſponatur, vt a materia liberetur. Et quidam eorum dicunt permutationem p̄dictam neceſſariam eſſe animæ vitioſi, & animæ virtuoſi ſimul. Animæ enim malignæ vitioſi permutantur in corpora, quæ defatigantur, & laborant. Animæ vero virtuoſorum permutantur ad corpora, quæ gratiam habent, & quietem. Et dicūt aliqui affirmantes opinionem Altenaſach, & credentes in libro Alchorano Maumethi, ꝙ intentio ſermonis ipſius Maumethi affirmat illud, quando dixit: animalia progredientia ſuper terram, & aues cum alis ſuis volantes, non ſunt, niſi turba copioſa, ſimilis nobis, cōmunicans nobiſcum in animabus ipſorum. Et dixerunt quidam ex eis etiam, ꝙ in libro Maumethi ſcriptum eſt, ꝙ donec camelus penetrabit per foramē acus, non ceſſabit anima vitioſi permutari de corpore in corpus ſubtilius eo, quouſq; clarificetur, & fiat in modo, vt perueniat, ſeu permutetur in corpus vermis parui corporis, ita vt poſſibile ſit ei, vt penetret per foramē acus, poſtquam fuit in corpore cameli. Illud autem, quod verificatur de mahad, ſecūdum opinionem Altenaſach ex ſermonibus ſapientum metaphorice, vel allegorice loquentium, eſt, ꝙ anima quælibet non virtuoſa permutatur a corpore ſuo in corpus ſimile naturaliter in vitijs dominantibus ſuper eam, donec liberentur á materia. Anima enim, cuius vitia ſunt in capitulo vitiorum appetitus, permutabitur, ſicut ad corpus ſuis, ſeu porci: cuius vero vitia ſunt in capitulo iræ, permutabitur in corpus leonis, vel animalis rapacis. Ita vt ſi homo habuerit vitia vſurpantis aliena: & habuerit artem fullonis: permutabitur in corpus piſcis. Et ſi fuerit venator, permutabitur in corpus ſpeciei illius animalis, quod venatur. Et quandoq; dixerunt, ꝙ anima non virtuoſa in partibus auſtri & ſeptentrionis, cum ſuperfluo

frigore, & æſtu cruciabitur. Hi igitur ſunt ſermones ſapientum qui per parabolas, & metaphoras locuti ſunt, vt magis proximi ſint intellectui gentium, ſeu populorum. Et vt ſit illud cauſa diuertendi eos a vitijs: Si enim doceantur & prædicatum fuerit eis de fęlicitate, ſeu beatitudine vera. Et de cruciatu & pœna vera, ſecundum, ꝙ res ſe habet in veritate, non percipient aliquid de ea penitus. Immo iudicabunt in principio doctrinæ, ꝙ illa omnia ſint de numero impoſſibiliũ: hoc ergo eſt, quod ſentiunt homines de mahad.

Declarationes ſuper capitulo ſecundo, de diuerſitate ſententiarum, ſeu opinionum de mahad.

A DE HIS DICITVR, *ꝙ ipſi ſunt in arbitrio Dei &c. Ideſt, & aliqui eorum, qui attribuunt mahad ſolis corporibus, putant, & dicunt, ꝙ ipſi ſunt in arbitrio Dei &c.*

ET DICITVR, *ꝙ ipſi non cruciantur omnino &c. Ideſt & dicitur a qbuſdam eorum, qui attribuunt mahad corporibus tantum, ꝙ ipſi non cruciantur omnino &c.*

ET DICITVR, *ꝙ in cruciato non cõtinuatur cruciatio eius &c. Ideſt & dicitur a quibuſdam de ſecta ſupradicta, qui ponunt ſolis corporibus conuenire, ꝙ in cruciato non continuatur &c.*

ET DICITVR, *ꝙ neq; cruciatus &c. Ideſt & dicitur a quibuſdam de prædictis, ꝙ neq; cruciatus &c.*

B ET ISTI SVNT *Maumethani omnes. Nota ꝙ omnes Maumethani credunt in alia uita eſſe uſus ciborum, & uenereorum, quia in libro Alcoran ita ſcriptum eſt, ut in ſequenti capitulo patebit.*

C ET ISTORVM *plurimi ſunt Chriſtiani. Notãter dixit plurimi, quia Sãctus Auguſtinus in lib. de ciuitate Dei uidetur uelle, ꝙ beatitudo in alia uita ſit potius ſpiritualis, quàm corporalis: Vnde Sãctus Mattheus apoſtolus cap. xxij. dicit, ꝙ homines in alia uita non nubent neq; nubentur ſed erunt ſicut angeli Dei. Verum theologi moderni, ſicut Scotus, & Sanctus Thomas, & alij affirmant, ꝙ uirtute diuina erit in organo cuiuſq; ſenſus, ita humiditas cauſans delectationes in unoquoque ſenſu, & ſic ſenſus erũt in actu, & delectatio erit non ſolũ ſpiritualis, ſed etiã corporalis, & tamen non erit uſus ciborum, neq; uenereorum. Aliter exponitur. Chriſtiani plurimi, ſupple qui ponunt beatitudinem, & pœnam eſſe ſpiritualem ſolum eſſe ſpirituales principaliter, ſecundum animam ſolum.*

D SECTA ALTHENVIE, *& ſecta Almagius, & ſecta Almanuei in hoc conueniunt, ꝙ lux: et tenebræ ſint principia rerum naturalium, & ſecta Althenuie ideo appellata eſt althenuie, quia poſuit, et affirmauit duo tantum eſſe principia rerum naturalium, nam etnez Arabice idem*

eſt,q̃d duo. Vnde ſecta althenuie idem eſt,q̃d ſecta,quæ ponit duo eſſe principia tantum.

ET QVIDAM *ipſorum uolunt illud ſcilicet beatitudinem et pœnam ineſſe ei ſcilicet animæ cum reiteratione in corporibus &c.* E

ET QVIDAM *uolunt illud ſcilicet beatitudinem,& pœnam ineſſe ipſi ſcilicet animæ cum perfectione ipſius in ſua ſubſtantia, & liberatione &c.& iſti ſunt ſapientes clariſsimi. Nota, q́ ſapiẽtes clariſsimi, qui hoc poſuerunt,fuerunt Plato,Socrates,& ſimiles, dixerunt enim beatitudinem,& fœlicitatem eſſe,quando anima acquiſiuerit ſcientias ſpeculatiuas,& praticas,& q́ anima ultra hoc habeat habitus morales ita, q́ anima libera ſit ab impreſsionibus materialibus,puta a ſenſibilibus taliter,q́ anima non dominetur a ſenſibus.Sed quando anima habet diſpōnē cõtrariã,puta q́ ſit priuata habitibus ſciẽtificis, et praticis, et habitibus moralibus,& ſenſibilia imprimunt in animam,& ſenſus dominantur rationi.Vnde anima ſit uitioſa,tunc ipſa eſt infœlix. Et ſecũdum iſtos philoſophos infœlicitas eſt in hoc mundo ſicut in alio:Verum in alio mundo erit intenſior.Et quidam etiam philoſophi de ſecta Maumethanorum tenent, q́ anima ignorantium nullam habebit fœlicitatem ex hoc, q́ talis anima eſt imperfecta, ignorans, non diſpoſita recipere cognitionem & beatitudinem a Deo.* F

Notãdum q́ opinio altenaſach ideo ſic denominatur, quia naſach arabice idem eſt, q̃d permutatio rei de una diſpoſitionẽ ad aliam, ſeu de uno eſſe ad aliud, quare opinio, quæ tenet animas permutari de corpore ad corpus,denominatur altenaſach.

DONEC PERFICIATVR *talis anima,& diſponatur ut a materia liberetur &c. Sciendum ſecundum opinionem iſtorum, q́ anima uitioſa non eſt diſpoſita,ut a corpore, & a materia liberetur, & ſeparata a corpe reuertatur ad ſuum creatorem,et ad ſuum principium,quia ſecũdum iſtos anima non unitur corpori,niſi,ut mediantibus ſenſibus organicis acquirat cognitionem,& ſcientiam, & habitus morales, & uirtuoſos. Anima ergo uirtuoſa, & ſcientifica ſeparata a corpore cum ſit perfecta, non oportet, ut pmutetur ad aliud corpus,ſed reuertitur,et uadit ad ſuũ principium,& unitur cum eo,& tunc cõplete habet fœlicitatem.Sed anima uitioſa non ceſſat permutari de corpore ad corpus, donec perficiatur, ſcilicet relinquendo habitus uitioſos, & acquirendo habitus uirtuoſos, nam anima quæ fuit uitioſa in aliquo corpore,poteſt effici uirtuoſa in alio corpore, & per talem permutationem de corpore ad corpus aliud poteſt perfici,& diſponi ita,ut ſit apta ſeparari a materia, & reuerti ad ſuum creatorem,& cum ipſo uniri,& perfectam fœlicitatem acquirere.* G

ET DICVNT *aliqui affirmantes opinionem altenaſach, & credentes in libro Alchoran Maumethi &c. Nota q́ aliqui Maumethani aſ-* H

firmăt altenaſach prædictum ex dictis Maumethi in libro Alchoran, ſcriptum eſt enim ibidem q̃ animalia progredientia ſuper terram, & aues non ſunt niſi turba magna ſimilis homini communicans, hominibus in animabus ipſorum: ſed talis communicatio brutorum, & auium cum hominibus in animabus ipſarum non poteſt eſſe, niſi fiat permutatio animæ hominis ad corpus animalium brutorum & auium &c. quare ſecundum dictum Maumethi opinio altenaſach eſt uera. Itẽ ſcriptum eſt in lib. Alcorã prædicto, q̃ anima uitioſi non ceſſabit permutari de corpore ad corpus, quouſq; camelus penetrabit per foramen acus, ita, ut anima uicioſi permutetur de corpore hominis ad corpus cameli, & de corpore cameli ad aliud animal, quouſq; permutetur ad corpus uermis parui corporis potẽtis penetrare propter ſui paruitatem per foramen acus: & ſic talis anima uicioſi non ceſſabit permutari de corpore ad corpus, donec camelus penetrabit per foramẽ acus, & ſic ex dictis Alchoran apparet opinionem althenaſach eſſe ueram.

I ILLVD AVTEM *q̃d' uerificatur de mahad ex ſermonibus ſapientũ &c. eſt q̃ aĩa nõ uirtuoſa &c. pro declaratione textus ſciendũ, q̃ circa althenaſach uarij uaria dixerunt, ſed illud, q̃ uerificatur de mahad ſecundum uiam althenaſach ex ſermonibus ſapientum, ideſt ſed ſermo uerus de mahad ſecundum uiam althenaſach eſt ſermo: quem ſapiẽtes philoſophi dixerunt: ſcilicet q̃ anima nõ uirtuoſa permutatur a corpore ſuo ad corpus ſimile naturaliter in uitijs &c.*

Nota q̃ in fine capituli ſequentis ubi Auicenna reprobat opinionem althenaſach declaratur, qualiter ſermo, quem dixerunt ſapientes philoſophi, ſicut Plato, & Pithagorici, non affirmat althenaſach, ſicut ſonãt uerba: quia illud, q̃ prædicti philoſophi dixerũt, eſt ſermo methaforicus, qui non eſt uerus, niſi ſecundum ſenſum & intentionem, quam Auicẽna ibidẽ declarat, ſcilicet q̃ intentio prædictorum philoſophorum eſt improbare habitus malos, & mores malos in animabus hominum exiſtentes: Si enim uirtutes ſenſitiuæ, & ſenſibilia dominauerint ſuper rationẽ ita, q̃ in anima ſint impreſſa uitia, & habitus mali, tunc talis anima ſeparata a corpore remanet cũ tali habitu malo uicioſo, ac ſi eſſet ĩ corpe animalis bruti uicioſi: ita, q̃ anima luxurioſi, guloſi, ſeparata a corpore ẽ taliter habituata uicio gulæ & luxuriæ, ac ſi ipſa eſſet in corpore porci: et anima iraſcibilis, ac ſi eſſet in corpore leonis. non q̃ talis anima actualiter, & ueræ permutetur ad corpus porci, aut leonis, ſicut ſonant uerba philoſophorum prædictorum.

Nota q̃ quidam tenentes althenaſach realiter non methaforice dixerunt, q̃ non ſolum anima intellectiua permutatur realiter in corpus uiliſſimum. Immo ẽt diuinitas quandoq; apparet in forma humana, & unitur corpori humano, ſicut corporibus prophetarum. Et ſecundũ hanc opinio-

nem non eſt abſurdum, ꝙ in Chriſto fuerit ſimul natura humana, & natura diuina.

Capitulum tertium de reprobatione opinionum falſarum circa mahad.

SEcta eorum qui poſuerũt mahad ſoli corpori ineſſe, mota eſt ad illud ponendum per ea, quæ in lege vel fide qualibet affirmantur de reſurrectione mortuorum. Et ſequentes A
hanc ſectam opinati ſunt, ꝙ aliquid conſideratum ſecundum eſſentiam hominis, ſit corpus: poſtea ad hoc peruenerunt ipſi ex odio ſuo exceſſiuo erga ſapientes, & nimia inclinatione animi ſui ad ea, quæ diuerſa ſunt ab opinione ſapientum, vt negauerint animã, aut ſpiritum eſſe omnino. Et dixerunt ꝙ corpora efficiũtur viua per uitam in eis generatam: & quod vita non exiſtat, per præſentiam animæ in corpore, ſed ꝙ ipſa vita ſit accidens de numero accidentium in eo generatum. Et B
quoniam prędicta opinio in dictis fidei, vel legum fundatur, ideo pro deteſtatione illius, oportet in fide & legibus traditis a deo per prophetas ſcire canonem, qui talis eſt. Quod fides, & lex data hominibus per aliquem prophetarum, non eſt reuelata, niſi ſecundum viam & doctrinam, quam gentes omnes percipiant: & ei aſſentiant. Amplius [ſcire debes] ꝙ veritas in quam fundari oportet de vnitate vera creatoris artificis vnici liberi, ſeu denudati a quantitate, & qualitate, & loco, et tempore, & ſitu. Et ab alteratione, ita, vt ſit credulitas de ſua eſſentia, ꝙ ſit vna, quæ non poteſt habere ſocietatem in ſpecie, neq; partem exiſtentem quantitatiuam, aut intentionalẽ, neq; eſt poſſibile, vt ipſa Dei eſſentia ſit extra mundum, neq; intra mundum, neq; eſt ſecundum modum, ꝙ ſenſu verificari & demõſtrari poſſit, ꝙ ipſa ſit hic, vel illic: talis dico veritas prædicta non poteſt gentibus manifeſtari. Et ſi pronunciarẽtur iſta, ſecundum hanc formam apud Arabes Sylueſtres, & Hebræos hebetis ingenij, tunc ipſi atteſtarẽtur illud eſſe mẽdacium. Et conuenirent affirmantes credenda ſic pronunciata, & prædicata non exiſtere. Et falſa omnino eſſe aſſererent. Et propter illud datus eſt liber althaura, ideſt liber veteris legis totus metaphoricus, ſeu figuratiuus, & per ſimilitudines. Amplius in libro Alcorano Maumethi, non docetur aliquid

Alia, lra. ex notis maiſ feſtis eſt.

diſtincte manifeſtans, & declarans hanc rem difficilem, neq; in eo ſcripta eſt declaratio, quæ requiritur de vnitate Dei, manifeſtatione diſtincta. Sed ſcripta ſunt aliqua, ſecundum viã ſimilitudinis, in his quæ apparent ad extra ſecundum ſenſum. Et quædam data ſunt abſtracta, cõmunia valde non propria. Quæ quidem propria non poſſunt exponi, ſeu manifeſtari. Illa vero, quæ ſecundum ſimilitudinem dicũtur de Deo, ſunt multo plura, q̃ poſſint numerari, ſed quidam nõ recipiunt ea, Et cum res circa vnitatem Dei ſit hæc, vel ſe habeat hoc modo. qualiter ergo erit ĩ his quæ ſunt poſt ipſam de rebus quas credere debemus. Quidam vero homines dixerunt, ꝙ Arabes in ſermonibus vtuntur prolixitatibus, & parabolis. Et ꝙ ea quæ pronunciantur ſimilitudinaliter. Sicut manus, facies, aduentus in vmbra nubium. Et deambulatio eius, & riſus, ſunt vera. Tamen ſecundum ꝙ accipiuntur, & ſecundum uiã conſiderationis ſignificant, ꝙ tales ſermones accipiuntur, & dicuntur ſimilitudinarie, & metaphorice, aut ſignificant, ꝙ nõ accipiuntur metaphorice, neq; ſimilitudinarie, ſed accipiũtur ſecundum veritatem ſicut ſunt. Et de locis ſeu dictis quidem quæ ſunt adducta ad demonſtrandum, ꝙ Arabes accipiunt iſtas intentiones metaphorice, & in parabola, ſecundum aliã intentionem ab ea, quæ apparet in ſermone: quædam ſunt loca, ſeu dicta, in quibus eſt conueniens, vt accipiantur, ſecundũ hunc modum. Et de hoc non eſt dubitatio in eis, neq; ambiguitas. In ſermone autem, cum dicitur Deus veniet in vmbra nubium. Et in ſermone alio, non videbunt Deum niſi angeli venient ad eos, aut creator tuus veniet. Et in ſimilibus ſermonibus prædictis. Et in eis quæ currunt curſu ipſorum, non incedit, vel non peruenit cogitatiua omnino ad hoc, ꝙ conſideratio ſit ſecundum metaphoram, & ſimilitudinem. Quod ſi voluerit aliquis addere ad maiorem intellectum, & non referre ad ipſum Deum, ita ꝙ illa dicta ſint metaphorica. Et referantur, non ad Deum, ſed ad eius nũcium, vel prophetam: tunc accidit error, ex ſimilitudine, vel ex metaphora, & erit credulitas extorta non recta, in credendo ea quæ ſunt tradita, ſicut verba ſonant, & ſecundum ſenſum literæ exteriorem. Sermo autem, cum dicitur manus eius ſuper manus ipſorum. Et ſermo etiam alter, qui dicit, non ſeparatur, a latere Dei,

Sãct⁹ augu. ĩ homelia euãgelij in ꝑncipio erat verbũ &c. Dixit nã dicere de Deo qs põt? Audeo dicere fr̃es mei forſitã nec ipſe ioãnes dixit', vt eſt: ſed & ipſe vt potuit, qa de deo nemo dixit &c. q̃re ex iſtis dictis verificat', ꝙ ea q̃ ſunt deo ꝓpria nõ pñt ab aliquo homine exꝑmi.

ſunt ſermones metaphorici ſimilitudinarij. Et dicti ex amplitudine ſermonis, neq; duo ex Arabicis ſapientibus eloquentiſſimus dubitabunt in hoc, neq; habentes cognitionem in lingua Arabica dubitabunt, ſi ait in verbis primis. Immo ſicut in verbis primis, vel in exemplis primis, non eſt veriſimile, q̀ cadat parabola, ſimiliter in illa non eſt veriſimile, q̀ non cadat parabola, vel non ſit parabolica locutio. Et non intendit̃ in ea res alia ab ea, quod verba ſonant. Amplius conceſſo, q̀ hæc omnia ſupradicta ſint accepta ſecundum parabolam, qualiter ergo, erit ſermo manifeſtans vnitatem Dei puram, quam leges, & omnes ſapientes verificant? Et qualiter erunt ſermones manifeſtantes ſermones ſubtiles pertinentes ad ſcientiam de vnitate Dei? ſicut an ſit ſciens per ſcientiam, & potens per ſe, an per potẽtiam. Et vnum per ſe ſuper plura attributa, aut recipiens plura eleuatus, ſeu remotus ab eis quolibet modo, vbificatus per ſe, aut expoliatus, a ſitibus. Et partibus. quoniã non euacuatur quin ſint iſtæ intentiones exigentes verificationem ſuam. Et conſeruantes viam in qua eſt veritas, vel conſeruantes viam, vel opinionem veram, aut licitum eſt retrocedere ab iſtis intentionibus, & ſe abſtinere ab huiuſmodi perſcrutationibus. Quod ſi perſcrutatio de huiuſmodi eſt licita, & accidit error in ea, tunc credulitas cadens in ea non eſt vituperabilis, Iſti ergo qui perſcrutantur has intentiones, multũ laborant, & poſſunt excuſari ab hoc labore. Quod ſi præſupponatur, q̀ perſcrutationes ſint neceſſariæ, tunc oportet, q̀ ſint ex eis, quæ ſunt claræ in lege. nam declaratio obſcura, et breuis, non eſt pertinens, ad credulitatem, & ſignificationem. Immo declaratio, quæ exigitur in ea, eſt illa quæ concitat, & allicit homines, & quæ docet veritatem, & conditionem rerum intentionalium. Illi vero qui occupant, & expendunt, ſeu conſumant noctes & dies ſuos, & horas ſuæ ætatis in eleuando mentes ſuas: & in ſubtiliando ingenia ſua, vt ſpeculando, & contemplando diſcernant veritatem, & habeant cognitionem diſtinctam, indigent ad intellectionem intentionum ſupradictarum de Deo excellenti manifeſtatione, & expoſitione conſideratiua. Qualiter ergo ſe habebunt Hebræi ignorantes, & Arabes, qui circa camelos verſantur? Et iuro per vitam meam. q̀ ſi Deus mitteret aliquem prophetam, ut præ

dicaret,et annunciaret veritatem harum rerum populo rudi, valde groſſo, quorum cognitio eſt dependens a ſenſibilibus puris,vel quorum cognitio verſatur circa pura ſenſibilia. Et præciperetur huic populo,ꝙ continue crederet, & obediret abſq; temporis interpoſitione: Deinde præciperetur etiam a propheta prædicto, ꝙ animæ omnium hominum continue exercitarentur,donec eſſent diſpoſitæ ad conſiderationem intentionum ſupradictarum,& ad appræhenſionem ipſarum: Tunc imponeretur eis grauiſſimum onus ad operandum illud quod non eſt in virtute hominum,niſi proprietas. Et virtus diuina, & impreſſio cœleſtis faceret eos appræhendere, ſed tunc excuſaretur a miſſione prophetarum: Et aduentus eorum,non eſſet neceſſarius. Amplius præſuppoſito, ꝙ liber Alcoranus ſit traditus in Idiomate Arabico, & conſuetudo Idiomatis illius ſit loq; ſimilitudinarie,& metaphorice. Quid ergo dicetur in libro hebraico? Ideſt in libro veteris teſtamēti. Quiquidem liber totus a principio, vſq; ad finē eſt ſermo metaphoricus purus. Si quis autem obijceret, dicendo, ꝙ liber prædictus ſit totus deprauatus, quærendum eſſet qualiter deprauati eſſent omnes libri prædicti hebraici ſparſi inter gentes,quæ numerari non poſſunt,& quarum regiones ſunt longinquæ,& phantaſiæ diuerſæ. Et quibus quidem gentibus,quidam ſunt Iudei,& quidam Chriſtiani. Et ambæ iſtæ gentes,ſunt ad ſe inuicem contrariæ. Quare manifeſtum eſt ex his omnibus,quod leges traditę ſunt populo,cum illis rebus,quas populus ipſe intelligit,& cum his quæ ſunt propinquæ rebus,quas non intelligit,ſcilicet cum exemplis,& ſimilitudinibus. Et ſi leges fuiſſent traditæ alio modo, tunc fruſtra fuiſſent leges omnino. Qualiter ergo ea q̄ in legibus tradita ſunt per exteriora nobis apparentia, ſcilicet per ſimilitudines nobis apparentes, concludere aliquid poſſunt in hoc capitulo? Scilicet,ꝙ mahad conueniat ſolis corporibus. Et ſi præſuppoſuerimus res alterius mundi ſpirituales, non corporales,remotæ ab hoc vt eſſentiæ ſuæ appræhendantur mente: tunc non erit via in lege ad alliciendum homines ad ipſam,& ad timendam eam,quæ quidem via incitet homines ad ipſam legem,cum aliquo ſigno, vel aliqua demonſtratione. Immo nō fit talis incitatio, niſi cum aliquo modo exemplificationū,

& ſimilitudinum, quæ ſunt proximæ cognitioni hominum. Et quomodo eſſe alicuius rei eſt demonſtratio ad concludendum eſſe rei alterius. Licet enim non eſſet res alia ſecundum diſpoſitionem præſuppoſitam: tamen res prima eſſet ſecundũ ſuam diſpoſitionem. Hæc igitur omnia ſupradicta ſunt ſermones, ad docendum homines ſciẽtia excellentes, non vulgares, ꝙ ſenſus exterior legis, vt verba ſonant, eſt non neceſſarius, neq; vtilis ad concludendũ aliquid in his capitulis. Qua- C
re redeamus ad intelligibile purum, & dicimus ꝙ homo non eſt homo per materiam ſuam, ſed per formam ſuam exiſtentem in materia ipſius. Et non ſunt operationes hominis procedentes ab eo, niſi propter præſentiam formæ in materia. Cũq; remouetur forma a materia ſua, & redierit, vel ꝑmutata fuerit materia eius in terram, aut in rem aliam: tunc iam deſtruitur ille homo, idem poſtea quando producitur in illa eadem materia alia forma humana noua: tunc aduenit: vel reſultat ex ea homo alius, & non ille homo, qui prius erat. Nam in hoc ſecundo illud qđ inuenitur de his quę erant in primo, eſt materia ſua, & non forma ipſius. Et iſte homo ſecundus, non eſt ille, qui prius erat, neq; ille qui erat laudandus, aut uituperandus, neq; meretur præmium, vel beatitudinem, aut pœnã per materiam ſuam, ſed per formam ſuam. Et per hoc, ꝙ eſt hõ, & non per hoc, ꝙ eſt terra. Quare manifeſtum eſt, ꝙ homo beatus, & damnatus, non eſſet ille homo idem, qui bene operatus, aut male operatus eſt: Immo eſſet homo alius cõmunicans ei in materia, quam prius habebat. Non erit ergo iſta reſurrectio corporum, vel iſta reuerſio corporum prædicta faciens peruenire beatitudinem ad eos qui bene vixerũt & pœnã ad eos, qui male vixerunt. Immo beatificabitur alius ab eo, qui bene operatus fuit: & punietur alius ab eo, qui male operatus fuerit. Sermões igitur magis remoti, ab eo, quod eſt conueniẽs in re mahad, ſunt illi, qui poſuerunt ipſum mahad ſoli corpori conuenire. Illi vero qui poſuerunt ſpiritus, D
vel animas remanere. Et ipſis diſtribui præmium verum, aut pœnam veram remanentibus ipſis animabus eiſdem, et non renouari ſuper eas corpus, niſi ſicut renouatur aliquod accidẽtium ſuper ſubſtantiam per ſe exiſtentẽ: opinati ſunt falſum. Et ipſorum opinio apparebit non firma, ſeu non recta ſi præ-

Additio cuiuſdam doctiſſimi. Adhoc argumẽtũ pt rñderi iuxta varias opiniões doctorũ. Et p̃mo iuxta mẽtẽ Platonis, q tenet hoiem eẽ ſolũ aiam itellectualem & corp⁹ eſſe aię iſtrm. In hac opinione hõ reuertitur idẽ numero, qm̃ aia informat diuerſa corpa, & diuerſas materias ĩ diuerſis tẽporibus: & qm̃ aĩa ẽ eadẽ nũero, idẽ hõ nũero reuertiẽ. Iuxta viã Auerrois aia ſola ẽ de q̃ditate cõpoſiti: ptes vero materiales hoĩs fluũt, & refluũt vt ipẽ tenet ꝑmo đ gñatiõe commẽto. 38. In

ceſſerint hęc præſuppoſita,vel præmiſſa.Et ſcitum fuerit,pri
mo,ꝙ ſtante illa opinione,tũc materia in rebus factis exiſtẽs,
non eſſet ſufficiens in diuiduis animæ exiſtentibus a corpore
ſeparatis,tempore reſurrectionis,vel vnionis animę cum cor
E pore.Aut ſcitum fuerit ſecũdo, ꝙ a[iudicium diuinũ eſt vnũ
F nõ permutabile]a curſu prædeſtinato.Aut ſcitum fuerit ter-
tio,ꝙ beatitudini veræ hominis contrariatur exiſtẽtia animæ
in corpore ipſius: & ꝙ delectationes corporales ſunt alię a de
lectationibus veris.Et ꝙ dum anima exiſtit in corpore,pœnã
G conſequitur.Aut ſcitum fuerit quarto,ꝙ res plurimæ quę de
fide reuelatæ fuerunt in hoc loco,ſeu in hac vita, cum intelli-
guntur ſicut publicantur,ſunt vana & falſa. Cognitio autem
primi manifeſtatur apud declarationem operationis diuinæ:
Et iam verificauimus illud in ſcientia diuina, & naturali. Et
cognitio quidem ſecundi manifeſtatur cum declaratur,ꝙ pri
mum ens per ſe exiſtẽs eſt expoliatum ab omnibus ſpeciebus
alterationum,& permutationum: & ꝙ operatio eius proce-
dens a iudicio ſuo, & voluntate ſua,eſt cõformis iudicio ſuo
æterno,& prædeſtinato,& voluntati ſuæ æternæ determina
tæ.Et iam certificatum eſt hoc in ſciẽtia diuina. Pro cognitio
ne autẽ tercij faciam capitulum proprium. Cognitionem ve-
ro quarti ſapiẽs ex ſe percipit abſq; doctrina, & non eſt qui-
dem conueniens vt manifeſtetur illud ignorantibus ne apprę
hendant leges veras oculo ambiguo,aut mente ambigua eas
vilipendente,cum ipſæ leges veræ,abſq; omni vilipenſione et
H ambiguitate firmiter ſint credendæ. Nam illi quibus tributa
fuerit appræhenſio ſapientiæ, & non feſtine negauerint ea,
quæ per apparentia, & ſenſibilia conuenientiſſime reuelata
fuerunt,& non vituperauerint ea quę non ſunt manifeſta, in
quibus intentio vera eſt occulta & intrinſeca, a ſapientibus.
percepta.Cognoſcent tandem manifeſte que ad fidem perti
nent præcipue,quando fides reuelata fuerit, ſecundum hanc
formam,vel ſecundum hanc conditionem, ſcilicet ꝙ intentio
vera in eis,quę affirmãtur & publicantur,eſt occulta, & hęc
quidem conditio eſt vna de conditionibus maximis fidei, vel
legis veræ,quæ reuelatur.Secundum formam veram,aut ſe-
cundũ ſimilitudinem ſeu metaphoram,ĩ qua homo ſapiẽs nõ
dubitat ſicut dubitat in fide, vel lege Almagius & Althenię,

hac via dicen dũ eẽt eundẽ hoiẽm redire quo ad aiam intellectiuã,q̃ ẽ de hois qd-ditate, licet ꝑtes materia les,& ipſa ma teria aſſidue varieẽ (q̃cq̃d ſit de hois co gitatiua.) A-pud vero ſa cros doctores dicerẽ mate riã illã radica lẽ cõtractã a ꝑncipijs gña tionis cõſer uari a Deo iu xta ei⁹ oĩpotẽ tiã,et ſic redit idiuiduũ idẽ nũero i reſur rectione.

a. Alia litera. opatio diuin a ẽ vna ñ ꝑmu tabilis.

quia talis fides, vel lex Almagius reuelata fuit ſecundum mo-
dum, & formam, ꝙ ea quę publicata ſunt in ea, extrinſece, &
quo ad ſenſum apud ignorantes videntur vera. Sed intentio
intrinſeca & occulta, quo ad intellectum rationalem eſt fal-
ſa. Et hæc forma, & conditio reuelandi fidem & legem, eſt
conditio præcipua fidei vel legis corruptæ, & falſæ, quæ non
prouenit, neqꝫ emanat, a gratia diuina. In fide enim, vel lege
Almagius prædicta dicitur, ꝙ ex luce prouenit bonum, & te
nebra malum. Et ꝙ lux, & tenebra tãtum ſunt duo principia
omnium. Et hæc quidem dicta extrinſece. Et quo ad ſenſum
videntur vera ſed intrinſece apud ſapiẽtes ſunt falſa. Ex prę-
miſſis igitur apparet falſitas opinionis prędictæ. Et manifeſta-
bitur etiam, cum declarabitur falſitas opinionis Altenaſach,
& cum affirmabitur impoſſibilitas reuerſionis, vel reunionis
animę ſeparatę ad corpora. Et nos declarabimus illud in loco
conuenienti. Verum nos hunc locum non dimittemus abſqꝫ I
aliquo ſigno declarationis, contradicendo eis etiam qui poſue
runt mahad conuenire corpori, & animæ ſimul. Et ꝙ anima
in reſurrectione reunietur eidem materiæ, & eidem corpori,
cum quo prius erat vnita. Dicamus ergo, ꝙ nõ eſt poſſibile,
quin aut anima, reuertatur ad materiam, a qua fuit ſeparata,
aut ad materiam aliam. Et iam dictum eſt, in narrationibus,
opinionis eorum, qui loquuntur de hoc capitulo, ꝙ ipſi volũt
reuerſionem animę fieri ad illam eãdem materiam, a qua fuit
ſeparata, & tunc non euacuatur quin ſit illa materia, quæ ade-
rat in morte, aut ſit totalis materia, cum qua fuit cõiuncta ani
ma toto tempore vitæ primæ. Quod ſi fuerat materia illa, q̃ K
aderat in hora mortis tantum: tunc eſt neceſſarium, vt reſur-
gat aliquis vulneratus, naſum habens abſciſſum, aut aurem,
aut naſum, ſecundum quod fuit in bello in hora mortis eius,
ſecundum illam diſpoſitionem. Et hoc eſt erroneũ apud eos.
aut ꝙ reſurgant omnes partes eius, quas habuit toto tempo-
pore vitæ ſuæ. & tũc oportet ex illa opinione, vt corpus vnũ,
& idem reſurgat cum eiſdem membris, ſcilicet manu, capite
hepate, & corde, & cum eiſdem partibus membrorum. Et
hoc eſt falſum et impoſſibile, quoniam veritas firma eſt, qđ
membra continuo reſoluuntur, & reſtaurantur. Et ꝙ partes
membrorum continue reſoluuntur, permutantur in nutrica-
tione.

tione. Et quædam eorum nutriunt̃, ex nutrimento alterius ſuperfluo, & ſic eſt impoſſibile, quod reſurgat idem corpus cum eiſdem membris, & cum tota materia, quam habuit toto tempore vitæ ſuæ. Aliter enim homo cum membris ſuis reſurgeret cum quantitate exceſſiua, ſicut mons. Et eſt neceſſarium ex illa opinione, ꝙ homo nutritus ex carne humana in regionibus, in quibus dicitur, quod homines comedunt homines, poſtquam creuerit, & ad augmentum perfectum peruenerit ex nutrimento carnis humanæ, non poſſit reſurgere. quoniam ſubſtantia partium eius, quę fuit ſubſtantia alterius, reſurget in alio, aut ipſe reſurget, & deficient partes alterius, qui comeſtus eſt. Quare ipſe comeſtus nõ reſurget. Et ſi dicunt, quod partes in reſurgente

L erunt partes principales, ſeu ſubſtantiales, quibus verificatur, vitam eius conſtare, iſtud non valet. Et in hoc dicto non euadunt ab inconuenienti. Iam enim apud eos ordinatum eſt, & æquum eſt, & conueniens, vt pro vita hominis, quædam partes ipſius ſint partes ſubſtantiales, & radicales vitæ. Et quædam earum ſint coadiuuantes ad vitam non ſubſtantiales. Et ſi dicunt, quod fiat reſurrectio ex illa terra [vel] ex terra alterius æqualiter indifferenter: Iam Alia litera. &

M tollunt, & remouent iudicium iuſtitiæ, quam ipſi ponunt in reſurrectione membrorum corporis, niſi ipſi ponant partes appropriatas reſurrectioni habere proprietatem intentionis, quæ quidem intentio ab eis fuit remota, & talis intentio eſt. Quod partes ipſę in tempore, vel in diſpoſitione vitæ prioris, erant materia partium ſubſtantialium vitæ. Sed

N iſte ſermo, qui ſine ratione aliquas partes corporis conſimiles appropriat reſurrectioni, & aliquas earum non appropriat: eſt ſermo non verus, qui ponit priuationem intentionis prędictæ, eſſe cauſam, quod aliquid habiturũ ſit, & debeat ſuſcipere intentionem, & aliud ab eo, ſcilicet non habens priuationem intentionis, non ſit habiturum, nec debeat

O ſuſcipere illam intentionem. Et diſpoſitio quidem priuationis rei [factæ, & rei poſſibilis in eſſe exiſtere, quæ tamen non exiſtit,] eſt in materia vna, recipiente ipſam, ſcilicet priuationem, quia non eſt maior ratio de vna materia, quam de alia. Et tu quum cõſideraueris, et ꝑſcrutatus fueris, apparebit

Alia litera. exiſtẽtis, aut ꝓuationis rei futurę nõ exiſtentis.

tibi, ꝙ plurima eorum, quæ ſunt ſuper faciem terræ, ſunt corpora mortuorum expoliata ab anima, & terreſtrificata, ſuꝑ quæ inceſſit aratrum. Et in eis ſeminata ſunt ſemina. Ex quibus fiunt, & producuntur cibaria, & ſic fit nutricatio, cum cibatione cadauerum corporum aliorum, vel cum cibatione materiæ, quæ fuit ſub forma corporum aliorum. Quomodo ergo eſt poſſibile, quod materia, quæ in duobus temporibus fuit ſubiectum formarum duorum hominum, reſurgat ſimul in vna hora, abſque diuiſione ipſius materiæ? Cum materia ipſa ex ſe, non ſit diuiſibilis? Quod ſi dicat aliquis, quod anima reunietur corpori compoſito. Ex quacunque terra, & ex quocunque aere, aqua, & igne contigerit; & quod non eſt conditio, ſeu non eſt neceſſarium, quod ſint in illo corpore reſurgente prædicto. Illa eadem elementa, vel eædem partes elementorum, quæ erant in vita prima: tunc talis ſermo eſt idem, quod ſermo Altenaſach manifeſtæ, Et ſermo quidem primus etiam Q eſt ſermo Altenaſach realiter, licet apparenter. Et ſecundum modum loquendi videatur differre, & aliter ſe habere. Nam veritas eſt, quod non eſt differentia inter R duas materias, & inter duo elementa ſimilia, ſeu inter duas partes elementorum ſimiles, in quarum vnam fuerit forma humana, qua nunc eſt priuata, & in altera non fuerit forma humana. Sed nunc induat formam humanam, & ſuſcipiat eam, ſcilicet in hora informationis, & reunionis animæ in vita ſecunda, vel in alio ſeculo. Et ſi redit, ſeu reunitur ſpiritus, vel anima cum vna duarum materiarum, ſequitur opinio Altenaſach. Similiter fit Altenaſach verum. Si vniatur anima ad alteram materiam. Cum corpus humanum ſecundum, non ſit corpus humanum idem, quod prius erat, & reuerſio ſiue vnio ſpiritus, ſeu animæ ad corpus aliud, a corpore primo eſt Altenaſach verum; ideſt, eſt ponere permutationem animæ de corpore in corpus vere fieri, ſicut poſuit Altenaſach. Quod ſi volunt, & eis placet, vt per nomen Altenaſach, intelligatur permutatio animæ ad corpus, quod non communicat cum corpore primo in materia vna numero, ſicut ipſi affirmant in ſermone ſuo, tamen intentio in eis eſt vna non omnino diuerſa. S

T Loquentes autem magis debiliter in hoc ſermone, vel in hac conſideratione de mahad ſunt xpiani. Et declaratio huius eſt, ꝙ leges diuinæ, quæ ſunt traditæ per Maumethum, ſunt traditæ & reuelatæ meliori modo, & magis perfectę, q̃ ſit poſſibile tradi & reuelari. Et propter hoc fuit conueniens vt ipſe Maumethus denominaretur ſigillus legum: et vltimus prophetarum, & ſi ſermo manifeſtans perfectionem huius legis, & nobilitatem eius, & manifeſtãs defectum legum præcedẽtium, & diminutionem earum, a nobilitate iſtius legis Maumethanæ non eſſet impertinens huic loco, & non pertineret ad intentionem alteram: diffuſum circa hoc facerem ſermonẽ ſed illud, quod ex tota ſumma iſtius legis Maumethi, oportet aſſumere, & ſcire in hoc loco, eſt opinio eius digna de mahad. Dixit enim Maumethus in libro ſuo Alchorano vbi loquitur de mahad. Iam declaratum eſſe, ꝙ melior & dignior intentio legum diuinarum eſt pars practica, quæ eſt de operationibus hominis, ita, vt vnuſquiſq; operetur bonũ in ſeipſo, & in eis quæ communicant ſecum, in ſpecie, & genere. Dixit
V etiam, ꝙ quantitas ſermonis, ſeu menſura ſermonis, ſecundũ quam cõueniens eſt loqui in fide, ſeu in lege, de primo principio, & de Deo glorioſo, eſt loqui de ipſo ſecundum modum vniuerſalẽ, & cõem ſcilicet de entitate ſummi opificis, & de

Additio cuiuſdam doctiſſimi philoſophi. Errauit auctor ſi imponit Chriſtianis hoc.ſ. ꝙ teneant fęlicitatem hominis in alia vita fore ſpiritualem tantum in anima, quę conſiſtit in intellectione intuitiua Dei & in eius fruitione adequate, & nõ redundare, vt dicunt theologi, ad proprium corpus. Aſſerunt.n.in.4.ſententiarum, vbi agunt de beatitudine poſt reſurrectionẽ, corpus ipſum, cõfectum ex mixtionibus elementorum qđ informatur anima intellectiua, beari quatuor dotibus, a Deo productis in corpus hominis, ſcilicet impaſſibilitate, Corpus enim beati nulla alteratione neq; partiũ diſtractione affici poterit. 2. erit claritas: corpus enim tali claritate aſſeclumerit lucidum & clarũ, veluti corpus chriſti apparuit diſcipulis, quũ dixerũt, borũ eſt nos hic eẽ, facies.n. xpi tũc ſplẽduit claritate q̃ eſt dos 2. beatitudinis. 3. dos eſt ſubtilitas.i. penetratio corporis beati ad qđcũq; aliud corp⁹, quẽad modũ xpũs bñdict⁹ ianuis clauſis itrauit dicẽs pax uobis. 4. dos q̃ ornatur corpus beati reſurgẽtis ẽ agilitas, qm̃ iuxta eius volũtatẽ breuiſſimo tẽporis curriculo poterit ſe trãſferre de loco ad locũ. Verũ difficultas eſſet an in inſtanti beatus affect⁹ iſta dote agilitatis mouẽdo ſe de loco ad locũ, & pcipue in cœlo empireo, vbi nulla reſiſtentia extrinſeca eſt, moueatur, neq; pôt fieri decurſus ad reſiſtentiá intrinſecá elementorũ grauiũ, & leuiũ, qm̃ in corpore beato eſſet laſſitas ad intra, & rurſus reſiſtẽtia elementorũ grauiũ & leuiũ contingit in ſphera actiuorũ, & paſſiuorũ: in cœlo aũt empireo nõ eſt aſcenſus neq; deſcenſus. Vel ſi dicatur ꝙ iſte motus erit ſucceſſiuus pp repugnantiam terminorum a quo & ad quẽ, ſimul.n. eſſe non pôt in termino a quo in medio, & termino ad quẽ, ſic.n. nulla foret ſucceſſio, neq; motus conſequenter, vt patet ex ſua diffinitione. Eſt.n. actus entis in potentia ſm ꝙ in potẽtia, vel cõtingit imaginari iuxta opinionẽ doctoris ſubtilis. Corp⁹ beati hñtis iſtam dotẽ agilitatis, cũ iſta agilitas ſit virtus finita, aget actione finita, & cõſequẽter ſimul eſſe non poterit in medio, & in termino ad quẽ. Hãc opinionẽ credo inſequẽdã eẽ magis a theologis noſtris.

vnitate ipſius, & de iudicio, & iuſtitia ipſius, & de denudatione eius a conditionibus, quæ important defectum, & diminutionẽ: & de entitate angelorum, & de narratione cauſarum diuinarum in vniuerſali, ſeu groſſo modo, non in particulari, ſeu modo ſubtili ſpeculatiuo, ſed deſcribendo illa ſecundum modum quo populus conuenienter percipiat: & intelligat, et figurando, ſeu deſcribendo figuratione, vel deſcriptione meliori, & conuenientiori: taliter ꝙ populus imaginetur, & apprehendat ea, & non deſcribendo ipſa ſecundum intentionẽ rationalem puram. Deſcribantur etiam modo prædicto ſubſtantiæ ſpirituales vmbroſę, quas nõ percipit, niſi intellectus ſapientis. Amplius dixit Maumethus, ꝙ alliciatur populus: & timor, & horror ei incutiatur annuntiando præmiũ, & pęnam, ſeu beatitudinem, & cruciatum: & deſcribatur beatitudo bene merentium, non cum figuratione, vel deſcriptione diuina, & ſublimi, quę eſt in eis, immo cum figuratione, ſeu deſcriptione intelligibili ab ipſo populo, ac illi magis conuenienti, ſcilicet, ꝙ beatitudo eſt delectatio, & tranquillitas, vel iocũditas, & deſcribatur cruciatus, & pœna eſſe ſecundum cõtrarium ipſius, & diuidatur delectatio corporalis in rem viſam, & in rem auditam, & odoratam, & tactam, & guſtatã, & coitum, in quo eſt delectatio tangibilium. Et dilatat Maumetus ibidem ſermonem in vnaquaque cauſarum delectationis circa vxores, & filios continue præſentes: & fructus quoſcunq; deſiderauerint, & vaſa aquæ dulcis inabominabilis nõ faſtidium afferentis. Et dicit, ꝙ in paradiſo quolibet currunt fluuij lactis, & mellis, et aquæ claræ limpidæ. Et aſſerit in ipſo paradiſo eſſe palatia, & domos, & tentoria in quibus ſtrati ſunt panni ex ſerico cõſtructi: Et ꝙ latitudo vnius cuiuſq; paradiſi eſt ſecundum latitudinem cœli & terræ, & quæ currunt curſu illorum. Diuiſio autem delectationis, aut beatitudinis ſpiritualis eſt, quia ibi eſt priuatio triſtitiæ, & timoris, & continuatio gaudij, & lætitiæ, ac iocũditatis, & omnibus iſtis maior delectatio, ac beatitudo eſt viſitari ab eo qui creauit duos mũdos: ſeu eſt intueri eum, qui creauit cœlum, X

Additio cuiuſdam doctiſſimi.
Fidei credulitas maior eſt oĩ rõne naturali, qm̃ deus neq; fallere, neq; falli pt̃. Duas hẽmus leges a deo reuelatas, alterã iudeoꝝ, alterã Xp̃ianorũ. Pria reuelata fuit Moyſi in mõte Synai a Deo p angelũ, vt tenẽt theologi ſubtiles. Chriſtiana vero lex a xp̃o obñdicto, q de⁹ eſt, & hõ. Iõ maior credulitas ẽ in fide q̃ ſit in demõſtrationibus naturalibus, qm̃ Deus ipſe nõ põt facere legẽ ab eo reuelatã falſã eẽ, ſed bñ de⁹ glorioſus ops, cũ ſit ſup naturã põt naturam euertere, & anihilare. Iõ docte aſſerẽdũ ẽ veritates traditas in fide certiores eſſe veritatibus naturalibus: licet veritates naturales ſint nobis euidentiores, quoniã procedunt iuxta modum noſtri intelligẽdi, qui a ſenſibus, & phãtaſmatibus pẽdet.

& terram,

& terram, & velamen cooperiens ipſum Deum, ab eo remo
ueri, ita, vt a beatis intueatur. Et licet quidam negent iſta, ta-
men ipſa ſunt vera, & firma in lege tenenda iudicio plurimo-
rum ſapientum conuenientium in iſtis prædictis, quæ freque-
ter reuelata fuerunt. Nam populus rudis, quando exhortatur
ad bonum, et ad iuſtitiē, quę ad hominē pertinet: ſic exhorta
tur ad id, quod eſt diuerſum a natura ipſius ſenſuali, & ad id,
quod eſt contrarium motibus virtutum animæ ſenſitiuæ, do
minantibus ſuper animam rationalem: ac ſi ipſa anima ratio-
nalis non exiſtat omnino, ſeu non habeat eſſe omnino, aut q̃ſi
anima rationalis, ſit priuata operationibus ſuis, & potentijs
ſuis omnino. & tunc non obedit populus rudis, neq; obtem-
perat eis, ad quæ ſecundum legem, & iuſtitiam, & bonum,
exhortatur. Amplius, impoſſibile eſt, ꝙ vnus homo ſit, quē
gentes, & populi omnes timeant, & ſperent de ipſo, ac ei obe-
diant, niſi manifeſtetur eis pœna pro malis operibus, & remu
neratio, & præmium pro bonis operibus: quare neceſſarium
fuit affirmare, & manifeſtare illud, quod bene, & male ope-
rantibus Deus in alio mūdo præparauit. Et neceſſarium fuit
deſcribere illud deſcriptione, qua gentes intelligant illud, &
imaginari poſſint. Bonum igitur operantibus dixit Maume-
thus deſcribantur res, quas numerauimus: male operantibus
vero deſcribatur contrarium illarum, videlicet, ꝙ erit ignis,
& frigus affligens. Et erunt diaboli infeſtantes, & proijcien
tes corpora vitioſorum in ignem, & in frigus. Et ibi erunt ca
thenæ ferræ, & ſtricturæ, ac vincula, & ꝙ ibi comedent vi-
tioſi mali res immundas: ſtercoroſas: & bibent virulentias. &
ꝙ capita ipſorum percutientur: & ꝙ renouabitur cutis ipſo-
rum poſt cutim eorum corroſam ab igne, ita, vt non finia-
tur cruciatus ipſorum. Si enim beatitudo vera, & cruciatus
veridici, quæ ambo ſecundum ꝙ ſunt in veritate, ſunt a cogni
tione, & ab intellectu gentium valde remota, non manifeſta-
rentur per exēpla clara et notiſſima: tunc gentes non ſperarēt
bonum futurum, neq; timerent malum venturum. Et ſi non
crederent reſurrectionem corporum ſuorum: tunc gentes
ipſæ non crederēt res duas, ſcilicet beatitudinem & pœnam
futuram, quare neceſſarium fuit apud ſapientes legum diui-
narū affirmare, & manifeſtare mahad, & corporum reſur-

rectionem,et computationem,ſeu retributionem bonorum, & malorum operum,& affirmare beatitudinem,& pœnam futuram,ſecundum hunc modum,ſecundum quem inſtituta noſtræ legis Maumethus deſcripſit magis ꝑfecte, ſuper omnes alios. ita, vt ad ipſum modum prædictum impoſſibile ſit aliquid addere omnino. Quod autem affirmãt chriſtiani de reſurrectione corporum, quæ poſtea in alia vita permanere debent abſq; cibo,et indumentis,et abſq; coitu, eſt ſermo debilior, et minus rationabilis,ad quem populi minus inclinantur in re mahad,& illud quoniam ſi cauſa in reſurrectiõe eſt, Y ꝙ homo eſt corpus,aut ꝙ eſt corpus communicans cum anima in operatiõibus bonis,& malis.Et ex hoc oportet, vt fiat reſurrectio:tunc iſte ſermo ſic concludit,vel neceſſitat illud, ſcilicet reſurrectionem:tunc etiam concludit, vel neceſſitat, ꝙ corpus debeat præmiari,& puniri præmio, aut pœna corporali intelligibili apud populum, vel apud gentes. Et ſi erit beatitudo,& cruciatus ſpiritualis tantum, ſicut dicunt Chriſtiani:quæ ergo erit intentio,vel quis erit finis intentus de reſurrectione corporum? Amplius, quærendum quæ, & qualis erit illa beatitudo,& prȩmium ſpirituale,et qualis erit cruciatus,vel pœna ſpiritualis,& quomodo populis,& gentibus deſcribi,vel manifeſtari, ita,vt ſperent præmium, & timeant pœnam futurã: certe non eſt modus aſſignabilis quo poſſint prædicta deſcribi. immo ſecundum Chriſtianos ponentes præmium,aut pœnam eſſe tantum ſpiritualem,nõ corporalem,non poteſt manifeſtari, vel deſcribi aliquid de prædictis,niſi ꝙ homines in alia vita erũt ſicut angeli. Et ſi deſcribatur ipſis populis, ꝙ præmium, & pœna in alia vita erunt ſpiritualia, addendo deſcriptionem aliam ab hac prædicta ab ipſis chriſtianis ponentibus præmium,et pœnam eſſe tantum ſpiritualia, tunc populi ſeducentur, a cognitione beatitudinis,& pœnæ,& errabunt in ea. Et de mahad ſpirituali, & de beatitudine & pœna ſpirituali alterius vitæ intelligent aliud ab eo,quod ab ipſis Chriſtiãis publicatum,& reuelatum fuerit. Verum illud,quod populi rudes Chriſtiani imaginantur de eo, qđ eſt dictum, ſcilicet ꝙ homines poſt reſurrectionẽ in paradiſo erunt,ſicut angeli,quamuis nõ audeant ipſi Chriſtiani rudes ſuam imaginationem,circa hoc exprimere, neq;

publicare: eſt ꝙ ſi homines in alia vita erunt ſicut angeli: tunc erunt non remunerati abſq; aliqua delectatione & tranquillitate: quia ſi erunt ſicut angeli non comedentes, neq; bibẽtes, neq; coeuntes: tunc populi rudes imaginantur: ꝙ licet homines inceſſanter orarent die ac nocte, & fierẽt in alia vita tales homines ſicut angeli, tamen non conſeqrẽtur beatitudinem, aut præmium. Et cauſa quidem quare populi rudes imaginant̃ in ſeipſis, ꝙ ſi homines erunt in alia vita ſicut angeli: tunc non erunt remunerati: quamuis non audeant propter verecũdiam exprimere talem imaginationem oppoſitam dictis in lege: quoniam beatitudo vera, & delectatio ſpiritualis apud rudes homines non percipitur omnino, neq; intelligit̃: neq; talis beatitudo vera ſecundum populos rudes, affirmat̃ eſſe, aut reperiri, licet aliqui eorum cognoſcant, & percipiãt talem beatitudinem veram, ſecundum ſermonem tãtum, nõ ſecundum intellectum, & cognitionem veram. Quia igitur populi rudes non percipiunt beatitudinem veram: ideo imaginantur, ꝙ ſi homines in alia vita erunt ſicut angeli: ꝙ tunc non erunt remunerati hæc ergo ſufficiunt pro deteſtatione ponentium mahad ſoli corpori ineſſe aut corpori, & animæ ſimul.

Declarationes ſuper capitulum tertium, de reprobatione opinionum falſarum circa mahad.

A ET SEQVENTES *hanc ſectam opinati ſunt &c. Ideſt opinati ſunt, ꝙ hominis eſſentia ſit corpus: & ex odio, quem habuerunt erga ſapientes propter inuidiam, & diuerſitatem habituum moralium ipſorũ, & propter ignorantiam &c. Non percipiẽtes, quæ a ſapiẽtibus dicta sũt, peruenerunt ad hoc, ut negauerint animam eſſe, & a ſapientibus deuiauerunt imaginando ſuo modo circa ſenſibilia tantum non percipientes ſpiritualia; quæ ſenſu non appræhenduntur ſed intellectu tantum: Vnde in multos errores ceciderunt, ſicut hodiernis temporibus ſunt Iudei ignorantes, qui negantes Rabi Moyſen, & omnes ſapientes theologos, non percipientes doctrinam ipſorum, aliam ſectam erroneã ſenſibilem a ueritate theologica remotam adinuenerunt, & ſicut ſunt multi Chriſtiani, qui nõ percipientes ea, quæ de trinitate, et ſimilibus dicũtur: negant, quæ a theologis & philoſophis dicta fuerunt improperando, & aſſerendo ſapientes eſſe hereticos &c.*

B ET QVONIAM *opinio fundatur in dictis fidei &c. In hac parte Auicenna intendit reprobare fundamẽtum eorum, qui poſuerunt ma-*

bad ſolis corporibus attribui ex hoc, ꝙ fides Iudaica, & Chriſtiana, & Maumethana aſſerit reſurrectionem mortuorum, & per conſequens corpora reſurgere, & reuerti, ex hoc igitur dicto, quod fides quælibet tenet arguunt, & affirmant mabad ſolis corporibus conuenire: ſed Auicenna, ut infra diffuſe patebit, declarat, ꝙ multa dicta, & reuelata in ueteri teſtamento, & nouo, & in lib. Alcoran ſunt methaforice, & in parabolis dicta, ut gentes melius percipiant, quæ non ſunt uera, ut uerba ſonant, ſed ſecundum ſenſum, & intentionem occultam, quam ſapientes intelligunt, & percipiunt: quia igitur dicta fidei diuerſimode interpretantur, & non ſunt uera, ut uerba ſonant, ideo fundamentum ipſorum aſſumptum ex dictis fidei non eſt ualidum.

Qualiter uerificetur, ꝙ non eſt poßibile, ꝙ Dei eſſentia ſit intra mūdū neq; extra mundum, uide infra in expoſitione, ubi reprobatur opinio altenaſach, ſcilicet ubi ponuntur ipſius rationes.

QVARE redeamus ad intelligibile. Poſtquam Auicenna confutauit rationem ponentium mabad ſoli corpori conuenire, quæ quidem ratio fundata erat in dictis fidei methaforicis et reuelatis, quorum ſenſus uerus eſt occultus non perceptibilis niſi a ſapientibus mediante reuelatione, & ſcientia infuſa. In hac parte redit ad intelligibile purum, ideſt redit ad ea, quæ diſcurſu rationis apprehenduntur, non per methaforam, & per ſcientiam infuſam, ſicut ea quæ in fide publicantur, ut ſupra dictum eſt. Intendens igitur Auicenna confutare opinionem prædictam per rationes naturales, & per diſcurſum rationis, & per ea, quæ ſunt pure intelligibilia; dicit certißime redeundū ad intelligibile purū, & dicamus &c. Et litera patet. C

ILLI VERO qui poſuerūt ſpiritus, uel animas remanere &c. In hac parte, licet Auic. cōtradicat opinioni prædictæ in generali, tamen implicite cōtradicit Chriſtianis, & Iudeis, & Maumethanis, nam omnes iſti affirmant animas eaſdem remanere, & reſurrectionem corporum, in qua quidem reſurrectiōe, ut infra demonſtrabit Auicenna, ꝙ licet eadem materia, non tamen idem corpus præciſe reunietur eidem animæ, cum qua prius fuit unitū, ſed corpus aliud ſimile: quare ſecūdū poſitionē iſtam præmium uerum, & pœna uera diſtribuitur animabus. quia ipſæ eædem remanent: corpora uero eadem non remanent, neq; corpora eadem, ut dictum eſt, in reſurrectione reuniuntur cum eiſdem animabus, ſed corpora alia ſimilia: & in reſurrectione erit renouatio corporum ſuper animas remanentes, ſicut renouatio aliquorum accidētium ſuper ſubſtantiam. D

Et Auicenna, procedit contra opinionem prædictam primo in generali poſtea in particulari contra Chriſtianos, et Maumethanos, excuſando tamen ipſorum poſitionem, & ultimò contra altenaſach. Arguendo igitur in genere contra Chriſtianos, & Maumethanos, ut dictum eſt, præmittit

quatuor, quorum primum eſt, ꝙ ſtante illa opinione, tunc materia in rebus factis exiſtens non eſſet ſufficiens in tempore reſurrectionis, ꝑ omnibus in=diuiduis animæ remanentibus, & a corpore ſeparatis. Nam cum materia ſit finita, & animæ tempore reſurrectionis erunt infinitæ numero, & ani=ma quelibet ſibi aſſumit certam partem materiæ, & continue a principio mundi uſq; ad finem animæ de nouo creentur, & uniantur certæ materiæ diſpoſitæ, ſequitur, ꝙ plures ſint animæ numero, quàm numerus partium materiæ diſpoſitæ ad recipiendum animam intellectiuam. Et hoc maxime uerificatur præſupponēdo, ꝙ eadem materia informata fuerit a diuerſis animabus, & ꝙ omnia elementa, & mixta in mūdo exiſtentia ꝑ complemē to uniuerſi requirunt ſibi certam quantitatem materiæ, & ideo ſi capia=mus quantitatem materiæ neceſſariam ꝑ elementis, & mixtis, & quanti tatem determinatam materiæ, ꝑ anima intellectiua, tūc patebit, ꝙ ex mul tiplicatione animarum materia finita, & deputata ad animam intellecti
C *uam non erit ſufficiens in tempore reſurrectionis, ita, ꝙ quelibet anima tunc aſſumat ſibi ſuam partem materiæ, cum qua prius erat unita, quia tunc plures erunt animæ, quàm partes materiæ. Secundum, ꝙ præſuppo=nitur eſt, ꝙ iudicium diuinum eſt unum non permutabile a curſu præde=ſtinato, ſeu non permutabile ab eo, qđ eſt determinatum ab ipſo Deo, & hoc præſuppoſito ſequitur, ꝙ ſi Deus ab æterno prædeſtinauit materiā finitam determinatā, pro animabus, ꝙ ſupra ipſam non poteſt addi, neq; ſuppleri, aliter iudicium diuinum permutaretur ab eo, qđ determina=tum eſt ab æterno quare &c. Tertium præſuppoſitum, ꝙ beatitudini ue=ræ hominis contrariatur exiſtentia animæ in corpore, ut ipſe declarabit in quodam tractatu particulari. Si igitur ita eſt, non oportet, ꝙ anima*
D *quæ debet præmiari, & beatificari reuniatur corpori, neq; oportet pone re reſurrectionem, ſicut ponunt Chriſtiani, & alij. Nota ꝙ delectationes ueræ ſunt delectationes ſpirituales, quæ adueniūt animæ a corꝑe ſepara tæ. Quartum præſuppoſitum, ꝙ res, quæ de fide reuelatæ fuerunt in hac uita, quando intelliguntur, ſicut publicantur, ſunt uana, & falſa, ſicut, ꝙ Deus ſedet in trono, et ꝙ Deus iraſcitur &c. Licet igitur in fide reuelatū fuerit reſurrectionem &c. tamen hoc eſt intelligendum, non ſicut publicā tur, ſed ſano mō. Et quoniā expoſitio prædicta ē dubia pp difficultatē lite ræ, & magiſter meus multum laborauit in perſcrutatione huius literæ. Ideo ponam aliam expoſitionem, Et tu conſiderabis & inuenies meliorē. Aliter ergo exponendo dico ꝙ Auicenna in hac parte contradicit opinio ni eorum, qui poſuerunt animas remanere, & non corrumpi ad corruptio nem corporis, et præmium uerum ac pœnam ueram deſtribui ipſis anima=bus remanentibus eiſdem, & non renouari ſuper eas corpus, niſi ſicut re=nouatur aliqđ accidentium ſuper ſubſtantiam per ſe exiſtētem. Et quoniā talis opinio eſt generalis, & communis continens ſub ſe opinionem alte=*

naſach,& opinionē Iudeorum,& Chriſtianorum,et Maumethanorum po nentium reſurrectionem corporum,& animas eaſdem reuniri eidem materiæ,ut prius,ſicut in præcedenti expoſitione declaratum eſt,& tales po nentes reſurrectionem prædictam coincidunt cum opinione altenaſach realiter, licet apparenter,& ſecundum modum loquendi, uideantur dif ferre, ut infra patebit. Ideo hæc pars diuiditur in tres partes, in prima enim parte arguit contra opinionem prædictam generalem, & contra ponentes altenaſach in generali, in ſecunda arguit contra Chriſtianos,& alios ponentes reſurrectionem corporum,in tertia arguit ſpeciali ter contra opinionem altenaſach.prima pars incipit ibi, & ipſorum opi nio non eſt firma ſi præceſſerit &c. Secunda pars ibi:uerum nos hunc locum &c.contradicendo eis &c.Tertia pars ibi:dicentes autem altenaſach fieri &c. In prima igitur parte arguit contra ponentes altenaſach in generali,& quoniam eſt diuerſitas inter eos, ut patuit ſupra,quidam enim eorum dixerunt animas permutari continue ad aliam,& aliam ma teriam,& ad aliud,& aliud corpus diuerſum,non ſolum ſpecie,ſed etiam genere:ita,q. ad corpus cuiuslibet ſpeciei animalis, & cuiuslibet ſpeciei plantarum permutari poſſunt:& quidam eorum dixerunt animas male operantium permutari ad corpora,quæ continue triſtantur,& fatigantur:animas uero bene operantium præmiari, dum permutantur ad corpora hominum uiuentium pacifice, et cum honore.Et quoniam ponen tes altenaſach,ſecundum plurimum tenent mundum incorruptibilem, & ab æterno fuiſſe,& aliqui ipſorum tenent animas de nouo generari,et aliqui animas fuiſſe ab æterno.Ideo Auicenna primo arguit contra ponē tes animas permutari continue ad quælibet corpora animalium,& uege tabilium indifferenter,& mundum ab æterno fuiſſe, & incorruptibilem fore:& arguit ſic:Quia ſtante hac opiniōe,tūc materia in rebus factis nō eſſet ſufficiens indiuiduis animæ exiſtentibus a corpore ſeparatis tempore unionis:& permutationis ad aliam materiam, & ad aliud corpus. Et hoc probatur,quia materia eſt finita,& tenendo mundum ab æterno, & incorruptibilem, ſiue ponantur animæ de nouo generari, & tunc erunt animæ infinitæ,ſiue ponātur animæ nō de nouo generari,ſiue q, ab æterno fuerint, & tunc ſunt finitæ;patet q, permutatio animarum ſucceſſiua continue ad aliud,& aliud corpus, & ad aliam, & aliam materiam,erit infinita numero,& ſic materia finita,& quæ habet partes finitas numero non ſufficiet permutationibus animarum prædictis non finitis numero,& licet animæ ſint finitæ tamen materia non ſufficiet permutatiōibus infini tis,ut dictum eſt.Et ſi animæ ponantur infinitæ, tunc etiam materia non ſufficiet.patet igitur,qualiter ſtante opiniōe altenaſach prædicta, mate ria non eſſet ſufficiens indiuiduis animæ,id eſt permutationibus quibuslibet animarum ſeparatarum a corpore ad aliud, & aliud corpus:& co-

*gnitio falſitatis huius ſcilicet, ꝗ materia non eſſet ſufficiens &c. manifeſta
tur in ſcientia diuina, & ſcientia naturali, Ibi enim declaratur, ꝗ* Deus
*& natura non deficit in neceſſarijs, neq; facit quid ſuperfluum, & ibi in
ſciētia diuina et naturali declaratum ē, ꝗ animæ ſeparatæ a corpore nō
poſſunt amplius reuniri corporibus, ſecundum curſum naturalem. Stāte
igitur opinione prædicta ſequitur, ꝗ iudicium diuinum ſit deficiens in ne*
E *ceſſarijs, quia tunc materia non ſufficeret indiuiduis.* AVT SCITVM
*fuerit ſecundo etc. In hac parte ponit aliud præſuppoſitū, p qđ arguitur,
& confirmatur argumentum primum contra opinionem prædictam. Nā
ſi fuerit ſcitum, ꝗ iudicium diuinum eſt unū non permutabile a curſu præ
deſtinato, tunc dicendum, ꝗ ſi* Deus *ab æterno præcognouit materiam fi-
nitam. cognouit etiam ipſam eſſe ſufficientem non diminutam: neq;* Deus
*poteſt permutari a curſu prædeſtinato, ita, ꝗ ſi cognouit materiam fini-
tam, poſtea cognoſcat ipſam diminutam, & de nouo aliam generet. Cogni
tio autem huius præſuppoſiti ſecundi, ſcilicet ꝗ iudicium diuinum non p-
mutatur &c. manifeſtatur, quia primum ens per ſe exiſtens eſt expoliatū
ab omnibus ſpeciebus alterationum &c. & hoc eſt certificatum in ſciētia
diuina,* Patet *igitur, ꝗ ſi iudicium diuinum nō permutatur &c. materia
non poteſt eſſe, non ſufficiens indiuiduis animæ &c. ſicut ſequitur ex il-*
F *la opinione falſa quare &c.* AVT SCITVM *fuerit tertio, ꝗ beati-
tudini hoīs ueræ etc. In hac parte pōit tertiū præſuppoſitū, per qđ arguit
cōtra altenaſach ponentes, ꝗ animæ bene operantium permutentur ad
corpora hominum pacifice, & cum honore uiuentium: & ſic præmiantur
& beatificantur, quia exiſtentia animæ in corpore cōtrariatur ueræ bea
titudini, ſicut in quodam lib.* Auicenna *declarat, quare opinio prædicta*
G *ē falſa.* AVT SCITVM *fuerit quarto &c. In hoc præſuppoſito* Auic.
arguit contra altenaſach in genere, quia ut uiſum fuit ſupra, multi Mau
*methani, & alterius ſectæ aut fidei affirmant altenaſach, & fundantur
in dictis, & ſcripturis ueteris teſtamenti, & noui: & in dictis,* Alcoran.
Ideo *dicit* Auic. *cōtra iſtos, ꝗ res plurimæ, uel dicta plurima, quæ de fide
reuelātur in hac uita, ſi intelliguntur, ſicut publicātur, ſunt uana et falſa.*
Nam *in fide dicitur, ꝗ* Deus *ſedet in throno, ſi enim intelligatur hoc, ſicut
litera ſonat, eſt dictum falſum, quia* Deus *non eſt corpus, neq; ſedet: ſedere
enim attribuitur corpori: patet igitur, ꝗ multa dicta de fide nō ſunt intel
ligenda, ſicut litera ſonat, aut ſunt ſcripta, ſed ſunt intelligenda ſecundū
ſenſum uerum et occultum, quem homines ſapientes percipiunt, et intelli
gunt, et ignorantes non percipiunt, niſi quantum ſenſibus percipiūt: pa-
tet igitur, ꝗ opinio prædicta eſt falſa, neq; poteſt fundari in dictis alicuius
fidei, et in ſcripturis reuelatis.*

H NAM ILLI *quibus etc. Pro declaratiōe huius literæ nota, ꝗ in ſcri
pturis fidei ueræ reuelatis, multa ſunt, quorum ſenſus, et intentio occulta*

& intrinſeca eſt uera, & ſecundum q̃ literæ ſonant ſunt falſa: tamen ſunt ſic reuelata p ſenſibilia, & p metaphoras, ut gẽtes melius apprehẽdãt. Si quis ergo ſapiens non ſtſtine negat ea, quæ in fide reuelata ſunt modo cõuenientiori p Methaforas, & per uiſibilia, & ſenſualia, neq; uituperat ſtſtine illa, quæ habẽt intentionem, & ueritatem occultam, licet quantum ad literam, & ſecundum ſenſibilia non ſint uera, tandem in proceſſu temporis cognoſcet ueritatem occultam ex ſcientia infuſa, & ex lumine intellectus diuini, & cognoſcet q̃ illa ſunt reuelata p parabolas, & p uiſibilia, ut uulgus melius percipiat, tamen ſenſus, & intentio occulta eſt uera, & fides uera: maxime, ſecundum hanc formam, & conditionem reuelatur. Fides uero falſa et corrupta quæ non procedit a cœleſti lumine diuino reuelatur ſecundum formam & conditionem oppoſitam, quia ea, quæ publicantur in fide falſa extrinſece, & quo ad ſenſum apud ignorantes uidentur uera, et intentio occulta prædictorum ſunt falſa apud rationalem diſcurſum, ſicut in fide Almagius apparet. Nota q̃ fides Almagius, ut dictum eſt: ponit duo principia lucem, & tenebrã &c. Et propter hoc tenentes talem fidem adorant ignem & ſolem, & uſq; hodiernis temporibus reperiũtur in India in ciuitate Cambraiæ et Colocut multi, qui obſeruant hanc fidem, ut a fide dignis intellexi. Ex præmiſſis apparet falſitas opinionis dictæ ſuperius, & melius manifeſtabitur in particulari quum falſitas opinionis Altenaſach declarabitur. I

VERVM hunc locum &c. In hac parte Auic. cõtradicit particulariter eis qui ponunt mahad conuenire corpori, & animæ ſimul, & aĩas reuniri corporibus eiſdem: cum quibus prius erant. Et quoniam infra in loco conuenienti Auicẽna probat impoſſibilitatem reuerſionis animæ ad corpora, ſecundum rationalem diſcurſum: Et ponentes mahad conuenire animæ & corpori affirmant animas ſeparatas reuniri iterum, ſicut tenẽt Iudei, et Chriſtiani, et Maumethani. Ideo in hac parte Auic. reprobat opinionem prædictorum, & oſtendit qualiter ipſi conueniãt cum altenaſach, ſecundum ueritatem, licet apparenter, & ſecundum modum loquendi uideantur differre, Arguendo igitur contra opinionem prædictorum dicit dicamus ergo &c. Litera patet. K

VT ALIQVIS reſurgat uulneratus naſum habẽs abſciſum &c. Et hoc eſt erroneum apud eos, quia tam Iudei, quam Chriſtiani affirmãt, q̃ homines reſurgent cõpleti, et perfecti non diminuti in aliquo mẽbrorũ.

ET SI DICATVR q̃ in reſurrectiõe erũt ptes principales &c. L Iſtud non ualet, nam ipſi ponunt, q̃ partes ſubſtantiales, & materia eadẽ quæ fuit ſub forma membrorum principalium pro uita prima hominis, reſurget, & cum illis partibus, uel cum materia illarum partium reunietur anima, quæ prius erat unita: ſed partes coadiuuantes ad uitam hominis, puta brachia, pedes & alia membra ſimiliter non reſurgẽt eadem ſeu nõ

ſurget eadē materia illorū membrorū coadiuuātium ad uitā, quæ prius erat,ſed reſurrectio illorum membrorum coadiuuantium fiet indifferenter ex illa terra,uel alia ſeu ex materia illius terræ uel alterius,et ñ ex materia determinata eadem,quæ prius erat ſub forma membrorum prædictorum,ſed iſta dicta non ualent,quia ex his uerbis iſti tenentes opinionē prædictam tollunt & remouent æqualitatem iuſtitiæ quam ipſi affirmāt eſſe in reſurrectione membrorum corporis: & hoc declaratur. Nam ſicut partes hominis coadiuuantes ad uitam continue fluunt,& uariantur ſecundum materiam propter reſolutionem factam & reſtaurationē de nouo naturaliter. Vnde in illis membris non permanet eadem materia, ſed uariatur propter cauſam dictam,ita dicendum in partibus ſubſtantialibus hominis,& principalibus membris pro uita:huiuſmodi etiam a calido reſoluuntur,& reſtaurantur. Ideo etiam ſimiliter in eis non permanet eadem materia. Quomodo ergo ſecundum iſtos eſt uerum dicere quod eædem partes ſubſtantiales uitæ corporis reſurgent,& non eædem partes coadiuuantes,ſeu quod eadem materia partiū ſubſtantialiū & membrorum ſubſtantialium reſurget,non autem eadem materia membrorum coadiuuantium? quia non uidetur maior ratio de una,quàm de alia: quia quælibet illarum uariatur a principio uſque ad finem uitæ. Præterea ſecūdum eos qui reſpondent ſupradictam reſponſionē,homo reſurget perfectus non imperfectus: ergo in reſurrectione reſurgent tam partes coadiuuātes ad uitam:ſine quibus homo eſſet imperfectus, quàm partes ſubſtantiales & membra ſubſtantialia pro uita. Et ſi tu dices,quod licet materia membrorum principalium pro uita uariatur,ſicut membrorum coadiuuantium, ut ſupra dictum eſt: tamen aliqua eadem materia quæ prius fuit ſub forma membrorum principalium reſurget,ſed in membris coadiuuantibus reſurget quælibet materia indifferenter ex illa terra uel illa, ut dicebatur ſuperius, dicendum ꝙ ſicut tu ponis aliquam eandem materiam,quæ prius fuit ſub forma membrorum principalium reſurgere ita ponendum eſt aliquam eandem materiam, quæ prius fuit ſub forma membrorū coadiuuantiū poſſe reſurgere: & cū nō ſit maior ratio de una quàm de alia. Ideo dicere ꝙ materia membrorum principalium ſeu ꝙ partes principales reſurgant,& non partes coadiuuantes ſeu materia ipſorum,eſt remouere æqualitatem iuſtitiæ,& hoc ē qđ uolumus declarare: aliter remouent æqualitatem iuſtitiæ,quia anima reunitur eidem, & eidem corpori,ut corpus,& tam partes ſubſtantiales eius, quàm coadiuuantes in alia uita puniantur,aut delectentur ſecundum opera corporis, & partium eius ſubſtantialium, & partium coadiuuantium prædictarū in uita prima,ſi ergo anima non reuniretur eidem materiæ partium,uel membrorum coadiuuantium, ſicut materia membrorum ſubſtantialiū tūc deſtrueretur iuſtitia,quia membra coadiuuantia, quæ fuerunt ſocia ani-

mæ in operibus bonis, uel malis non punirentur, ſed membra alia.

IAM IPSI *tollunt et remouent iudicium iuſtitiæ, quã ipſi ponunt* M *in reſurrectionem membrorum corporis.* Nota ꝙ *Chriſtiani ponunt, & affirmant, ꝙ corpus & membra eius reuniri debeant cum anima, ut anima ſimul cum corpore & membris ipſius conſequatur præmium, aut pœnam. Si enim corpus & membra ſimul cum anima fuit cauſa peccati, conueniẽs eſt ſecundum iudicium iuſtitiæ æqualis, ꝙ tam membrum & corpus puniatur, & patiatur, quàm anima: Si ergo membra coadiuuãtia ad uitam fuerunt cauſa peccati: & talia membra reſurgant ex illa, uel alia terra ſeu ex illa uel alia materia indifferenter, tunc non reſurgent membra, quæ fuerunt cauſa peccati, & ſic non punientur, neq; premiabuntur, membra illa eadem, quæ concurrerunt ad operationem bonam aut malam, ſed alia membra diuerſa ab illis, et ſic remouebitur iudicium iuſtitiæ, quam prædicti affirmant eſſe cauſam reſurrectionis corporis & membrorum.*

NISI IPSI *ponunt partes appropriatas reſurrectioni habere proprietatem intentionis &c.* Ideſt *ponentes partes principales uitæ corporis reſurgere, & non partes coadiuuantes, ut ſupra dictum eſt, ponũt aliquas partes corporis appropriatas reſurrectioni: et aliquas non, et ponũt partes corporis appropriatas reſurrectioni eſſe illas, quæ habent proprietatem, & ueſtigium intentionis, quæ quidem intẽtio fuit ab eis partibus remota tempore mortis.* Talis *uero intentio partium principalium uitæ corpis humani prædictarũ eſt, ꝙ partes ipſæ prædictæ in tẽpore uitæ primæ, ſcilicet ante mortem erant materia, & partes ſubſtantiales uel ſubſtẽtãtes uitam priorem. Poſt mortem uero, ut patet, tales partes, & materia ipſarum non habent illam intentionem, ideſt poſt mortem, hæc intẽtio uidelicet eſſe partes ſubſtantiales uitæ non prædicatur ueræ de illis partibus, & de materia illarum partium: ſicut prius prædicabatur in uita prima,* Quia *tunc uerũ erat dicere, ꝙ illæ partes corporis erant partes ſubſtantiales uitæ illius hominis, & ꝙ materia illarum partium erat ſub forma membrorum, quæ erant partes principales & ſubſtantiales uitæ, ſed poſt mortem nõ eſt talis prædicatio uera. poſt mortem ergo remota eſt illa prædicatio, & illa intentio prædicta ab illis partibus, & a materia ipſarũ,* Quia *igitur partes prædictæ, & materia ipſarum habuerunt intentionem & prædicationem ueram prædictam: ſcilicet ꝙ fuerũt partes ſubſtantiales uitæ &c.* Nunc *poſt mortem remanet in illis partibus, & in materia ipſarum quædam proprietas, & quædam inclinatio, ut iterum ſint partes principales uitæ corporis humani, ſicut prius, & ꝙ materia ipſarum iterum recipiat formam prædictarum partiũ, ſicut prius, & propter talem inclinationem, & proprietatem, & ueſtigium partes principales prædictæ ſunt partes appropriatæ reſurrectioni, ut dictum eſt, & partes coadiuuantes non.*

N SED ISTE *ſermo, & iſta poſitio eſt abſq; ratione, ſcilicet appro=
priare aliquibus partibus, ſcilicet partibus ſubſtantialibus, q. ipſæ ſint cō
uenientes p reſurrectione, ut dictum eſt, & quod partes aliæ, ſcilicet par
tes coadiuuantes non ſint appropriatæ, uel conuenientes reſurrectioni.*
EST SERMO *qui ponit priuationem &c. Ideſt ſermo qui ponet
aliquas partes appropriatas reſurrectiōi propter ueſtigium, et proprie=
tatem intenteutionis remotæ ab eis, ut dictum eſt ſupra, & aliquas partes
corporis non eſſe appropriatas reſurrectioni eſt ſermo, qui affirmat pri=
uationem intētionis prædictæ eſſe cauſam &c. Ideſt eſt ſermo qui affirmat
q. priuatio intentionis, ſeu prædicationis ſuprascriptæ, ſeu remotio inten
tionis uel prædicationis ſuprascriptæ ab illis partibus ſubſtantialibus, &
a materia ipſa, ſcilicet q. tales partes in uita prima fuerint partes ſubſtā
tiales uitæ, & nunc non ſunt talis priuatio intentionis prædictæ, ſcilicet
q. nunc non ſunt partes ſubſtantiales &c. eſt cauſa q. tales partes, ſeu ma
teria ipſarum ſint habituræ iterum de nouo intentionem ſupple prædi
ctam, quia in reſurrectione materia illarum partium ſubſtantialium pp
ueſtigium prædictum de nouo iterum erit ſub forma partium uel membro
rum ſubſtantialium uitæ, ſicut prius.* ET ALIVD *ab eo non, ideſt &
aliæ partes coadiuuātes ad uitam, in quibus non eſt priuatio intentionis
prædictæ, ſicut in partibus ſubſtantialibus, quia partes coadiuuantes non
fuerunt partes ſubſtantiales uitæ, non habebunt illam intētionem, Aliud
ergo ab eo, ideſt partes coadiuuātes, quæ ſunt aliæ a partibus ſubſtantia=
libus, non ſunt habituræ illam intentionem, quam habebunt partes ſubſtā
tiales, quia in hora reſurrectionis partes coadiuuantes, et materia ipſarū
non habent illam proprietatem, & inclinationem, quam habent partes
ſubſtantiales, & ideo materia partium coadiuuātium non recipiet formā
membrorum ſubſtantialium, quia non habet priuationē intentionis præ=
dictæ, quam habet materia partium ſubſtantialium. ſermo ergo prædictus
non uerus ponit, q. priuatio intentionis prædictæ eſt cauſa, q. aliquid, id
eſt partes ſubſtantiales, uel materia partiū ſubſtātialium de nouo habe=
bunt intentionem prædictam, & aliud ab eo, ideſt partes coadiuuantes,
& materia ipſarū non habebunt illam intentionem, ſeu prædicationem,
quæ ſupradicta eſt.*

O ET DISPOSITIO *quidem priuationis rei factæ &c. Ideſt diſpo
ſitio priuationis rei factæ & diſpoſitio priuationis rei futuræ, ſeu ipſa pri
uatio rei factæ, & priuatio rei futuræ ſunt in materia quæ ē una: quare ſi
tu ponis, q. partes principales prædictæ, & materia ipſarum ſint appro=
priatæ reſurrectioni, ex hoc q. habent priuationem intētionis ſupraſcri=
ptā, & ex hoc habent priuationem rei futuræ, ſcilicet quòd de nouo in re=
ſurrectione habebunt formas illarum partium ſubſtantialium cum mate=
ria, quæ fuit ſub forma iſtarum partium prædictarum, ſit una cum mate=*

ria quæ in reſurrectione recipiat formas partium prædictarum, ſequitur ꝗ ſicut materia partium ſubſtantialium poſt mortem ex hoc, ꝗ in ſe habet priuationem rei factæ puta priuationem membrorũ principalium, ipſa etiam habet priuationem rei futuræ, quia eſt apta in reſurrectione recipere formas membrorum principalium, ita, dicendum de materia membrorum coadiuuantium ex hoc, ꝗ ipſa habet priuationem rei factæ puta membrorum coadiuuantium, quia informata fuit a formis ipſorum, ſequitur ꝗ habeat priuationem rei futuræ puta ipſorum membrorum coadiuuantiũ, quæ membra redibũt in reſurrectione: ſicut ergo tu dicis, ꝗ materia partium ſubſtantialium ex hoc, ꝗ habet priuationem rei factæ, ſcilicet priuationem formæ partium prædictarum, quia habuit formam ipſorum, & per hoc iſta eadem materia habeat priuationem rei futuræ, ſcilicet priuationẽ formæ partium ſubſtantialium, quæ de nouo reſurgent: & ex hoc dicatur ꝗ materia partium prædictarum dicitur eſſe appropriata reſurrectioni. eadem ratione dicatur de materia membrorũ, et partium corporis coadiuuantium ad uitam, ꝗ ipſa etiam ſit appropriata reſurrectioni, quia ipſa habet priuationem rei factæ puta priuationem formæ membrorum coadiuuãtium etiam debet habere priuationem rei futuræ, ſcilicet priuationem formæ futuræ membrorum coadiuuãtium in reſurrectione, & ſic eſt appropriata reſuerectioni membrorum & partium coadiuuantium: ſicut igitur tu ponis ꝗ materia partium principalium ex hoc quod ipſa habuit formas membrorum principalium, & ab eis fuit informata, & nunc non eſt, ſed habet priuationem intentionis, & prædicationis, quam ſupra diximus, & propter hoc ipſa eadem habet proprietatem & inclinationem ad reſurrectionem, & reunietur in reſurrectione futura formis partium principalium: eodem modo eſt dicendum, quod materia partium coadiuuã tium: quia ipſa fuit informata a formis ipſarum, et nunc non eſt, ſed habet priuationem intentionis, & prædicationis: quam prius habebat, quia in uita prima erat uerum, quòd talis materia erat informata forma membrorum coadiuuantium, & nunc non eſt informata, quia igitur ipſa materia habet priuationem intẽtionis, quã nuper diximus, ſeqtur quod ipſa eadẽ habeat proprietatem: & inclinationem ad reſurrectionem, & ad recipiẽdum formam membrorum coadiuuantium. Et ſic qua ratione tu ponis quod eadem materia partium principalium reſurget, eadem ratione eadem materia partium coadiuuantium reſurget, & recipiet formam partium prædictarum. Et nota, quod hoc argumentũ procedit, cõtra Chriſtianos theologos qui ponunt, quod materia membrorum radicalium ſit magis conueniens in reſurrectione mortuorum. quã alia materia ut patet a Sancto Thoma contra gentiles lib. 4. cap. ubi reſpondet ad obiectiones contra reſurrectionem. Et intentio Auicennæ in iſtis nationibus eſt, quod reſurrectio nõ erit naturaliter, ſed ſupnaturaliter. Materia enim qualibet a for-

mis

mis ſeparata eſt unius rationis, ergo naturaliter loquendo non eſt maior ratio de una, quã de alia. In reſurrectione ergo, quod hæc materia magis reuniatur illi formæ, quàm alia materia, hoc non erit ſecundum naturam ſed ſecundum uirtutem, & uoluntatem diuinam. Et hanc ſententiã Auicẽna confirmat in ſua philoſophia, ubi aſſerit, quod reſurrectio mortuorũ nõ poteſt demõſtrari naturaliter, ſed quia talis reſurrectio poßibilis eſt ſecundum uirtutem diuinam, & per prophetas diuinitus eſt reuelata reſurrectio mortuorum. Ideo credenda in qualibet lege comprobatur.

ALIA LITERA *habet, & diſpoſitio quidem priuationis exiſtẽtis aut priuationis futuræ non exiſtentis eſt in materia una &c. Pro declaratione iſtius literæ ſciendum quod diſpoſitio priuationis exiſtentis dicitur eſſe in materia, quando materia prius fuit ſub aliqua forma, & nunc non eſt ſub illa forma, tunc enim materia dicitur priuata illa forma, & priuatio formæ eſt actualiter exiſtẽs in materia. Diſpoſitio uero priuationis futuræ, eſt, quãdo materia non fuit informata aliqua forma, ſed in futurum informabitur ab ea, et poſtea materia illa priuabitur illa forma: antequã ergo materia informata ſit ab illa forma, tunc dicitur, quod in materia eſt priuatio formæ futuræ, & non priuatio actu exiſtens: his præmiſſis, patet, quod priuatio alicuius formæ actu exiſtens, & priuatio futura ſunt, quid extra rationem eſſentialem materiæ, et quælibet illarum priuationum eſt in materia una, ideſt unius rationis, quæ materia traxit ipſam priuationem: ergo non eſt maior ratio, quod una materia ſit appropriata reſurrectioni, quàm alia materia, & ſic ſermo, qui ponit aliquas partes eſſe conſimiles, & aliquas earum appropriatas eſſe reſurrectioni, & aliquas non, & quòd priuatio intentionis prædictæ ſit cauſa, quòd aliquæ partes, & aliqua materia ſit appropriata reſurrectioni, & aliqua non, eſt ſermo non uerus.*

P ET TAMEN *qñ conſideraueris &c. In hac pte Auic. facit aliud argumentum contra ponentes animas reuniri eidem corpori, & eidem materiæ, & litera eſt clara.*

Q ET SERMO *quidem primus, ideſt ſermo, qui affirmat animas in reſurrectione reuniri eidem corpori compoſito, ex eadem materia, & ex eiſdem partibus elementorum.*

R NAM VERITAS *eſt, quòd non eſt differentia &c. Hic probat Auicenna, quòd poſito, quòd anima reuniatur tempore reſurrectionis corpori compoſito ex eadem materia, & ex eiſdem partibus elementorum, tamen cauſatur Altenaſach. Nam ponatur, quòd ſint duæ materiæ, quarum prima prius non fuerit informata anima intellectiua, ſecunda uero fuerit prius informata, ſicut ergo quando materia prima tempore reſurrectionis reciperet de nouo animam intellectiuam, quam prius non habuit, diceretur fieri Altenaſach, quia pmutatur forma de una materia ad aliã,*

et de corpore ad aliud, ita, fiet Altenaſach uerum, ſi anima tempore re-ſurrectionis reuniatur cum materia ſecūda, ſcilicet cū materia, quæ prius ab illa eadem anima fuit informata, quia talis anima licet uniatur corpori cōpoſito ex eadem materia, quā prius informauit, tamen non unietur ei-dem corpori, quia licet erit eadem materia, non tamen erit eadem corpo-reitas, quæ primo erat in uita prima.

TAMEN *intentio in eis eſt una: ex hoc declaratur, quia licet uidea-* S *tur differre quo ad uerba, tamen ſiue ponatur anima reuiuiri ad corpus, qđ cōicat corpori primo alterius uitæ in materia una numero, ſiue reunia tur ad corpus, qđ non communicat, ut prius quocunq; modo dicatur inten-tio eſt una realiter: quia corporeitas eſt alia numero ab ea, quæ prius, & per conſequens corpus eſt aliud: & ſic de neceſſitate fiet Altenaſach ue-rum tempore reſurrectionis. Reſpondendo ad hoc argumentum dicitur ꝙ ſicut a principio uitæ hominis uſq; ad ſenectutem non eſt eadē totalis ma-teria, neq; eadem corporeitas, & t. men dicitur ꝙ eſt idem homo, ita in re-ſurrectione.*

LOQVENTES *autem magis debiliter &c. In hac parte ponit* T *comparationē inter Chriſtianos, & Maumethanos circa poſitionem ipſo-rum de Mahad, & dicit, ꝙ Chriſtiani magis debiliter: & magis diminute loquuti ſunt de Mahad, & de his, quæ ad legem diuinam pertinent. Mau-methus uero meliori modo, & magis complete docuit & tradidit leges di uinas, quàm ſit poſſibile tradi, et reuelari: & propter hoc Maumethus ap pellatus eſt ſigillus legum, & ultimus prophetarum. Et Auicenna in hoc loco ſi non timeret prolixitatem ſermonis, demonſtraſſet perfectionem le-gis Maumethanæ, & nobilitatem eius ſuper alias leges præcedentes, quæ diuinitus reuelatæ ſunt: ſicut ipſe dicit, quare Auic. in hoc lib. uult ſolum aſſumere ex tota ſumma legis Maumethanæ opinionem dignam: & cōue-nientem de Mahad, quam poſuit Maumethus in lib. Alcoran. Dixit enim Maumethus ibidem, ubi loquitur de Mahad: ꝙ melior, & dignior intētio legum diuinarum eſt pars practica, quæ eſt de operatiōibus hominis &c. pars enim ſpeculatiua ordinatur ad practicam & ad hominum operatio-nem bonam et moralem, nam habita cognitione Dei, & animæ, per ſcien-tiam ſpeculatiuam, homo cognoſcit Deum eſſe primam cauſam, & ſum-mum bonum, cum quo anima uirtuoſa uniri, & ſummam felicitatem conſe qui debet, & anima uirtuoſa, & perfecta non ſit niſi mediantibus operibus bonis, & mediante amore diuino inclinante ipſam animam conformari ſummo principio, & Deo glorioſo quantum poſſibile ſit in ſtatu iſto, et ſic Deus non operatur niſi bonum et uirtuoſe, ita anima uolens imitari ſuum primum principium non debet operari niſi uirtuoſe. Et quia amor & uo luntas non fertur in incognitum: ideo cognitio ſpeculatiua circa Deum, & iſta inferiora cauſat in anima dilectionem, & amorem, & inclinatio-*

nem ad operationes morales uirtuoſas, finis ergo cognitionis ſpeculatiuæ, et legum diuinarum, eſt pars practica, ut unuſquiſq; homo operetur bonũ & conformetur ſuo principio: ſi ergo intentio, & finis legum diuinarum eſt illud qđ diximus, oportet ut leges diuinæ doceant cognoſcere Deũ glorioſum, & perſuadere homines ad uirtutes proſequendas, & ad uitia euitanda: talis autem cognitio de Deo non poteſt haberi a communitate hominum, niſi in uniuerſali, & non in particulari, et modo ſpeculatiuo: pſuaſio etiam ad populum non ſit niſi per promiſſiones rerum ſenſibilium, & perceptibilium ab ipſo populo, quare ſi Maumethus docuit leges diuinas per ſenſibilia, & bene operantibus promiſit præmium ſenſibile, & a uulgo perceptibile, uitioſis uero pœnam ſenſibilem, ut infra patebit. Illud rationabiliter, & conuenienter dictum eſt, ut gentes magis percipiant, & aſſentiant. Litera eſt clara.

V VT VNVSQVIS QVE *operetur bonum in ſeipſo, & in alijs quæ communicant ſecum in ſpecie & genere &c. Nota q̃ in lege Maumethi prohibitum eſt cruciare, & tormentis affligere aĩalia cuiuſcunq; ſpeciei, & propterea præcipitur, ut in decollatione animalium uolatiliũ, et quadrupedũ, pro cibatiõe hominis, gladius decollatiuus ſit acutus bene incidens, ne tantam tollerent paſſionem. Et Maumethani propter hanc cauſam, & præceptum in lege ſua multum compatiuntur animalibus brutis, ita, ut canibus et gattis tribuant in eleemoſinam etc.*

Litera ſequens eſt clara non indigens expoſitione.

X ET QVOD *in paradiſo quolibet currunt fluuij &c. Ex hac litera Auic. apparent ſecundum uiam Maumethanorum, q̃ plures ſunt paradiſi. Et pro declaratione huius ſciendum, q̃ in lib. Alcoran ſcriptum eſt plures eſſe paradiſos, ut populi melius percipiant: & expoſitores Maumethani diuerſificantur circa expoſitionem iſtius, quidam enim dicunt, q̃ plures ſunt paradiſi, ideſt plures ſunt portæ paradiſi, quidam dicunt, q̃ paradiſus eſt unus continens plures paradiſos particulares, ſicut domus magna continens diuerſas habitationes magnas, in unoquoq; uero paradiſo pticulari currũt fluuij lactis etc. Hæc omnia dicta ſunt, pro rudibus, ut ab eis melius appræhẽdãtur ea, quæ in alia uita præparauit Deus merentibus, & demerentibus: Tamen ueritas ſecundum uiam Auicẽnæ, & aliorum philoſophorũ eſt, q̃ beatitudo & cruciatus ignis & frigoris &c. erunt ſecundum intellectionem animæ intelligentis delectabilia aut triſtia, & ſecundum animam perfectam, aut diminutam, ita, q̃ beatitudo, et pœna erit tantum ſpiritualis: ut infra melius uidebitur.*

Y ET ILLVD *quoniam ſi cauſa in reſurrectione eſt, q̃ homo eſt corpus, ideſt q̃ homo & ipſius eſſentia eſt corpus tantum abſque anima, ut ſupra uiſum eſt, ſecundum opinionem Arabum ponentium Mahad ſoli corpori conuenire, aut eſſentia hominis eſt corpus communicans cũ ani=*

teriales ſubſtantiales ſint compoſitæ ex forma, & materia in ſubſtãtia ſua, ita vt ſit alteratio aduenięs illi materiæ: & materia ſit firma, vel permanens, quia ſequitur ex hoc vt ſit materia earũ alia, & diuerſa ab illa materia: per cuius comparationem, vel reſpectum dictæ ſunt, ſeu denominatę ſunt formæ materiales, & ſequitur vt ſit illa materia de his quæ fundant in materia prima. Et de ipſa eſſet eadem quæſtio: Aut dicit ꝙ permutarentur accidentia ipſarum formarum materialium prædictarum, & eſſentiæ ſuæ eſſent ſtabiles, firmę, in duabus diſpoſitionibus: & tunc approximatio animarum, vel formarum prædictarum ad materiam eſſet accidens eis: neq; ipſæ tunc in ſua ſubſtantia inhærerent materiæ: immo ipſæ in ſua ſubſtantia non indigerent materia: iam autem dictum eſt, ipſas inhærere materiæ cum ſua ſubſtantia: quare falſum eſt
F dicere ꝙ aĩæ incipiant eſſe cũ corpore. Amplius ſi ſubſtantia ipſarum animarum ſit ſubſtantia non in materia, ſcilicet quæ non eſt inhęrens, materię impoſſibile eſt ꝙ accidat ei indumẽtum materiæ, vel ꝙ ipſa induat materiam: quoniã ipſa in ſubſtantia ſua eſt vna ſimplex, vel pura, non habens quantitatem, neq; menſuram: neq; eſt poſſibile vt ipſa recipiat diuiſionem in partibus: & quoties ponitur ꝙ ipſa ſit in corpore: tunc ipſa de neceſſitate ẽ ſubiectũ diuiſionis, ſeu tolerat diuiſionẽ in partes: & ſequitur ꝙ ipſa ſit diuiſibilis ad diuiſionem partiũ corporis, ſicut ſunt diuiſibiles diſpoſitiones dependentes ab eſſentia corporis, vel a dimenſionibus corporis, ſicut figurationes, & res dependentes ex aggregatione partium corporis, ſi
G cut plaſmationes ſeu figuræ, & formæ, compoſitionales. Et licet animæ ſint formæ ſeparatæ a ſumma diſpoſitionum prædictarum: tamen impoſſibile eſt ꝙ ipſæ in forma ſua vel ſecũdum ꝙ formæ ſint ſeparatæ ſecundum eſſe a corporibus. Et ſi aliqui opinati ſunt, ꝙ animæ ſint de his quæ ſeparantur: ſcilicet ſecundum eſſe, iam errauerunt. Et Ariſt. declarauit errorem ipſorum in libro metaphyſicæ: et manifeſtauit: ꝙ ſi animę eſſent in aliqua hora ſeparatæ a materia: tunc non eſſent formæ dependentes a complexione corporali: neq; eſſent formę ſimplices, vel puræ in materia exiſtentes. Quum igitur aĩæ non ſint formæ ſeparatæ a materia ſecundum eſſe: licet ſint ſeparatæ a ſumma prædicta, ſcilicet a quantitate, & loco: ſe-

quitur ꝙ animæ, non ſint de numero eorum: quæ adueniunt vel incipiunt eſſe cum aduentu, vel cum inceptione corporis. Si ergo animæ fuerunt ante corpora, neceſſarium eſt vt ipſæ in ſua exiſtentia ante corpora, vel dum ipſæ exiſterent ante corpora, habeãt numerum determinatum, ſeu finitum, et corpora quidem non habent numerum finitum: quare neceſſaria erit poſitio altenaſach. Dixerunt etiam ponentes Altenaſach. Nos quærimus vt aſſignetur nobis ratio quare eſt ꝙ animę, quæ erãt ſeparatæ a materia, poſtea vnitæ ſunt cum materia: & ex hoc, ꝙ fuerint vnitæ cum illa materia, non oportet, vt vniantur cum alia materia ſimili: aut quærendum eſt quare quando fuerit anima ſeparata a ſua prima materia, nõ eſt poſſibile qđ ipſa reuniatur alteri materiæ: neq; eſt poſſibile ipſã redire ad aliam materiam, & vniri cum ea, ſicut fuit vnita cũ prima materia. Si.n. ſdicatur ꝙ cauſa vnionis eius cum materia ſ fuerit natura ipſius animę: patet, ꝙ natura ipſius eſt firma, vel remanens in diſpoſitione ſecunda: ſi vero fuerit cauſa in ea H præparatio complexionis qua materia capit: vel recipit aĩam ſicut rete capit, vel recipit aues: tunc concedi poteſt vt ſit poſſibile, ꝙ capiat vel recipiat, eam complexio humana ſimilis illi complexioni. Et complexio quidem a qua dependet vnio vel coniunctio animæ cum materia, non eſt res, quæ non toleret diuerſitatem, vel non eſt res cuius diuerſitatem non toleret anima: quoniã anima vna eſt vnita cum corpore vno, in quo quidem diuerſificatur complexio in ætatibus eius diuerſis, & ex cibarijs diuerſis. Et poſito ꝙ illa ſit ex eis, quæ non tolerãt diuerſitatem: tamen eſt poſſibile vt inueniatur complexio ſimilis, & ſi cauſa in diuerſitate fuerint formæ planetarum: tũc in reuolutione ipſarum poſſibile eſt, vt redeat forma eadem planetarum: vel illa eadem influentia: immo eſt neceſſarium, vt redeat illa eadem influẽtia, vel eadem forma planetarum: quare redibit ſimilis cõplexio in materia alia, & tunc anima reunietur illi materiæ. Et ſi cauſa fuerit ipſe Deus glorioſus, & angeli: tunc, quia ſunt permanentes: poſſunt cauſare ſimilem complexionem in alia materia. quare manifeſtum eſt, ꝙ anima poſt ſeparationem eius a corpore, & a materia, cum qua prius fuit vnita, poteſt redire ad aliud corpus, et ad aliam materiã, & cum ea reuniri. Et poſſibilia in eis, quæ ab æter/

cauſa ſeparationis eius.

diuerſitatem ſcilicet cõplexionum.

no fuerunt prædeſtinata apud Deum, ſunt neceſſaria quare &c. Et quidam eorum qui poſuerunt Altenaſach dixerũt animas diminutas eſſe in perfectione, & ꝙ ipſæ propter cauſam huius diminutionis, exquirunt perfectionem mediantibus inſtrumentis corporeis. ſicut dixerunt ſapientes Græci, ꝙ animæ deſcendunt ad corpora letharthas, ideſt vt perficiãtur ſeu vt perfectionem acquirant, ſicut dixerunt alij, ꝙ animæ ipſæ, quum peccauerint aliquo peccato, erunt caſtigatę coarctando ipſas in corpore ſicut in carcere: aut fugiendo ex ſeipſis ad corpus. Et iſtæ quidem animę etiam in hora ſeparationis ipſarum a ſuo corpore poſſunt eſſe deficientes, ſeu diminutæ in perfectione ſicut prius erant, & perconſequens poſſunt deſiderare, iterum vniri cum corpore, ſicut in prima vnione deſiderauerunt, & dicunt iſti, ꝙ immo hoc eſt neceſſarium, cum ipſarum animarum natura exquirens, et deſiderãs perfectionem, ſit adhuc exiſtens in eis ſicut in principio. Et dicunt iſti tales animas non fuiſſe a perfectione ſua diminutas in hora ſeparationis ipſarum a ſuo corpore: niſi quia fuerunt prius occupatæ, vel impeditæ a tali perfectione propter corpus, & propter ſenſus corporeos, & virtutes appetitiuas, & iraſcibiles dominantes ſuper animas prædictas in corpore: ita vt offuſcatæ a ſenſibus, & a rebus mundanis: non cognouerint dum eſſent in corpore diminutionem ſuã: neq; ſe mouerint ad exquirendum: vel acquirendum perfectionem ſuã: quare animæ prædictæ cognoſcentes in hora ſeparationis a corpore ſeipſas diminutas a perfectione, deſiderant iterum reuniri cum corpore propter perfectionem acquirendam: ꝙ ſi non reuniantur, tunc remanerent diminutæ a perfectione poſt exitum ipſarum a corpore, & eſſent in mundo vanæ, & abſq; vtilitate: in natura autem non reperitur aliquid vanum quare &c. Dicunt etiam prædicti, miramur de eo qđ affirmauit Ebencora in ſuis argumentis ad probandum, ꝙ animę non conſequantur Altenaſach, ideſt permutationem de corpore in corpus: quoniam ſi nõ permutarentur de corpore in corpus: tunc in tempore, quo animæ reperiuntur inter duo corpora: ſeu in tempore medio inter ſeparationem animarũ a corpore primo, & inter permutationem ad corpus ſecundũ: animæ exiſterent fruſtra: ſed in natura non reperitur aliquid

fruſtra quare &c. Iſte autem Ebencora prohibet, & dicit eſ-
ſe impoſſibile, & inconueniens, ꝙ animæ exiſtant fruſtra in
tempore finito ſeu terminato, et ponit eſſe neceſſarium, ꝙ ani
ma remaneat fruſtra tempore infinito, & mirabilius hoc eſt:
qđ dicit ſcilicet: ꝙ animæ, poſt ſeparationem a corpore indu- I
unt corpus ſubtile non ſimile iſtis corporibus: & ꝙ animę nō
liberātur a materia ſubito vel immediate: immo poſt tempus
quare iſtę animæ non ſunt fruſtra. Sed quærēdum eſt ab iſto
Ebēcora, Quę ſit intētio, vel qd intelligat̃, ꝑ ſubtilitatē iſtius
corpis ſubtilis: an intelligat̃, ꝙ ſit corpus trāſparēs aut rarū le
ue. Et qualr̃cūq; ſit tale corpus, ē corpus naturale abſq; dubio
ſubiectū aīæ, ſeu deferēs aīam: q̃re ipſum erit aīal qđ non eſt
rationale, neq; irratiōale: ſed hoc ē falſum. Hęc igit̃ ē ſumma K
eorum: quibus arguunt affirmantes Altenaſach in communi.
Dicentes vero Altenaſach fieri, ſeu animas permutari ad om
nem ſpeciem animalis demonſtrauerunt hoc eſſe verum: ꝑꝑ
hoc qđ aīa ſi potuit pręparare ſibi habitaculum tale quale eſt
corpus hominis, ipſa etiam poteſt ſibi præparare habita-
culum inferius eo, ſeu habitaculum minus dignum, quam ſit
corpus hominis. Et ſi fuerit illud per potentiam diuinam, vel L
per prædeſtinationem diuinam, aut per regimen cœleſte: tūc
corpora humana, & corpora animalium non humana ingre-
diuntur in illo regimine, & in illa poteſtate ſeu prædeſtinatio
ne, & tunc non eſt prohibitum ſeu impoſſibile ꝙ anima ha-
bitet in corporibus non humanis. Secundum autem diui- M
ſionem primam conueniens eſt, ꝙ quando in anima fuerint
mores animalis non rationalis, & talis anima non habuerit no
bilitates ſeu virtutes humanas: tunc poteſt facere, ſeu præpa-
rare ſibi corpus non humanum, ſecundum ꝙ diximus, ſcilicet
tunc poteſt facere, vel præparare corpus ſimile ſibi in mori-
bus: ita ꝙ ſi fuerit iraſcens, poteſt præparare ſibi corpus leo-
nis: ſi vero fuerit concupiſcibilis, ſeu inſeruiens appetitui: tunc
poteſt ſibi præparare corpus laſciuientis ſicut ſuis ſeu porci,
& eorum quæ ſunt ſibi ſimilia in moribus: & poteſt habita-
re in eis. Secundum vero diuiſionem ſecundā dicitur ꝙ con- N
ueniens eſt: ꝙ anima mala vitioſa meretur caſtigari, & puniri
incarcerando ipſam in corporibus cruciatis, triſtibus, timore
plenis, & fuga. Quidam vero ex eis qui tenent Altenaſach,

& credunt & fatentur legem Maumethanam: dixerunt ꝙ in libro Alcoran Maumethi ſcriptum eſt illa iumenta: quæ ſuper terram incedunt, & aues: quæ alis ſuis volant, ſunt turba ſimilis nobis hominibus: & hæc eſt ſententia certa, & vera: propter hoc ꝙ animalia irrationabilia ſunt nobis ſimilia, Sed non ſunt nobis ſimilia in actu: quare ſunt nobis ſimilia in potentia, & nos etiam ſumus illis ſimilia in potentia. Quare ſecundum dicta Maumethi in libro Alcoran aliqui affirmant opinionem Altenaſach eſſe veram. Quidam vero conuenientes in Altenaſach in communi ſed diuerſi ab eis: qui concedūt Altenaſach fieri ad corpora alia ab homine arguunt ꝙ non ſit poſſibile animam humanam permutari ad ſpeciem cuiuſcūꝗ animalis. Nam ſi anima eſt forma, & perfectio corporis humani, & de natura eius eſt ꝙ per ipſam differat homo a ſpeciebus diuerſis: quæ non conueniunt in forma differentiali cū totalitate ſua omnino, vel cum perfectiōe ſua omnino. Sequitur ꝙ anima non poteſt permutari in corpora alterius ſpeciei ab homine. Et hoc etiam dixit Ariſto. in libro de anima. Inqt enim qui dixit animam hominis ingredi corpus aliud ab homine, aſſerit eſſe poſſibile formam, vel figuram literæ. a. Ingredi in materiam literæ. b. ſecundum ꝙ eſt ſub forma. b. Et conſequentia iſta eſt vera, & via ſeu ratio conſequentię prędictæ eſt, ꝙ hō non eſt homo per figuram corporalem: neꝗ per virtutem naturalem ſolam: immo non completur: ſeu nō perficitur humanitas eius niſi per animam ſuam: quæ eſt principium differentiæ vltimæ eſſentialis conſtituentis ſpeciem: & impoſſibile eſt ꝙ in ea cōmunicet ſpecies alia quæ poſtea differat per res: quæ non ſunt differentiæ ſubſtantiales, ſed ꝑ accidentia. Non ergo communicat homo in anima ſua cū alia ſpecie animalis. Poſtquam autem commemorauimus demōſtrationes: ſeu rationes hominum ponentium Altenaſach, et diuerſitatē eius inter eos, occurrit nobis locus fallaciæ ex ſermone ipſorum: vbi præſupponunt ipſi animas præexiſtere ante corpora. Poſtea eſt locus dubitationis in argumentationibus ipſorum ad probandum illud præſuppoſitum prędictum vbi dictum eſt. Quod accidit cum aduentu complexionis, eſt forma materialis. Et hæc quidē dicta non ſunt prima principia per ſe nota; neꝗ ſunt quid famoſum abſolute.

Et ſi fuerint famoſa, fortaſſe nõ ſunt famoſa niſi apud quoſdam præcipuos ſapientes. Amplius, non eſt neceſſarium ꝙ ſit exiſtentia animæ poſt ſeparationem eius a corpore, ſicut exiſtentia ipſius ante ipſum corpus, ſcilicet antequam vniretur corpori. Poſſibile enim eſt, ꝙ ante vnionem prædictam non acciderit ei cauſa ĩpediens ei ingreſſum ad corpora, ſeu cauſa impediens vnionem cum corporibus. Et ꝙ poſtea acciderit ei illud impediens in tempore quo anima exiſtit in corpore. Quum igitur corruptæ fuerint præmiſſæ prædictæ, non verificantur rationes: quæ fundantur ſuper ipſarum admiſſionẽ, ſeu ipſarum præſuppoſitionem. Verum declaremus nos declaratione demonſtratiua, ꝙ non ſit poſſibile, ꝙ anima poſt mortem hominis reuertatur in corpora omnino. Dicamus ergo, ꝙ non euacuatur, quin aut ſit exiſtentia animę in corpore, ſecundum ſemitam aſſociationis, vel approximationis animæ ad corpus poſt exiſtentiam ipſius corporis, vel poſt eſſe eius, ſicut q̃d extrinſecũ ab eo. Aut ſit ſecundum ſemitam, ſeu modum aduentus animæ in eo apud aduentum corporis, vel in hora aduẽtus corporis, ita vt ſit complexio corporis neceſſitans aduentum eius, vel manationem eius a cauſa efficiente vniuerſali. Aut ſit illud a caſu, & a fortuna. Dico igitur, ꝙ nõ eſt poſſibile, ꝙ anima ſit exiſtens ante corpora: quoniam animæ humanæ ſunt vnum in ſpecie, & vnum in eſſentia, ꝙ ſi ipſæ extiterint ſeparatæ a materia corporali, aut fuit inter eas multitudo, aut fuerunt animæ omnes anima vna: ꝙ ſi fuerit inter eas multitudo, & ipſæ in intentione ſint vnum: tunc multiplicatio earum fuit non ſecundum intentionem: ſed per materiam multiplicatam, quæ multiplicatur: quando ipſa multiplicat intentiones: vel quæ multiplicatur ex multiplicatione intentionum cauſata per ipſam. Illæ ergo animæ habuerunt materias diuerſas, & tales quidem materiæ, aut fuerunt materiæ ipſarum ſpirituales, vel intentionales, & tunc de multitudine, ſeu multiplicatione illarum materiarum ſpiritualium erit eadem quæſtio ſicut prius. Aut materiæ illæ fuerunt corporales quantitatiue recipientes[multiplicationem]per diuiſionem quantitatis. Quare animæ prædictæ fuerunt multæ, & diuiſę per materiam quantam corporalem. Si ergo animæ huiuſmodi non receperunt multiplicationem per diuiſionem

Alia litera. multitudinẽ.

intentionalem, ſequitur ꝙ ipſæ fuerunt diuiſæ propter multiplicationem materiæ quantæ indiuiduantis, & diuidentis qd vnum commune ſpecificum: quare animæ prædictæ ſunt in corporibus, aut fuerunt in corporibus, & iam dictum eſt, ipſas eſſe ſeparatas a corporibus, & fuiſſe ante corpora, & non fuiſſe in eis aliquo modo: quod eſt falſum: quare &c. Si vero animæ fuerint anima vna: tunc anima Socratis, & Platonis fuit vna numero: qđ eſt falſum. Animæ ergo non fuerũt exiſtẽtes ante corpora omnino. Immo ipſæ incipiunt eſſe cũ corporibus, vel immo ipſæ adueniunt cum aduentu corporũ. Et non eſt poſſibile, vt ſit illud, ſcilicet vnio animæ cum corpore, ſecundum ſemitam illius: qđ eſt per accidẽs, vel a caſu: & a fortuna: quoniam iam declaratum eſt in libro philoſophiæ: ꝙ res naturales non ſunt per accidens, vel a caſu, quoniam ea quæ ſunt per accidens, vel a caſu ſunt raro, vel in paucioribus, res autem naturales ſunt aut frequenter, aut ſemper. Veritas igitur eſt: qđ anima adueniat, vel incipiat eſſe cum

P aduentu complexionis corporalis: quoniam complexio corporalis eſt cauſa, ꝙ ab anima vniuerſali, vel intelligentia vniuerſali, aut ab aliqua cauſa abſtracta corpus efficiatur recipiens ſubſtantiam animæ: qua perficitur ſpecies illius corpo-

Q ris: quoniam de natura illius cauſæ abſtractæ eſt, ꝙ ab ea emanat eſſe animæ quotieſcunq; [præparans, vel diſponens eſt complexio, vt faciat corpus dependens cum] illa anima ſpecie aliqua dependentiæ non ꝙ imprimatur anima in ipſo corpore impreſſione, qua imprimitur forma mateciales in materia ſua. Immo dependet anima a corpore dependentia, qua operatio ipſius animæ trãſiens indiget eo ſcilicet corpore. Et principium regiminis intellectualis conſiſtit apud ipſum: ſeu dependet ab ipſo. Intellectio vero eſt operatio eius exiſtens in ſubſtantia ſua per ſe. neq; ipſa in eſſe ſuo indiget eis, quæ ſunt extrinſeca ab ea: & huius rei confirmatio iam perfecta eſt in pluribus libris. Cum igitur iam confirmatum ſit: ꝙ eſſe ipſius animæ: & aduentus complexionis [ſunt ſimul] quare manifeſtum eſt: ꝙ q̃ primum aduenerit, vel inceperit eſſe complexio oportet: vt cum ea adueniat eſſe animæ inceptio: ſeu vt cum ea incipiat eſſe anima. Et non eſt hoc quidem a caſu, & per accidens. Immo eſt res conſequẽs de neceſſitate. Quãdo

Alia litera. cõplexio ẽ p̃parãs, vel diſponens, ꝙ a corpe dependeat.

Alia litera. ſe inuicẽ ſucce dunt.

Inceperit ſupple exponendo ly inceperit per poſitionẽ de p̃nti ſcilicet nũc eſt & imediate ante non fuit.

igitur inceperit complexio corporalis: tunc cum ea incipit eſſe anima dependens ab ipſa dependentia prædicta. Sequitur ꝙ impoſſibile eſt, vt qđ dicitur de Altenaſach ſit verũ: quoniam animal eſt vnum per animam vnam. Si ergo dicatur, ꝙ poſitio Altenaſach ſit vera: oportet vt exiſtant duę animæ in corpore vno, ſcilicet anima adueniens, vel incipiens eſſe cum inceptione corporis, & anima Altenaſach, ſcilicet quæ fuit ante corpus, & permutatur de corpore in corpus, & quælibet illarum animarum eſt anima perfecta, & vna in ſpecie cũ alia. Quum igitur non exiſtat anima in corpore niſi ex parte neceſſitatis operationis pertranſeuntis ad ipſum. Et ſemper in corpore non eſt operatio niſi operatio vnius animæ, non enim eſt animal, ita vt ipſum cum eſſentia ſua in ſeipſo ſit duæ res diuerſæ cum duabus operationibus animalitatis. Immo R qđ eſt omnino famoſum, teſtificat ꝙ extrinſecum hominis, & reliquorum animalium eſt vna res, & intrinſecum hominis, quo fit cognitio, eſt vna eadem, non duæ res diuerſæ: nã extrinſecum hominis, & intrinſecum eius eſt homo vnus, nõ duo homines. Quare apparet, ꝙ duæ animæ non exiſtunt ſimul in corpore: quoniam ſecũda quæ eſt diuerſa ab iſta, qua S fit appræhenſio, vel conceptus: & quæ operatur operationes in corpore, non habet dependentiam cum corpore: nam depẽdentia eſt iſta ſcilicet ꝙ per eam fiant conceptus, & fiant operationes tranſeuntes, & dependentes a corpore, quia ipſa ſcilicet anima ſecunda non habet eſſe exiſtere in corpore. Manifeſtum eſt igitur, ꝙ cuiuslibet corporis anima aduenit, vel incipit eſſe cum aduentu complexionis eius. & ꝙ anima corporis non fuit ante ipſum, neq; nunc eſt informans corpus poſt ſeparationem a corporibus, quę fuerunt ante. Neq; aduerſatur in hoc intentio de Altenaſach, quam dixerunt excellentes philoſophi ſicut Plato, & Pytagoras, & ſequentes Pytagorã. Illud enim qđ iſti philoſophi affirmauerũt de Altenaſach eſt ſicut quędã ſimilitudo: ſeu metaphora, & eſt ſicut ſermo legis diuinę. Intentio enim ipſorum fuit improbare habitus malos, ſeu mores malos: qui remanent in animabus poſt ſeparationem earum a corporibus. Quando animę ipſę malignę fuerint, & vitioſę. Et cum hoc caſtigantur, ſeu cruciantur animę, & ſunt ac ſi ipſę adhuc eſſent in corpore: quoniam T

exiſtentia ipſarum in corporibus non eſt cum permixtione, & vicinitate, & impreſſione in materia. Immo eſt cum veſtigio in eis impræſſo, a virtutibus corporalibus: & cum indigentia operationis earum in corpore: ſeu & cum operatione earum: quæ non poſſunt fieri niſi in corpore. Et iſtæ quidem duæ intentiones prohibent animam a perfectione: quæ eſt ei propria, & ab[appetitu: quem ipſa habet in ſua ſubſtantia.] Quando enim exiſtit vnum iſtorum, vel vna duarum intentionum prædictarum, & eſt veſtigium a virtutibus corporalibus impreſſum in anima remanēs poſt ſeparationem ipſius a corpore: tunc diſpoſitio animæ huiuſmodi exiſtit, ac ſi eſſet in corpore. Et quoniam veſtigium malum, vel impreſſio mala in anima, aut eſt appetitus concupiſcentie brutorum laſciuientiū, aut eſt appetitus iraſcibilis leonini, & eſt veſtigium tūc infixum in anima, ſeu dominans ſuper animam, ac ſi eſſet in corporibus brutorum concupiſcentiū, ſcilicet laſciuientiū vel guloſorum aut leoninorum. Et hæc quidem fuit intentio philoſophorum prædictorum: quando dixerunt, ꝙ animæ malignantium vicioſorum permutantur poſt mortem ipſorum in corpora habentia iſtos habitus malos ſcilicet leoninos & concupiſcibiles. Et dico ꝙ plurima dicta eorum in quibus fundantur illi, quos inueni, & audiui de ſecta Altenaſach, ſunt aſſumpta ex dictis, & auctoritatibus Platonis, & Bengemar philoſophi, & aliorum. Et non oportet vt in opinione de Altenaſach ponatur credulitas propter iſtas tales argumentationes erroneas, & propter dicta Platonis, & aliorum male intellecta. Quum igitur ſit reprobatum Mahad ſolis corporibus attribui, & reprobatum ſit etiam Mahad corpori, & animæ ſimul conuenire, & ſimiliter reprobatum ſit ipſum Mahad ineſſe animæ, ſecundum viam Altenaſach: ſequitur ꝙ Mahad ſoli animæ conueniat, ſecundum ꝙ poſt ea cōfirmabimus. Et hoc totum, qđ diximus de Mahad, ſcilicet, ꝙ Mahad ſoli animæ conueniat, eſt dictum ſecūdum diſcurſum rationis, vel ſecundum intellectum purum. Secundum vero diſcurſum permixtum cum eis: quæ ad fidem pertinēt, & ſecundum reuelationes legum diuinas veras, & credendas oportet affirmare Mahad attribui corpori, & animæ ſimul, & credere ipſum futurum eſſe: & iam nos verificauimus, &

Alia lra. opatiōe q̄ ineſt ei ī ſubſtātia ſua, & a cognitiōe cū delectatiōe: q̄ ē ei propria.

declarauimus hoc in libro noſtro Alſepha, ideſt philoſophię naturalis.

De reprobatione dicentium fieri Altenaſach.

DICENTES *autem Altenaſach fieri &c. In hac parte Auic. intendit reprobare opinionē Altenaſach, & diuiditur in duas partes principales, in prima ponit rationes, quibus fundatur Altenaſach, in ſecūda confutat rationes prædictas, & demonſtrat falſitatē eorū. Partes patebūt. Primum argumentum Altenaſach eſt clarum non indigens expoſitione.* A

ET DIXERVNT *etiam ſi animæ ſunt exiſtentes ante corpora, ſicut eſt ſententia uerior &c. Nota q̃ ly ſententia uerior poteſt referri ad opinonem ponentium Altenaſach, & poteſt referri ad Auicēnā, qui uelit affirmare hic, q̃ animæ fuerint ante corpora, ſicut Plato, & alij philoſophi clariſſimi dixerunt.* B

AMPLIVS *plurimæ ſunt demonſtrationes. hic ponit aliam rationem. Litera patet.* NAM SI *animæ, hic Auic. probat ſecundum opinionem Altenaſach animas non incipere eſſe cum eſſe corporis, ſed q̃ ipſæ fuerint ante corpora.* HORA *qua corpus habuit eſſe exiſtere, ſecūdum complexionem ſuam, ideſt hora, qua corpus habuerit complexionem proportionatam pro forma humana, ſeu pro anima intellectiua. Et ſi anima inciperet eſſe in hora, & in inſtanti quo materia, & corpus fuerit diſpoſitum, & habuerit complexionem humanam, tunc anima eſſet de numero formarum materialiū, quarum eſſe dependet a materia, & a cōplexione, & corpore. impoſsibile eſt autem huiuſmodi formas materiales in aliqua hora ſeparari a materia, uel a corpore, quare non eſt dicendū, q̃ animæ humanæ incipiant eſſe cum corpore. Quod autem formæ ſubſtantiales materiales non poſsint in aliqua hora ſeparari a materia declaratur, quoniam in tali ſeparatione, aut permutaretur ſubſtantia ipſarum, aut accidentia earum: ſi dicatur q̃ permutaretur ſubſtantia ipſarum, tūc propter talē ſeparationē a materia, & a corpore non eſſent eædem formæ ſubſtantiales materiales, quæ prius erant, immo eſſent ſubſtantiæ ipſarū animarum materiales iam corruptæ, ex eis enim non remaneret aliquid poſt hominis corruptionem, cum ipſæ animæ ſint ſubſtantiæ ſimplices: ex hoc igitur, q̃ ſunt ſubſtantiæ puræ, ſi ſubſtantiæ ipſarum permutarentur, ſequitur q̃ ipſæ corrumperētur, & nihil de ipſis remaneret, ſi ergo dicatur q̃ animæ incipiunt cum corpore, ſequitur, q̃ ipſæ ſint materiales, & corrumpantur pp incorruptionem hominis q̃ eſt falſum, ſi uero negatur, q̃ animæ ſint ſubſtantiæ ſimplices, immo dicatur, q̃ ſint ſubſtantiæ compoſitæ ex materia & forma, & q̃ in ſeparatione animarum a materia alteratio ſit adueniens illi materiæ, ex qua componitur ſubſtantia animæ, ita, q̃ talis materia componens ſubſtantiam animæ eſt ſubiectum permutationis in hora ſeparationis animæ a corpore, et q̃ talis materia cōpoſitio-* C D

niſſit permanens, & ſtabilis, quare in hora ſeparationis animæ prædi-ctæ, uel formæ materialis prædictæ a corpore non corrũpitur anima prædicta, quæ incepit eſſe cum corpore, tunc ſequitur ex tali dicto, ut materia cõponẽs formas materiales prædictas, et aĩas prædictas ſit alia, et diuerſa ab illa materia prima, per cuius comparationem formæ prædictæ, & animæ prædictæ denominatæ ſunt formæ materiales, & ſic eſſent duo genera materiæ, & materia non eſſet una, ſicut dicunt philoſophi, ſequeretur, q. illa materia componens ſubſtantiam animarum eſſet fundata in alia materia. ſcilicet in materia prima.

E ET DE *ipſa eſſet eadem quæſtio, ideſt, & de ipſa materia, ex qua componitur ſubſtantia formarum materialium prædictarum, eſſet eadem, quæ fuit ſupra. Nam quærendum eſt, utrum talis materia componẽs, quæ eſt pars animarum prædictarum permutetur in hora ſeparationis animæ a corpore, aut non permutetur, nõ eſt dicendum, q. non permutetur, quia ſicut forma materialis permutatur, ſecundum ſubſtantiam, permutantur etiam partes eius ſubſtantiales. Quare materia componẽs formas materiales permutatur, & tunc quæratur, an ſit ſimplex talis materia, ſecundum ſubſtãtiam ſuam, aut compoſita: ſi ſimplex ergo in tali permutatiõe corrũpitur, & nihil remanet de ipſa, ſi compoſita ex materia, & forma, ſicut prius dicebatur de forma materiali, tunc quæritur an iſta materia, quæ eſt pars materiæ prædictæ, in ſeparatione prædicta permutetur ſecundũ totũ, quia ſit ſimplex, an ſit compoſita ex alia materia, & forma, & tunc quæratur etiam de iſta ultima materia, & ſic in infinitũ, quare reſpõſio prædicta ſcilicet q. animæ & formæ materiales prædictæ in hora ſeparationis a corpore permutantur ſecundum ſubſtãtiam, & q. ſint compoſitæ ex materia & forma ẽ falſa. Si uero dicatur, q. in ſeparatiõe aĩarũ prædicta non permutantur animæ, ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundũ accidentia, & q. eſſentiæ ipſarum ſint firmæ, & ſtabiles* IN DVABVS *diſpoſitionibus, ideſt ante ſeparationẽ ipſarum a corpore, & poſt ſeparationẽ. tunc ſequitur, q. approximatio animarum cum corpore, uel cum materia eſſet accidens ipſis, & ſic ipſæ in ſua ſubſtantia non inhærerent, immo nõ indigerent materia. dictum eſt autem ipſas inhærere materiæ, quia in eſſe ſuo dependẽt a cõplexione, neq; incipiunt eſſe niſi, quando materia eſt diſpoſita & complexionata, ideo uidetur, q. aĩæ prædictæ dependeant a cõplexione, & inhæreant materiæ cum ſua ſubſtantia, & hoc eſt falſum, quare falſum eſt dicere, q. animæ incipiant eſſe cum corpore.*

F AMPLIVS *ſi ſubſtantia ipſarum animarum &c. In hac parte aſſignat aliam rationem, & præſupponit, q. ſubſtantia animæ non ſit inhærens materiæ, quia ſupra probatum eſt, ipſam non eſſe formam materialẽ dictum eſt etiam ſupra ab aduerſario, q. in ſeparatione animæ a corpore non permutatur ſubſtantia animæ, ſed permutatur ſolum accidens, quia*

permutatur tantum unio,& approximatio animæ prius facta cum corpore,quæ approximatio fuit accidens,& q anima in ſua ſubſtantia non indiget materia,neq; inheret materiæ, ſi ergo ſubſtantia animæ non inheret materiæ,ſequitur,q ipſa non poßit induere materiam, quare tunc ipſa eſſet extenſa ad extenſionem materiæ,& eſſet forma materialis inſeparabilis a materia,qđ eſt contra eos,qui ponunt animas non fuiſſe ante corpora ſed aduenire,& incipere eſſe ſimul,cum corpore, & ſic patet qualiter argumentum procedit,& litera eſt clara. G

ET LICET *animæ ſint ſeparatæ &c.hæc eſt pars argumēti præcedentis. Pro declaratione iſtius partis ſciendũ,qualiter animæ ſecundũ q formæ non poſſunt ſeparari a corpore ſecundum eſſe, licet ſint ſeparatæ a ſumma prædicta ſcilicet a dimenſione,& quantitate,et diuiſione etc. Nam animæ humanæ ſecundum q ſunt formæ corporis, ſunt principium operationum in corpore,& tamen non ſunt intra corpus humanũ, neq; extra corpus humanum,& hoc totum manifeſtatur per exemplum ſolis.Nã ſol,ut patet,eſt principium generationis, et corruptionis in hoc mundo inferiori mediante ſua uirtute influxa,& ſuo calore,et tamen ſol non eſt forma intrinſeca huius mundi inferioris,neq; eſt extenſus ad extenſionē mũdi inferioris,neq; eſt inherens terræ,ſicut forma ſubſtantialis mixtorum, & ſicut aliæ formæ materiales,quare ſol non eſt intra mundũ,neq; intra terram.Sol etiam non eſt extra hunc mundũ inferiorem,neq; extra terrã, quia ſi ſit,tunc abſq; ſole fieret generatio, & corruptio &c.Quia igitur ſol imprimit in hoc mundo inferiori,ideo ſol non eſt extra hunc mundum, neq; ſeparatur a mundo ſecundum eſſe,neq; eſt intra mundum, ut dictum eſt. Eodem modo dicendum de anima intellectiua, q ipſa non eſt intra corpus,neq; extra corpus humanũ.Quod nõ ſit intra corpus humanũ declaratur,quia anima non eſt extenſa ad extenſionē corporis, neq; eſt forma materialis quãtitatiua inherens materiæ:quare ipſa aĩa non eſt intra corpus humanum,neq; ipſa eſt extra,quia ipſa anima,ſecundum q forma corporis,& dum informat corpus,eſt principium operationũ corporis : & licet anima ſeparata ſit a conditionibus,& dimenſionibus corporis,quia ipſa non eſt quanta extenſa,tamen ipſa anima non ſeparata eſt a corpore ſecũdum eße,quia ipſa eſt cauſa eſſe,et uitæ corporis humani.Si enim ipſa ſecundum q forma,& dum informat corpus ſeparari poſſet ſecundum eſſe a corpore,tunc corpus humanum uiuere poſſet abſq; anima, qđ eſt falſum quare ipſa non eſt extra corpus humanum. Et ſicut dictum eſt de anima intellectiua, ita uerificari poteſt de Deo glorioſo, q ipſe Deus non eſt in mundo,neq; eſt extra mundum:uerificatur primo,quod non eſt in mundo, quia non eſt quantum,neq; quale materiale,quare Deus non eſt in mundo ſicut dictum eſt,quod anima non eſt in corpore.Deus etiã nõ eſt extra mũdum,quia ipſe eſt primum mouens, & prima cauſa in mundo uniuerſo*

quæ

quæ non poteſt ſecundum eſſe ſeparari ab uniuerſo mundo, quare non eſt extra mundum: ſicut ergo dictũ eſt de anima, quòd ipſa non eſt intra corpus humanum, neq; extra ipſum, & cognoſcitur qualiter anima operatur iñ corpore, & eſt principium uitæ corporis humani, ita cognoſcitur, quod Deus non eſt in mundo, & quòd non eſt extra muudum, & cognoſcitur, qualiter Deus ſit cáuſa omnium, quæ fiunt in uniuerſo mundo. Et ex hoc patet uerificatio dicti Auiceunæ in prohemio ſui cõpendij de anima, ubi dicit quod in Alcoran ſcriptum eſt, quòd qui cognoſcit animã ſuam, cognoſcit etiam creatorem ſuum, ſcilicet Deum glorioſum. Et uerificatur tale dictum, quia qui cognoſcit, qualiter anima ſua non eſt in corpore, neque extra corpus ſuum, cognoſcit ſimiliter, quòd Deus non eſt in mundo, neque extra mundum, & ſic cognoſcit Deum creatorem ſuũ. Et talis uerificatio & expoſitio auctoritatis prædictæ aſſumptæ ab Auicenna ex libro Alcorã approbatur apud theologos, & philoſophos Maumethanos, et apud ipſos habetur talis expoſitio prædicta tanquam quid dignum, & ſecretũ. Redeando ad propoſitũ ex prædictis apparet qualiter animæ licet ſint ſeparatæ a ſumma prædicta condictionũ corporis, quod ipſæ non ſunt extenſæ, neq; quantæ &c. tamen ipſæ dum informant corpus, non ſunt ſecundum eſſe ſeparatæ a corporibus ſuis, neq; poſſunt ſeparari. Et ſi aliqui opinati ſunt illud, iam opinati ſunt falſum, & Ariſt. in lib. metaphiſicæ declarauit errorem ipſorum, & dixit, quod ſi animæ in aliqua hora eſſent ſeparatæ a materia, ſupple ſecúndum eſſe, dum ipſæ informãt, tunc ipſæ non eſſent formæ dependentes a complexione corporali, neq; eſſent formæ ſimplices puræ in materia exiſtentes, qđ eſt falſum, ex hoc enim dicuntur animæ eſſe formæ ſimplices puræ in materia exiſtentes, & a materia complexionali dependentes, quia ex hoc, quòd ipſæ non ſunt extenſæ, neq; quantæ, dicuntur formæ ſimplices puræ, non permixtæ cum materia, neq; cũ materia quanta, et quòd non ſunt extenſæ. Sunt autem in materia exiſtentes, quia ipſæ informant materiam, & ipſæ dependent a materia complexionali, quia ipſe non perficiuntur niſi mediante operatione tranſeunte, ſicut cogitatio & ſimilia, neceſſe eſt enim intelligentē fantaſmata ſpeculari etc. quia igitur animæ non ſunt formæ ſeparatæ a materia ſecundũ eſſe, licet ſint ſeparatæ a ſumma prædicta ſcilicet a quãtitate etc. ſequitur, ꝙ animæ non ſunt de numero eorũ, quæ incipiunt eſſe cum corpore, quare ſequitur, ꝙ ipſæ fuerint ante corpora, quare argumentum Altenaſ. ch eſt uerum. Et litera patet.

IN DISPOSITIONE *ſecunda, ideſt in hora, qua eſt ſeparata a materia, cum quã fuit unita.* H

ET MIRABILIVS *hoc &c. ſciendũ ꝙ Ebencora dixit, ꝙ ani-*
mæ poſt ſeparationem ab hoc corpore uniuntur cum alio corpore ſubtilio I
ri, ne fiat trãſitus de extremo ad extremũ, poſtea uero quũ animæ fuerint

perfectæ,& diſpoſitæ,ut uniantur cũ intelligentia uniuerſali, tunc ſeparantur a corpore illo ſubtiliori,& uniuntur cum intelligentia uniuerſali, ſcilicet cum Deo glorioſo.

HAEC IGITVR ē ſũma &c. poſtquã auic. adduxit rationes probantes Altenaſach eſſe in genere,& in communi, conſequenter adducit rationes in particulari, ſcilicet rationes eorũ, qui affirmant Altenaſach fieri ad omnem ſpeciem animalis. K

ET SI fuerit illud per potentiam &c. ideſt & ſi præparatio corporis humani pro habitaculo animæ fiat per diuinam potentiam, tunc corpora humana, & non humana ingrediuntur in ILLO REGIMINE, ſcilicet diuino, ita, q̃ regimē diuinum poteſt eſſe cauſa, q̃ anima humana habitet in corpore humano,& in corpore non humano. L

SECVNDVM diuiſionem primam, ideſt ſecundum eos, qui ponunt quod anima præparet ſibi habitaculum. M

SECVNDVM uero diuiſionem ſecundam, ideſt ſecundum eos, qui dicunt animam habitare in hoc uel ĩ illo corpore ex regimine diuino cauſante hoc. N

NON EST poſſibile quod reuertatur anima, ſupple ſicut dixerũt tenentes Altenaſach, ſicut QVID extrinſecum ſupple,& ſicut præcedens ad corpora. O

QVONIAM complexio corporalis eſt cauſa &c. Nota quód Auicenna in ſua philoſophia in lib. de uiribus cordis dicit: quód quoties materia ē diſpoſita,& complexionata pro anima intellectiua, aut ꝑ alia forma recipienda, tunc intelligentiæ uniuerſalis, et datores formarũ influũt in tali materia formam proportionatam illi complexioni,& hoc facit ſubito,& abſq; auaritia &c. Litera patet. P

QVOTIES complexio eſt præparans, uel diſponens &c. Nota quód quoties materia eſt cōplexionata,& diſpoſita pro forma hominis, tunc intelligentia influit, ut dictum eſt, in tali materia animam intellectiuam, quæ non dependet in eſſe ab illa materia, ſed dependet ab illa materia complexionata aliqua ſpecie dependentiæ, ſecundũ operationes ipſius tranſeuntes, puta mouere corpus,& exercere operationes, quæ mediante organo corporali efficiuntur. Et anima quidē in ſui principio eſt ſicut tabula raſa,& continue magis,& magis cognoſcit,& perficitur in cognitione ſua mediantibus ſenſibus, Senſus enim,& phantaſia eſt principiũ regiminis intellectus, quia neceſſe eſt intelligentem phantaſmata ſpeculari &c. Anima igitur mediante corpore,& mediãtibus operationibus trãſeuntibus,& operationibus ſenſitiuarum uirtutum,& motiuarum perficitur in cognitione,& in intellectione ſua. Et ideo dependet anima a corpore non ſecundum eſſe, ſed ſecundũ operationes tranſeuntes,& ſenſitiuas ac motiuas, quibus mediantibus cognoſcit, et intelligit, Nã oĩs noſtra Q

cognitio ortum habet a ſenſu. Et licet principiũ intellectionis dependeat a corpore, tamen intellectio uniuerſalium acquiſita poſt abſtractionem, quæ intellectio uniuerſalium eſt appropriata ſubſtantiæ animæ, non dependet ab eis, quæ ſunt extrinſeca ab ea.

R TESTIFICAT *quòd extrinſecum hominis &c. id eſt non teſtificat quòd pars exterior hominis, et pars interior, qua fit appræhenſio ſint duo homines, ſed teſtificat quòd ſunt unus homo tantum, quia principium uitæ & operationum in parte exteriori, & parte interiori eſt unum principiũ Nã operatio animalis, & operatio naturalis, quæ eſt in parte exteriori, & interiori ſunt una, non duæ diuerſæ procedentes a diuerſis principijs, quare &c.*

S QVONIAM *ſecũdã quæ eſt, id eſt quoniã ſecunda anima, quæ fuit ante corpora ſecundum* Altenaſach, *& quæ eſt diuerſa ab iſta, quæ aduenit cum corpore, & quæ appræhendit, & concipit &c.*

T ET CVM *hoc caſtigantur id eſt. Et cum hoc habitu malorum morũ in anima remanente poſt mortẽ cruciantur animæ, & caſtigantur, quia tunc cognoſcentes imperfectionem ſuam, & uitia ſua triſtantur in ſeipſis tales enim habitus mali uitioſi remanent poſt mortem hominis in anima, ac ſi adhuc anima eſſet unita corpori.*

V ET ISTE *duæ intentiones &c. ſcilicet depẽdentia animæ a corpore ſecundum operationes tranſeuntes. Et ueſtigiũ impreſſum in anima a uirtutibus ſenſitiuis, q. ueſtigium impreſſum prohibent &c. patet. Sed quòd dependentia prædicta prohibeat declaratur: quia quamdiu anima eſt imperfecta in cognitione ſua, tandiu dependet a corpore ſecundum operationes tranſeuntes, & operationes ſenſitiuas, quæ ſunt principiũ intellectionis.* Anima *uero, quæ eſt perfecta, & habituata ſcientiis ſpeculatiuis, & practicis, non amplius dependet a corpore aliqua ſpecie dependentiæ, & tunc ſeparata a corpore unitur cum intelligentia uniuerſali, & cũ ipſo* Deo, *qua unione perficitur animæ cognitio, & completur eius perfectio. patet ergo qualiter dependentia prohibet &c. ſcilicet a perfectione cõpleta,*

X ET A COGNITIONE *quæ fit cũ delectatione.* Anima.n. *non ĩpedita a ſenſibus, & a rebus mundanis appræhendit uniuerſalia, et ſpeculabilia cum maxima delectatione, & cognitio* Dei, *& ſubſtantiarũ abſtractarum in alia uita fit cũ maiori delectatione, & anima uitioſa imperfecta ĩpeditur a tali cognitione, & ab appetitu, & deſiderio cognitionis prædictæ: patet enim, q. homines mundani non appetunt cognoſcere prædicta, immo uilipendũt. quare &c.* Nam *intentio philoſophorũ, qui dixerunt, q. animæ malignantium uitioſorum permutantur poſt mortem ad corpora brutorum habentium habitus malos. ſ. laſciuiæ, ſicut porci, iræ ſicut leonis, non fuit, q. animæ realiter, & actualiter permutentur ad corpora brutorũ prædictorũ, ſed intentio fuit, q. anima guloſi, luxurioſi, poſt*

mortem, & poſt ſeparationem a corpore remanet cum habitu malo uitioſo in luxuria, & gula, ac ſi adhuc eſſet in corpore humano uitioſo, in quo prius erat, et ac ſi eſſet in corpore porci, et talis anima uitioſa dicitur methaſorice permutari poſt mortẽ ad corpus porci, quia in ipſa anima ſeparata a corpore remanent habitus uitioſi mali ſimiles habitibus guloſis, & uitioſis, qui ſunt in porco. Et ſimiliter anima hominis iraſcibilis ſuperbi poſt mortẽ dicitur permutari ad corpus leonis, quia in anima prædicta remanent habitus ſimiles eis, qui ſunt in leone: & philoſophi dixerunt illud methaſorice, ut populi magis, & melius percipiant, & apprehendãt & tales populi credentes animas ſuas permutari ad corpus porci, aut leonis, & ſimiliũ, abhorrẽt talem permutationem fieri, unde abſtinent ſe a uitijs ſimilibus, & malis moribus. Ponentes igitur Altenaſach, qui fundantur in dictis philoſophorum prædictis male intellexerunt auctoritates, & dicta philoſophorum puta Platonis, & aliorum.

Capitulum quartum de Alaniæ hominis permanente.

HOmo quando incipit conſiderare de re, propter quam dicitur homo, vel propter quam dicitur, ꝙ ipſæ ſit ipſemet, & dicit ſeu reſpondet ſibi ipſi, & imaginatur ꝙ illud ſit venter eius, & corpus ipſius. Poſtea quãdo cogitat, aut intuetur, ſeu perſcrutatur, cognoſcit ꝙ manus eius, & pedes ipſius, & coſtæ, & reliqua membra manifeſta, licet non eſſent pars corporis ſui, non tamen propter hoc deſtrueretur intentio: quæ ſibi attribuitur, vel quæ de ipſo prædicatur. Et ex eo ſcit ꝙ iſtæ partes corporis ſui non ſunt ingredientes in hanc intentionem, donec perueniat ad membra principalia, ſicut cerebrum: cor, & hepar, & quæ currunt curſu ipſorum. Nam apud ſeparationem multorum, ex eis non deſtruitur ab ipſo hæc eſſentia ſubito, ſed fortaſſe poſt tempus paucũ, aut multum: & remanet cor, & cerebrum. quandoq; vero cerebrum tolerat, vt ab ipſo ſeparetur pars: & tamen eſt illa intentio firma permanens in illo homine. In corde vero non eſt poſſibile illud in eo ſecundum eſſe: ſed bene ſecundum imaginationem. Nam quandoq; homo ſcit, ꝙ alaniæ ſuum de quo loquitur exiſtit, & eſt poſſibile, vt non ſciat tunc an habeat cor, & quale ſit, & quid ſit, & ubi ipſum cor ſit: multi enim ſunt homines, qui non viderunt cor: & tamen credunt, & fatentur ipſum eſſe ex auditu non ex cognitione certa, et putant ꝙ cor ſit ſtomacus.

A B C

ſit ſtomacus. Ex impoſſibilibus autem eſt, ꝙ ſit vna res quæ ſciatur, & ignoretur ſimul, aut ꝙ ſit pars illius rei vnius ingrediens in eſſentia, quam habet, poſtea ſciatur illa res vna abſq; ꝙ ſciatur pars eius prædicta. Iam igitur confirmatum eſt ex hoc, & manifeſtum: ꝙ corpus cum totalitate ſua, ſeu cum ſin
D gulis, vel omnibus partibus eius, non eſt ingrediens in inten
E tionem: quæ de homine conſideratur: Immo fortaſſe eſt ſu
F biectum eius, aut ſubſtans ei, aut ſedes eius: quamuis ſit aliud
G ab ea: & extra eſſentiam eius. Verum homo eſt conſuetus, ſeu habituatus cū eo, & in eo multas habet ſenſationes: quare dubitatˢ an ſit res vna cum corpore: ita vt putetur, ꝙ ipſa ſit ipſum: quare ſit ei moleſtum, & difficile ſeparari ab illo corpore. Nam ipſi homini diſplicet, et moleſtum eſt ſeparari a multis extrinſecis ab eo propter conſuetudinem, & habituationē factam cum illis: ita, & multo amplius moleſtum eſt ei ſepa
H rari a corpore ſibi conſueto. Verificatio autem prædictorum eſt, quoniam homo, & res conſiderata de homine ſuper quā cadit intentio alaniæ, eſt ipſius eſſentia vera, & eſt res ex qua ſcitur, ꝙ ipſa eſt anima de neceſſitate. Et non timetur: neque ſperatur niſi malum, & bonum euenientia ad ipſam in verita
I te. Malum enim, & bonum euenientia ad ea, quæ ſunt extrinſeca ab ipſa, non conueniunt, vel non adueniunt ipſi animæ in veritate, ſed per communicationem, & propter cauſam illius in quo communicant de triſtitia, & dolore, & lætitia, & qđ aduenit ipſi corpori puta dilectio, & ira, & conſuetudo, & habituatio, & bonum, & malum aduenientia non adueniunt animæ niſi ſecundum diuiſionem ſecundam. Manifeſtum eſt igitur ex his ꝙ intētio eius, qđ homo dicit: ſcilicet eueniet mihi bonum: aut malum in veritate: eſt illud qđ aduenit ſoli ani
K mæ ipſius. quum manifeſtum ſit, ꝙ hoc indiuiduum quod eſt aliud a corpore, eſt ipſa anima, & bona, & mala aduenientia corpori eius ſunt extrinſeca ab ipſa anima, & non communi
L cat ipſa in eis, niſi ſecundum ſemitam prædictam. Quum ergo conſiderat homo, ꝙ hæc alaniæ ipſius, ideſt hæc ipſius eſſentia fuerit iam expoliata, vel denudata ab iſtis, quæ corpus conſequuntˢ, & priuata fuerit ſpeciebus delectationis, & doloris: quas prius habebat per communitatem cum corpore: tunc ipſa exiſtit, ſicut ille, qui priuatur delectationibus & do

loribus, & læſionibus exiſtentibus in fratribus, vel amicis
ſuis: quando priuatus fuerit fratribus, vel amicis prædictis.
Et quando acciderit dolor, & delectatio ei appropriata: tūc M
ipſa eſt, quæ dolet, & delectatur in veritate. Et hoc quidem
erit in Mahad. Verum dominatio corporis eius ſuper ani-
mam, & imaginatio, ꝙ corpus eius in ipſo ſit alanie ipſius, N
ideſt eſſentia ipſius, eſt cauſa, ꝙ homo obliuiſcitur animę ſuę
& putat aliud ab ea eſſe alanie ſuum, ideſt eſſentiam ſuum.
Et putat, ꝙ bona, & mala ipſius ſint bona, & mala ipſius cor-
poris per ſe. Et putat homo, ꝙ quando priuetur illis bonis,
& malis, ſcilicet corporis, ꝙ iam priuetur bono, & malo ab-
ſolute. Et putat ꝙ non habeat fœlicitatem, dum non habet fę
licitatem corporalem. Et putat etiam, ꝙ non inſit ei pœna,
vel cruciatus dum non habet pœnam, vel cruciatum corpo-
reum. Et non eſt poſſibile remouere hoc ab hominibus vul-
garibus, ſubito & in prima locutione. Quare neceſſarium eſt
his qui tribuunt, vel publicant leges, vt dicant de ſpe præmij,
vel beatitudinis, & de timore pœne, vel cruciatus, ꝙ fœlici-
tas alterius vitæ, & præmium erit cum delectatione ſenſua-
li. Et ꝙ pœna, vel cruciatus alterius vitæ erit cum dolore ſen-
ſuali, & intentio, quidem in hoc capitulo eſt remouere anī- O
mas ſapientum a falſitate iſtius opinionis prædictæ, et ab ima
ginationibus: quas multi opinati fuerunt dicentes, ꝙ ſi ipſi in
alia vita non erunt corporei, & non fuerint ſecundum hanc
formam, vel ſecundum hunc modum, ſecundum quem ſunt
in hoc mundo, ſed erunt priuati corporibus ipſorum: tunc
erunt conuerſi ad res alias, & non erunt ipſimet præmiati, &
puniti. Et dicunt, ꝙ ſi ipſi in alia vita non conſequentur ali-
quid de delectationibus ſenſualibus, aut pœnis ſenſualibus:
dubitandum quæ res ſit illa, quæ ſit ſperanda, & quæ ſit timē-
da in alio mundo. Si ergo præmiati, & puniti in alia vita non P
erimus nos corporei ſicut nunc ſumus operati bonum, aut
malū: ſed pars noſtra puta anima præmiabitur, aut punietur
in alia vita: tunc eſt ac ſi dicatur, ꝙ pars noſtri verbi gratia ma
nus, aut pes noſtri ſolummodo præmiabitur aut punietur:
quod eſt abſurdum. Et iſtæ quidem ſunt opiniones, vel ima-
ginationes quibus animæ communiter decipiuntur. Quærē-
dum enim qđ præmium, & pœna eſſet ex hoc conueniens

hobis pro operibus bonis: aut malis. Et huiuſmodi quidem Q imaginationibus animæ communiter decipiuntur. Quum ergo confirmauerimus ꝙ [nos non uiuimus niſi per animas noſtras.] Et verificauerimus, ꝙ animæ noſtræ ſunt remanentes poſt corpora noſtra, apparet ex hoc, ꝙ in vita alia non erimus permutati: aut conuerſi ad res alias: immo erimus nos denudati ab eis: quæ nos induimus, & quæ ſunt a nobis extrinſeca. Quare in qualibet duarum diſpoſitionum erimus nos ipſimet non permutati ad res alias diuerſas ab ea quę nos ipſimet nunc ſumus: necꝫ remanebũt in alia vita partes ex eis, quæ nunc ſunt in nobis.

Alia lr̃a. in robis ron viuit niſi anima noſtra.

duarũ diſpoſitionũ.i. i hac vita, & in alia nõ erimus ꝑmutati ſicut aſcribit ꝓcedens cpinio.

ꝑtes ex eis.i. partes corporeę, & extrinſece ab aĩa.

Declarationes ſuper capitulo quarto.

A HOMO *quando incipit conſiderare &c. In hoc cap. Auic. perſcrutatur rem ꝑmanentem, per quã homo ſubſtantialiter dicitur homo. Et quia in homine ſunt membra corporis, & anima ipſius, Ideo Auicenna probat, ꝙ talis res permanens, per quam homo ſubſtantialiter dicitur homo, quã rem appellat Alanie, non ſit aliqd' mẽbrorum, neq; corpus deinde infert, ꝙ talis Alanie ſit anima intellectiua, quia per ipſam corpus humanum reponitur in ſpecie, & ipſi animæ attribuuntur operationes hominis, tãquã primo principio. Et ꝙ ipſi animæ conueniat præmium uerum, & pœna uera: & per conſequens affirmat, ꝙ ipſi animæ remanenti poſt ſeparationẽ a corpore conueniat Mahad, & non corpori. Quod autem aliqd' membrorum non ſit Alanie prædictum, patet per diſcurſum poſitũ ab Auicenna, quia quodlibet membrorum, præter cor, poteſt ſeparari ſecundum totum, uel ſecundũ partem ab homine, & tamen adhuc remanet realiter homo: & per conſequens remanet illud per qd' homo eſſentialiter, uel ſubſtantialiter ſeu actualiter, uel realiter dicitur homo; Et ideo nullum membrum Alanie dici poteſt Alanie prædictum, neq; cor eſt Alanie propter rationem, quam adducit Auicenna, ſcilicet ꝙ impoßibile eſt, ꝙ idem ſciatur & ignoretur. Omnes etiam affirmant, ꝙ non eſt idem corpus, & eadem membra realiter a pueritia uſq; ad ſenectutem propter continuam reſolutionem, & reſtaurationem, & tamen dicitur ꝙ eſſentia iſtius, uel illius hominis eſt eadem a principio uitæ, uſq; ad finem, & cum nulla pars corporis ſit permanens, ſicut anima intellectiua, ideo eſſentia realis hominis, & res per quam homo realiter, uel ſubſtantialiter eſt homo eſt ipſa anima intellectiua dependens a corpore, ſecundum operationem tranſeuntẽ propter perfectionem, & cognitionem, dico dependens uſq; ad mortem. Dictum eſt autem eſſentia realiter per quam homo realiter eſt homo, quia licet diffinitio hominis dicatur eſſentia hominis, tamẽ, quia illa eſt quædã intentio compoſita ex genere, & differentia, & dependens ab opere intellectus:*

Ideo ipſa diffinitio non eſt eſſentia realis, per quam homo ſubſtantialiter uel realiter dicitur homo, quæ eſſentia dicitur Alaniæ, & de qua eſt hic ſermo, litera eſt ſatis clara quare &c.

NON SVNT *ingredientes in hanc intentionem, id eſt non ſunt ſeu non dicuntur Alaniæ, neq; habent intentionem Alaniæ, quia non ſunt res per quam homo ſubſtantialiter, uel realiter dicatur homo,* DONEC *perueniat, ſcilicet eius cogitatio, ſeu diſcurſus hominis perſcrutantis Alanie prædictum.*

NAM APVD *ſeparationem multorum ex eis. ſupple membris, non* C *deſtruitur ab homine hæc* ESSENTIA *ſcilicet hominis, per quã homo realiter dicitur homo.* EST ILLA *intentio, id eſt illa eſſentia, per quam homo dicitur homo firma &c.*

NON EST *ingrediens in intentionem, ſcilicet Alanie.* IMMO D *fortaſſe ſupple corpus hominis eſt ſubiectum. &c.* QVAMVIS *ſit aliud* E *ab ea, id eſt quamuis corpus ſit aliud ab ea, ſcilicet intentione prædicta de* F *Alanie, & extra eſſentiam eius.* VERVM *homo eſt conſuetus, id eſt* G *uerum homo eſſentialiter, & homo cui operationes hominis attribuũtur, tanquam primo principio operationum & uitæ, qđ quidem principium eſt anima intellectiua, per hominem igitur intelligitur hic homo eſſentialiter, ſcilicet anima intellectiua, & patet, ꝙ anima eſt conſueta, & habituata cũ corpore, & in eo multas habet ſenſationes, id eſt paſſiones corporeas, quæ incipiunt a corpore, & in animam per cõmunitatẽ poſtea terminãt, ex qua quidem conſuetudine homo, & anima immerſa in iſtis ſenſibilibus dubitat an ipſa ſit res eadem quod corpus, & putat, ꝙ ſit ipſum corpus, & propter conſuetudinem quam habet anima cum corpore, moleſta eſt ei, & difficilis eſt ſeparatio eius a corpore, ſicut moleſta eſt ſeparatio hominis ab aliquo loco conſueto, & ab homine amico conſueto &c.*

VERIFICATIO *autem prædictorum, id eſt uerificatio, ꝙ corpus,* H *& quodlibet mẽbrum eius non ſit Alanie, ſeu eſſentia hominis, ſed extrinſecum ab ea, eſt quoniam homo ſubſtantialiter, uel eſſentialiter, & res conſiderata, id eſt res conſiderata de homine ſuper quam cadit intentio Alanie eſt ipſius eſſentia uera, & eſt res, ꝑ quã ſcitur, quòd ipſa eſt anima. i. & eſt res per quam cognoſcitur, quòd tale Alanie, & eſſentia hominis eſt ipſa anima de neceſſitate. Et operationes quidẽ, quæ alicui homini abſolute attribuuntur, non conuenit ut attribuantur alicui membro, neq; corpori ſecundum quòd corpus, ſicut intelligere, fabricare, quando enim dicimus quòd homo aliquis intelligit, aut fabricat, aut mouet, non eſt intẽtio quod aliquod membrum, aut corpus ſecundum quod corpus intelligat, aut fabricet, aut moueat. De intellectione patet: de motione uero declaratur quia corpus ſecundumꝙ corpus non mouet, aut fabricat, ſed dicitur, ꝙ homo mouet, aut fabricat, & ſimilia: & ſenſus iſtius ꝓpõnis homo intelligit,*

*aut mouet,& ꝗ homo ſubſtantialiter intelligit,aut mouet:& homo ſubſtā
tialiter eſt Alaniæ hominis ſeu eſſentia,aut id, per qđ hoc corpus eſt ho-
mo,& talis eſſentia,& alaniæ eſt anima intellectiua,quæ ponit corpus hu
manum in ſpecie hominis,& quæ eſt principium omnium operationum,et
quæ remanet eadem continue,corpus uero,& membra eius non remanēt
idem materialiter a principio uſq; ad finem propter continuam reſolu-
tionem,& reſtaurationem. Anima igitur eſt illa,cui tanquam primo prin
cipio attribuuntur operationes. Et licet ſecundum Ariſt. qui dixerit ani
mam intelligere eſt,ac ſi dicat animam texere,aut filare,hoc intelligitur
de anima per ſe ſola, & de intellectione, quæ ortum habet a ſenſu, quia
anima per ſe ſola abſq; dependentia a corpore non poteſt habere talem
intellectionem,& ſic anima de ſe ſola non intelligit,ſed anima dependēs
a corpore aliqua ſpecie dependentiæ,de qua dependentia dictū eſt ſupra
in præcedenti capitulo. Et anima ſic dependens eſt homo ſubſtantialiter.
dictum eſt autem ſupra,intellectio uniuerſaliū, & ſubſtantiarum abſtra-
ctarum acquiſita eſt propria ſubſtantiæ animæ,& quando anima uult exi
re ex habitu ad actum talis intellectionis,non indiget corpore,ſed intelle
ctio quæ ortum habet a ſenſu,attribuitur animæ, prout a corpore depen
det. Et anima non unitur corpori,niſi ut mediātibus ſenſibus perficiatur
& acquirat intellectionem ſubſtantiarum nobiliſſimarū, qua intellectio-
ne acquiſita,anima tunc perfecta ſecundum hanc non indiget corpore. Pa
tet igitur quando dicit ꝗ homo intelligit,aut mouet &c. ꝗ tales operatio
nes attribuuntur alicui homini abſolute,ideſt alicui homini ſubſtantiali-
ter,ſeu alicui animæ ſecundum,ꝗ ipſa dependet a corpore. Et ſicut ope-
rationes quæ attribuuntur homini abſolute non corpori ſecundum ꝗ cor
pus,neq; membris eius,ſunt attributæ animæ tanquam primo principio,
ut dictum eſt,ita dicendum,ꝗ & bonum,& premiū,qđ homo ſperat in hoc
mundo,& in alio pro ſuis bonis operibus,& malum ſeu pœna quam timet
habere pro malis operibus non ſunt niſi bonum,& malum,quæ in ueritate
euenient ipſi animæ:ſicut enim operationes bonæ, aut malæ attribuūtur
homini ſubſtantialiter,ſeu animæ ipſius,ita præmium, & pœna debent ei
attribui in ueritate,& tale præmium,aut talis pœna non erit,niſi bonum,
aut malum,qđ eſt proprium ipſi animæ. Et propter hoc Auic. in hac pte
* dixit ET NON timetur,neq; ſperatur &c. MALVM enim, & bo-
num eueniĕntia ad ea, quæ ſunt extrinſeca ab ipſa anima, non eueniunt
ipſi animæ in ueritate,ſed per communicationē &c. Ex his uerbis innuit
Auic. ꝗ bonum,& malum quoddam eſt,quod eſt propriū animæ,& quod-
dam non proprium animæ,ſed aduenit per communicationem,ſicut dici-
tur. 2. de anima,ꝗ quædā paſſio incipit ab anima,& redundat in corpus,
& quædam eſt,quæ incipit a corpore,& redundat in animam. Delectatio
ergo corporalis, & pœna corporalis non aduenit animæ niſi per cōmuni*

*tatem corporis,& talis delectatio,et pœna non eſt propria animæ.Et ſicut
dicitur,q. gaudium,& dolor parentis,aut amici tui non eſt gaudium tibi
proprium,aut dolor tibi proprius, ſed per communitatem: ita, delectatio,
aut pœna,quæ eſt propria corpori,non aduenit aīæ niſi per communitatē,
ſicut gaudium, & dolor,uel triſtitia propria amico tuo aduenit tibi per
communitatem.Et ſicut quando priuatus fueris parētibus,aut aliquo ami
co,tunc eris priuatus,& expoliatus a gaudio,& triſtitia, quæ tibi adue=
niebat per communitatem ipſorum,ſcilicet propter bonum,aut malū,quæ
eis proprie contingebant:ſimiliter anima,quando eſt unita corpori pati=
tur per communitatem ex delectatione, & dolore aduenientibus proprie
corpori,ſed quando erit ſeparata a corpore,tunc erit expoliata bonis,&
malis,quæ per communitatem ei adueniebāt, dum erat unita corpori. Ad
propoſitum redeundo:aliqua eſt delectatio,& pœna quæ propria eſt ipſi
animæ,& aliqua eſt propria ipſi corpori.Quando igitur acciderit dele=
ctatio,aut pœna,quæ ſit propria ipſi animæ,tunc aīa delectabitur aut do
lebit,ſeu triſtabitur in ueritate:& hoc quidem erit in Mahad,ideſt,&
hæc delectatio propria ipſi animæ,aut pœna appropriata animæ erat in
Mahad,ideſt in alia uita,* SECVNDVM *diuiſionem ſecundam,ideſt ſe
cundum communitatem cū corpore non animæ in ueritate.* HOC INDI K
VIDVVM,*ideſt hoc Alaniæ,ſcilicet hō eſſentialiter* SECVNDVM L
ſemitam prædictam,ideſt ſecundum communitatem cum corpore prædictā
HAEC ALANIAE *ipſius, ideſt hæc eſſentia ipſius,ſcilicet hæc ani
ma ipſius* EI APPROPRIATA, *ideſt appropriata homini eſſen* M
tialiter.

VERVM *dominatio corporis ſuper animam &c. In hac parte Auic.* N
*declarat,q. licet ita ſit,q. quædam ſit delectatio,& pœna propria ipſi ani
mæ,& quædam per communitatem.ſcilicet propria corpori,tamen homi
nes uulgares non percipiunt delectationem,& pœnam propriam animæ,
ſed ſolum percipiunt delectationem,& pœnam corporalē, ſcilicet appro
priatas corpori. Et hoc prouenit,quia corpus dominatur ſuper animam,
ideſt ſenſationes dominantur ſuper animam,unde homo non percipit niſi
ſenſibilia. Et quia homo deditus ſenſibilibus nō ſcientijs ſpeculatiuis ob=
liuiſcitur animæ,ideſt ignorat animam ſuam, & ignorat bona, & mala
animæ propria.Et putat,q. bona,& mala ipſius animæ non ſint niſi bona
& mala corporis. Et putat q. non ſit fœlicitas, aut pœna alia a fœlicita
te,& pœna corporali. Et uulgares communiter hoc imaginātur, neq; eſt
poſsibile ab eis remouere talem ipſorum imaginationem* VICE *una,
& ſubito,quare fuit neceſſarium eis,qui leges publicauerunt,ut loquētē
de præmio,aut pœna alterius uitæ dixerint,& affirmauerint fœlicitatem
alterius uitæ fore cum delectatione ſenſuali, & pœnam fore cum dolore
ſenſuali.*

O ET INTENTIO *in hoc capitulo &c. In hac parte Auic. declarat ꝙ intentio ſua in hoc capitulo eſt remouere a ſapientibus opinionẽ de mabad falſam, quam prædixit, & remouere etiam a ſapientibus imaginationes falſas, quas multi opinantur de Mabad dicentes, ꝙ ſi ipſi &c. Litera patet.* SI ERGO *præmiati, & puniti in alia uita &c. Ideſt ſi in alia*

P *uita non erimus corporei, ſicut nũc ſumus, & non præmiabitur neq; punietur niſi pars hominis puta anima, tũc ẽ ac ſi dicatur, ꝙ p bonis, et malis operationibus, quas homo in hac uita ſcilicet corpus cum anima operatur, non punietur aut præmiabitur, niſi pes hominis, aut manus hominis tantum, qđ eſt abſurdum, quia quærendum qualiter ex delectatione, præmio aut pœna pedis tantum aut manus tantum ſequatur, & fiat remuneratio. aut punitio iuſta, & æqualis pro bonis, & malis operibus commiſsis non ſolum per manum aut pedem, ſed per totum corpus, & per animã ſimiliter: & patet ꝙ ſi pes, aut manus tantum præmiabitur, aut punietur, non erit ſecundum iuſtitiã rectam: ſimiliter ſi in alia uita non erimus corporei, neq; erimus præmiati, uel puniti niſi ſecundum animam, tunc præmium, & pœna non erit conueniens ſecundum iuſtitiã rectam, has ergo imaginationes falſas impreſſas in mentibus uulgarium Auicenna in hoc capitulo intendit remouere, ab hominibus ſapientibus, & non intendit remouere hoc ab hominibus uulgaribus quum ipſi non ſint capaces ad ueritatem appræhendendam.*

Q QVVM *ergo confirmauerimus &c. In hac parte concludit, & reſpondet rationibus prædictorum habentium opiniones falſas de Mahad. dicit ergo. Cũ ergo confirmauimus ſupra, ꝙ nos non uiuimus, niſi per animas noſtras, quia anima eſt primum principium omnium operationum hominis, & homo non eſt homo eſſentialiter niſi per animam, ut ſupra diximus, & animæ ſunt remanentes poſt corpora noſtra, ut ſupra dictum, & in ſequenti capitulo eſſe dicemus, apparet, ꝙ nos homines in alia uita, licet non erimus corporei, tamen non erimus conuerſi ad res alias, ſicut ſupra arguebatur: immo poſt mortem in uita alia erimus denudati ab eis, quæ nos induimus, & quæ ſunt a nobis extrinſeca, quia ut ſupra dictũ eſt, homo ſubſtantialiter eſt ipſa anima, quæ induit corpus, qđ quidẽ corpus, & quodlibet membrum ſimul cũ accidentibus ſunt res extrinſecæ ab anima: & ſicut in hac uita dicimus, ꝙ licet corpus non ſit idem a principio uitæ uſq; ad finem propter continuam reſolutionem, & reſtaurationem, tamen ſemper eſt idem homo ſubſtantialiter, quia eſt eadem anima, quæ nõ uariatur aliquo mõ ſubſtantialiter, ita poſt mortem erit eadẽ anima, quæ prius fuit in hac uita, quare in qualibet duarum diſpoſitionum, ſcilicet in hac uita, & in alia erit idem homo ſubſtantialiter, qui fuit in hac uita, & nos ipſimet, qui nunc ſumus, erimus idem ſubſtantialiter ĩ alia uita nõ cõuerſi ad res diuerſas a re, quæ nos ipſimet nunc ſumus.* Homo *igitur ſub=*

ſtantialiter erit in alia uita idem met, qui nunc eſt in hac uita, neq; in homine remanebunt in uita alia partes, quæ nunc ſunt in nobis ſupple corporeæ, & extrinſecæ ab anima, & ab homine ſubſtantialiter.

Capitulum quintum de affirmationibus, vel demonſtrationibus, ꝙ anima in eſſe exiſtere excuſatur a corpore, vel ꝙ anima exiſtere poſſit abſq; corpore.

IAm attulimus in pluribus librorum noſtrorum declarationem ſubſtantiæ animæ, & præcipue in expoſitione noſtra ſuper librum Ariſtotelis de anima. Qđ autem ex illa expoſitione eſt aſſumendum compendioſe in hoc libro eſt, vt demonſtratione arguamus, ꝙ anima humana nominata anima rationalis, non ſit impreſſa in materia, neq; eius exiſtentia eſt per corpus, & hoc quidem demōſtrabimus pluribus vijs. A

Quarum vna eſt iſta. Non eſt poſſibile, ꝙ aliquod corporū habeat virtutem infinitam omnino: neq; eſt poſſibile, vt ſit virtus infinita reperta, vel exiſtens in corpore: quoniam omne corpus eſt diuiſibile in partes, vel ſuſceptibile diuiſionum in partes. Virtus ergo in eo exiſtens erit ſuſceptibilis diuiſionum in partes de neceſſitate: quare virtus cuiuſlibet illarum partium, aut erit finita [ex ſumma] infiniti: qđ poteſt ſuper omnia, & tunc ſi virtus cuiuſlibet illarum partium prædicta eſt finita, ſequitur ꝙ totum aggregatum ſit finitum. Et hoc opponitur virtuti infinitę, q̄re totum poterit ſuper finita, vel erit virtutis finitæ. & hoc eſt falſum, & contrarium eius, qđ dicebatur. quare &c. Aut quælibet pars, aut pars aliqua poteſt ſuper omnia, ſuper quę poteſt totum, et hoc quidem eſt impoſſibile. nam virtus totius vehementior, & fortior, quā virtus partis, & magis reſiſtens. quare manifeſtum eſt ex hoc ꝙ non eſt poſſibile, ꝙ virtus infinita ſit in corpore finito. B

Alia litera. exiſtens pars totius.

Amplius anima eſt infinitæ virtutis: nam ſpecies intelligibiles: quas ipſa poteſt appræhendere, ſunt infinitæ: quoniam quædam intelligibilia ſunt res phyſicales, & mathematicæ, & intentiones metaphyſicales diuinæ, & virtus animæ potens ſuper quaſlibet illarum, quæ ſunt infinitæ: eſt virtus vna. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ impoſſibile eſt, ꝙ anima ſit corporea. neq; eſt poſſibile, vt ipſa ſit in corpore, ita vt ſit virtus in corpore. neq; eſt poſſibile etiam vt ipſa ſit in re indiuiſibili de his quæ C D

ſequuntur, vel comitantur corpus, ſicut in puncto, de quo
quidem, & departibus, quæ diuiduntur, iam determina-
tum eſt in libris mathematicæ,& philoſophiæ naturalis. Pun
ctus enim non eſt de his de quibus poſſibile eſt dicere, ꝙ ipſa
recipiant aliquam ſpeciem complexionis apud aggregatio-
nem, vel mixtionem elementorum: ita, vt fiant per ipſam cō-
plexionem diſpoſita ad recipiendum animam: quum dicatur
ꝙ exiſtentia animæ in corpore ſit ſecundum hanc ſemitam:
E neq; complexio eſt in re indiuiſibili. Immo non accidit ei cō-
plexio aliqua omnino niſi ſecundum relationem, & abſtra-
ctionem intellectiuam, non ſecundum intētionem rerum exi
F ſtentium in eſſe firmo, & eſt vt ſit extremitas partis ælemen-
ti, qđ eſt ſimplex illius corporis, in quo eſt aīa. Et ſicut ipſa
pars eſt extremitas corporis in veritate ſic uel ita qđ in ea fun
dat̃, vel inhæret, eſt extremitas per accidens, quia ipſum inhæ
ret corpori, vel fundatur in corpore, quare. ipſum eſt quantū
per quantitatem corporis. Et hoc eſt qđ voluimus dicere ꝑ
G ratione iſta. Præterea punctus habet ſitum, & anima non ha-
bet ſitum, neq; per ſe, neq; per accidens, ſcilicet ſicut albedo,
& caliditas habent ſitum per accidēs ratione corporis in quo
ſunt. Et demonſtratio illius eſt quoniam intentio, vel ſpecies
intelligibilis non habet ſitum: quoniam ſi ipſa haberet ſitum,
tunc nō euacuatur quin, aut ipſa haberet ſitum, qui poſſet de-
monſtrari digito, uel ſenſu in aliqua differentia poſitionis: aut
haberet ſitum per comparationem partium ad inuicem. Et
punctus quidem habet ſitum, ſecundum intentionem primā,
& non habet ſitum, ſecundum intentionem ſecundam. Quod
ſi formæ intelligibiles, ſeu [ſpecies intelligibiles] haberent ſi-
tum, ſicut punctus: tunc ipſæ eſſent [ipſimet termini rerum,
aut per ſe ſicut in ſpacijs, vel in dimenſionibus, aut per accidēs
ſicut in eis, quæ fundantur, vel inhærent in ſpacijs, vel in] di-
menſionibus. quælibet ergo forma intelligibilis conſiderata
per ſe ad id qđ fundatur in materia, eſt eius extremū, & hoc
eſt falſum. Si vero ſpecies intelligibiles haberent ſitum de in-
H tentione ſecunda, tunc haberent terminum aliquem ſitus, vel
quantitatem aliquam ſitus in figura, & magnitudine, & parui
tate: quoniam iam declaratum eſt, ꝙ omne habens magnitu-
dinem habet quantitatem terminatam. Si ergo homo perce-

q̃re ipm. .ſ. qđ ē inherēs corpori, vel fundat̃ i corpore eſt q̄tū &c.

Alia lr̃a. animę.

Alia lr̃a. aīę terminorū ꝑ ſe, vel eorū, q̄ ſunt extrema rerū ꝑ ſe, ſicut dimēſionū, aut eſſent aīę eorū q̄ ſunt extrema ꝑ accidēs ſicut, q̄ fundātur in.

4

ptus ab intellectu habet in intellectu quantitatem terminatã: & homo perceptus ab intellectu, eſt ipſamet intentio in qua non diuerſificatur aliquis ex hominibus, & eſt ipſamet eſſentia, diffinitio pura hominis, vel eſſentia pura hominis: & ſi hæc intentio eſt homo ab intellectu perceptus, & eſt vnus notus, vel, & eſt qđ vnum notum: tunc neceſſarium eſt ꝙ illa quantitas commenſurata, vel determinata percepta ab intellectu ſit oppoſita, vel proportionata, quantitati commenſuratæ, vel determinatę exiſtenti, extra intellectũ: quare tunc eſſet neceſſarium, vt quantitas, vel commenſuratio omnium indiuiduorum hominis in magnitudine, & paruitate eſſet vna, & hoc eſt falſum. Et ſimiliter neceſſarium eſſet, vt diſpoſitiones membrorum intrinſecorum eſſent in ſitu vno, & hoc eſt impoſſibile. quare manifeſtum eſt, ꝙ formæ intellectuales non habent ſitum. Et hæc quidem demonſtratio non affir- I mat eſſe impoſſibile formam intelligibilem: vel ſpeciem intelligibilem abſtractam eſſe in puncto tantum: ſed etiam, ꝙ ſit impoſſibile ipſam eſſe in corpore, & in quolibet habente ſitũ ex eis quæ habent quantitatem: quare manifeſtum eſt ex hoc ꝙ anima eſt ſeparata a materia per ſe, & non ingrediens in numero eorum, quæ ſenſu demõſtrantur eſſe hic, vel illic: neq; eorum quæ ſunt termini, aut extrema rerum dimenſionatarum: neq; anima eſt in numero eorum, quæ ſunt in loco omnino. Formæ autem ſenſibiles, vel ſpecies ſenſibiles, quia ſunt K habentes ſitum, non ſunt vniuerſales: & neceſſarium eſt, vt quantitates earum impreſſæ in inſtrumentis ſenſuum, ſint ꝓportionatæ, vel conformes quantitatibus earum exiſtentibus in ſenſatis. Exempli gratia quando aliquid ſenſatum imprimit ſpeciem ſuam in humiditate glaciali oculi: tunc in ea ſpecies illa ſtat habens ſitum, & quantitas imprimens minor ea imprimit in ipſam ſpeciem minorem quam illa, quando fuerit in eadem diſtantia. Et quantitas maior illa imprimit ſpeciem maiorem. Et vnaquæque iſtarum quantitatum exiſtens ad extra habet quantitatem [a] ad intra in ea. Si ergo ſpecies intelligibiles, vel formæ, quæ ſunt in anima, haberent ſitum neceſſarium, eſſet vt res ſeparatæ a materia, haberẽt ſitus conformes, vel proportionatos [b] [formis eorum vel ſpeciebus ſuis, quæ ſunt in intellectu.] Nam illæ res

a. ad intra i ea .i. habet q̃ti‑tatẽ ſibi ꝓportionatã impreſſam intra in ipſa glaciali i‑trans in ea.

b. Alia litera. ſitibus formarũ, vel ſpẽrũ ſuarũ in intellectu exiſtentium.

L ſeparatæ a materia non habent niſi vnum eſſe tantum, quod
eſt eſſe intelligibile. Et non valet, ſeu non verificatur contra-
rium iſtius ſermonis, ſcilicet ꝙ res ſenſatæ non habeant ſitum
vt [ſit proportio, vel conformitas inter ipſas, & inter illa ſen-
ſata,] quæ ex eis ſunt intellecta: quum omne ſenſatum habeat
duo eſſe: ſcilicet vnum eorum eſt eſſe: quo habet eſſe ſenſatũ
vel perceptum a ſenſu, & eſt aliud ab eẽ intellecto ipſius om
nino, & tale eſſe ſenſati eſt eſſe habens ſitum. Eſſe vero ſenſa
ti ſecũdum, eſt eſſe, quo habet eſſe intellectum, vel ab intelle
ctu perceptum, et tale eſſe non habet ſitum. quare veritas eſt,
ꝙ ſpecies intelligibiles ſenſatorum opponuntur, vel confor-
M mantur eſſe ipſorum denudato a ſitu. Et ex eis quæ verifi-
cant, & manifeſtant: ꝙ anima ſubſtat, vel exiſtat per ſe non
in materia, eſt ꝙ non euacuatur quin eius operatio intellecti-
ua ſit perueniens, ex eſſentia ipſius ſola: quæ non indiget in
operatione re alia ab eſſentia ſua: quę res ſit ei inſtrumentum
vel organum. Aut operatio eius, ſcilicet intellectiua ſit cum
inſtrumento, vel organo, & corpore, in quo ipſa exiſtit. Q̃d
ſi illa operatio eius prouenit ex eſſentia ſua: tunc ipſa habet
eſſentiam, & eſt ſimplex per ſe: quoniam ſi ipſa non haberet
eſſentiam ſimplicem, vel puram: tunc ipſa non haberet ope-
rationem prouenientem ab eſſentia ſimplici, vel ſola: quoniã
operatio eſt poſt eſſentiam. Si ergo eſſentia per ſe eſt ſepara-
ta: eſt poſſibile, vel eſt concedendũ, vt ſit operatio per ſe ſepa
rata non ſecundum eſſe. Et ſi operatio eſt ſecundum eſſe ſepa
rata: tunc iam eſſentia prius, vel dignius exiſtit ſecundum eſ-
ſe ſeparata. Non eſt autem poſſibile, ꝙ eſſentia ſit per ſe, non
ſecundum eſſe ſeparata, & ꝙ operatio ſit per ſe, & ſecundũ
N eſſe ſeparata. Quod ſi quis contradicens arguat contra hoc,
dicens ꝙ natura eſt forma materialis, & ipſa cum hoc mouet
materiam ſuam, vel materiam in qua ipſa eſt, & op̃atio ſua,
quæ eſt mouere, vel motio, inuenitur ſeparata: quoniam mo
uere, vel motio ineſt ipſi ſolum, & emanat ab ea ſolum: [ma-
terię vero ineſt moueri tantum] Reſpondetur, ꝙ operatio na
turæ eſt motio, quæ eſt inſeparabilis: quoniam eſſentia mo-
tus exiſtit in materia, & motio eſt motus per ſe: quamuis di-
uerſificentur reſpectiue, vel relatiue. Et motionis quidem eſ-
ſentia quę eſt eſſe relatiuum, non habet eſſe exiſtere, vel ſub-

Alia litera. correſpõdeãt vel proportioner ẽ illis ſenſatis.

Alia lr̃a. materia vero eſt tm̃ mota.

ſentia quæ eſt eſſe relatiuum, non habet eſſe exiſtere uel ſubſiſtere per ſe, neque eſt in mouente, ſed in re mota, & iam dictũ eſt hoc in libro philoſophiæ naturalis noĩato alſemha ꝙ ipſa natura eſt operatio .i. uirtus ad quã ſequit̃ operatio, deinde ꝙ ipſa ſit impreſſa uel immerſa in materia. Et materia quidem patitur ab ea propter exiſtẽtiã ipſius in ea, qm̃ eſſe ipſius, eſt [facere uel imprimere, & ſubſtantia eius eſt illud: & per O cõparationẽ operationis ad ipſam eſt ei res ſubſtantialis.] ita ut quãdo exiſtit, & reperitur ſubſtantia eius: tunc reperitur operatio eius: Nos uero non loquimur hic de his: quæ currũt hoc curſu. Immo loquimur de his: quorum operatio nõ eſt ſua eſſentia. Sed eſt res conſequens eſſentia eorum non de neceſſitate: quoniam illa quæ prius dicta ſunt ſic ſe habẽt, ꝙ vbi reperitur eſſentia eorum, illic etiam reperitur operatio eorum. Neque oportet ꝙ huiuſmodi eſſentia ipſorum prius ſubſiſtat, deinde adueniat ei operatio ipſorũ: ita vt perueniat operatio ab ipſa ſola, non indigens organo, neque materia, propter hoc ꝙ eſſentia ſua ſubſiſtit pura ante operationem. Res autem cuius eſſentia exiſtit vel reperitur, & non operatio, deinde inuenitur ab eſſentia eius operatio per ſe: non indiget in ea inſtrumẽto, & materia: quare manifeſtũ eſt, ꝙ materia non eſt ſubſtantialis ei in re cum qua efficitur operans: neque eſt ei eſſentialis ex illa parte: neque res: qua efficitur operans, eſt ex rebus ſubſtantialibus ei, ita vt ſit pars diffinitionis eius, & ita vt materia etiam ſit pars de numero partiũ diffinitionis eius, aut ſit extrinſeca a diffinitione ipſius. Et ſi ita eſſet tunc eſſet poſsibile ꝙ quædam pars diffinitionis præcederet quandam aliam partẽ eius: aut pars diffinitionis præcederet ad id quod non eſt pars diffinitionis. Verum non eſt poſsibile vt illud quod non eſt pars diffinitionis, præcedat ad id quod eſt pars diffinitionis. Quare manifeſtum eſt ex hoc, Q ꝙ non eſt poſſibile omnino vt aliquid de numero eorũ, quorum eſſentia præcedit operationem ſuam, ſit habens eſſentiã non ſeparatam & operationem non ſeparatam. Et anima quidẽ humana non euacuatur quin, aut in eius intellectione ſuorum intelligibilium operetur mediante inſtrumento vel organo ſuo & materia ſua: aut operetur per eſſentiam ſuã: Sed dicamus ꝙ non ſit illud mediante organo neq; mediante ma-

P

Alia lr̃a. agere, vel ꝙ ab ea ꝑueniat actio. Et illa eius ſubſtãtia ꝑ cõparationẽ operationis eius ad ipſam eſt ei res talis

Alia lr̃a. agere, vel ꝙ ab ea ꝑueniat actio & ſubſtãtia eius illa ꝑ cõparationẽ operationis eius ad ipſam: eſt ei res ſubſtãtialis in quantũ ꝙ qñ exiſtit &c.

teriæ

teria omnino: quoniam anima rationalis intelligit organum ſuum, & eſſentiam ſuam, & intelligit [ꝙ ipſa intellexerit.] Et inter ipſam quidem animam, & inter ſuum organum & materiam, non eſt materia neque organum: Et nō eſt etiam inter ipſam animam, & inter eſſentiam ſuam, & intellectionem ſuam, organum aliud. Anima igitur rationalis quando

Alia litera. ſeipſam intellexiſſe.

R que intelligit per eſſentiam ſuam. & operatio eius quandoq; fit per eſſentiam ſuam ſolummodo. Neq; operatio eius illa
S eſt ſubſtantialis ipſi animæ intellectiuæ, quum eius eſſentia ſit ſeparata ab organo, & a materia: Et quia ſenſus non ſunt ſeparati a materia, in quibus ſunt, nō eſt poſſibile, ꝙ ipſi ſenſus ſentiant ſe ſentire cum organo: neq; ſentiant organum ſuum:
T quamuis ipſum ſit ſubſtantia ſenſata: neque ſenſus ſentiunt eſſentiam ſuam, neque ſenſationem ſuam. Et iterū ſi anima rationalis exiſteret in materia, tunc intelligibilia excellentia ſuper eā fortia in eſſe ſuo uel in intentione ſua, et multū imprimentia magnā facerēt impreſsionē in materia. quare debilitarēt ipſam virtutē in ellectiuā, & eā corrūperēt, ſicut uiſibilia fortia debilitāt uiſiuā uirtutē, et uiſum, īmo deſtruūt ipſam: & audibilia fortia ſimiliter nocent auditui. Sed res non eſt ſic in anima rationali. immo quanto magis reiterata & multiplicata fuerit intelligibilia fortia: tanto plus augetur virtus eius: Amplius. ſi anima rationalis exiſteret in materia: tunc ipſa poſt impreſsionem intelligibilium fortium in eam, non apprehenderet intelligibilia debilia propter dominium impreſſionis fortis ſuper materiam. ſicut oculus non videt res paruas exiſtentes in paruo lumine poſt impreſsionem factam a luce forti uel a lumine forti. Et auris non audit uoces paruas poſt ſtrepitus fortes, & voces fortes. Anima autē rationalis quan
V to intelligit intelligibilia fortia: tanto augetur virtus eius poſtea ſuper intellectionē debilē vel ſuper intelligibilia debilia. Et iterum, ſi aīa rationalis exiſteret in materia: tunc ipſa debilitaretur cum debilitatione materiæ de neceſsitate, & tunc ſenectus in omnibus diſpoſitionibus debilitaret virtutem ratio
X nalem, ſicut debilitat virtutes ſenſitiuas & motiuas exiſtentes in materia. Sed in multis ſenibus immo in plurimis ipſorū illuminatur virtus intellectiua, & fortificatur apud horā de
Y bilitatis corporis poſt annos quadraginta, quæ ætas eſt ſtatus

virtutum corporearum, & præcipue apud annos ſexaginta: in qua ætate corpus eam incepit debilitari. Anima ergo rationalis non eſt exiſtens in corpore Et iterum, omnia intelligibilia ſecūdum ꝙ ſunt ītelligibilia ſunt [a][quid unum,]uel ſunt in tētio una. Et nō eſt poſſibile vt forma [b][quę eſt ſpecies uel intentio in qua plura vniunt̄ uel conueniunt]ſit exiſtens in corpore omnino: quoniam omne corpus eſt diuiſibile. Et poſito ꝙ eſſentia [c][multorum]intelligibiliū multiplicetur: multa tamen ex ipſis intelligibilibus, ſicut unitas, & punctus, ſunt intētiones expoliatę a multitudine uel a multiplicatione, & non tolerant diuiſionem. Quomodo enim eſt poſſibile ꝙ huiuſmodi intelligibilia fundētur in re diuiſibili habente partes, & ꝙ in partibus eius ſint partes intētionis ītelligibilium: & [d][ꝙ partes ſpeciei intelligibilis ſint]cōformes uel proportionatæ partibus ſubſtantiæ intellectę [e][ſi fuerit quanta, tunc cū quātitate conformantur: & ſi fuerit cum intentione, tunc conformatur]cum intentione. Amplius, non quodlibet eſt diuiſibile per quantitatem: neque quodlibet eſt diuiſibile per intentionem. Et iterum vnum quodq; ex rebus quanuis multiplicetur ſecundum ſubſtātiam, tamen ſecundum diffinitionem vnam, quæ ei attribuitur uel appropriat̄: eſt ex eis quæ ſunt vnum in quo non eſt multitudo, quia neceſſarium eſt, vt ſecundum ꝙ illa res eſt vnificata, vel quid vnum: ꝙ partes eius ſint vnificatæ vel quid vnum: & illa multitudo deſtruatur in eis, & ꝙ ipſæ ſint reductæ ad inuicem vel in vnum collectæ: Et non eſt poſſibile vt ſit omnino in materia intentio aliqua iſtius conditionis ita vt ſint partes eius vnificatæ vel in vnū reductę [f][et ſubiectū eius ſit materia vnificata, vel materia habēs]partes vnificatas, & ꝙ corpus īgrediat̄ corpus: īmo oīs forma habēs partes in materia corpali, eſt diuiſibilis ī partes, & vnaquæq; pars eſt ſuper partes de per ſe. neq; ipſe partes poſſunt aliquomodo vnificari, & fieri vnū, quare manifeſtū eſt ꝙ ſpēs intelligibilis non eſt in materia. Concluſum eſt igit̄ ꝙ eſſentia hominis eſt ſubſtantia ſeparata exiſtens per ſe.

Alia lr̄a. a. vnificata.

Alia litera. b. vnificata, vl ſpēs vnificata

Alia lr̄a. c. quorūdā m.

Alia lr̄a. d. ptes q̄ dē ſpecierū intelligibilium ſunt.

Alia litera. e. q̄ ſi fuerit q̄ta vel hn̄s q̄titatē, ſeu ptes quantitatiuas tūc ptes ſpecierū p̄dictarū ꝯformant̄ eis cū q̄titate. Si vero fuerit intētiōalis vel hn̄s ptes, ſecūdū intentionē, tūc partes ſpērū p̄dictarū cōformant̄ p intentionem vel.

Alia lr̄a. f. cū diſpōne ſua ſit in materia vnificata, vel ī materia habēte

Declarationes ſuper Capitulo quinto.

IAM *autem attulimus etc. In hoc capitulo Auicenna probat ꝙ anima ſit per ſe ſubſiſtens uel exiſtere poßit abſque corpore, & ꝙ ipſa in eſſe exiſtere ſuo excuſatur a corpore & non indiget eo, & per conſequens* A

probat,ꝙ anima remaneat poſt mortem,& corpus eſt quid extrinſecum, ab anima,ꝙ ſupra in præcedenti capitu.promiſit probare.& Auicenna nititur demonſtrare concluſionē præmiſſam multis rationibus,quibus uiſis patebit animam poſt mortem remanere,& non indigere corpore. Vnde faciliter percipi poterit ꝙ mahad ſoli animæ conueniat,ſicut ſupra affirmatum eſt,& infra melius declarabitur:& hoc capitulum diuiditur in plures partes ſicut plures adducit rationes:partes patebunt ſuis locis. Nota quòd Sanctus Thomas contra gẽtiles libro.2.cap.51.probat ꝙ ſubſtautiæ intellectuales ſuut formæ per ſe ſubſiſtentes non materiales quaſi eſſe earum non dependeat à materia uide ibi.

B NON EST poßibile etc. hæc eſt prima ratio Auic.in quà præſuppouit duo. Primũ ꝙ non eſt poßibile ꝙ aliquod corpus habeat uirtutem infinitam omnino.Secundo,quod non eſt poßibile ut uirtus infinita ſit exiſtens in corpore &c.Et licet iſta duo uideantur importare idem, tamen ſunt diuerſa,quia corpus habere uirtutem infinitã eſt habere ipſam per ſe eſſentialiter,aut tauquam ſibi proprium,aut accidens.Sed uirtutẽ infinitam eſſe incorpore importat aliquid eße in corpus tanquam extrinſecum à corpore,ſiue illud ſit ſubſtantia ſiue aliud ab ea, litera eſt clara.

C AMPLIVS anima eſt infinitæ uirtutis:hæc eſt ratio confirmans præſuppoſitum Et Sanctus Thomas coutra gentiles libro ſecundo capit. 49.ubi probat ꝙ ſubſtantia intellectualis non eſt corpus, dicit in nullo corpore finito poteſt eſſe potentia infinita,ut ſupra libro primo cap.ibi ꝙ deus non eſt corpus &c. potentia autem intellectus eſt quodammodo infinita in intelligeudo, in infinitum enim intelligit ſpecies numerorũ & eas augendo, & ſimiliter ſpecies figurarum & proportionum infinitarum cognoſcit etiam uniuerſale ꝙ eſt uirtute infinitum ſecundũ ſuum ambitum, continet enim indiuidua quæ ſunt potentia infinita intellectus ergò uon eſt corpus etc. NEQVE eſt poßibile etiam ut ipſa anima ſit.

IN RE INDIVISIBILI de his,quæ comitantur corpus ſicut in puncto:in hac parte Aui. probat ꝙ anima non poteſt eße in re indiuiſibili de his quæ cõicant uel conſequuntur corpus, ſicut punctus & linea, & ſimilia,huiuſmodi.n.dicũtur cõſequi corpus, quia ſunt iu corpore terminantia ipſum corpus ſeu dimenſioues eius, & tamen non ſunt pars corporis,punctus enim licet terminet lineam,tamen non eſt pars lineæ: & dicimus ꝙ in linea ſunt puncta infinita.probat igitur hic Aui. quòd auima non ſit in puucto,quia anima non recipitur in corpore niſi mediante complexione,nam materia,ut ſupra dictum eſt,uon recipit animam,niſi materia ſit organizata,et cõplexionata pro forma humaua:ſed quia in puncto uon poteſt recipi complexio,ideo in puucto non poteſt recipi neque exiſtere anima intellectiua. SECVNDVM hanc ſemitam id eſt mediante complexione.

IMMO *non accidit &c. id eſt immo non accidit ipſi puncto uel indiuiſi* E
bili complexio aliqua, niſi ſecundum relationem et attributionẽ abſtracti
uam intellectus, id eſt niſi per accidens, & per reſpectum ad aliud, puta
per reſpectum ad corpus uel partem corporis, in quo eſt anima, nam ſi
in corpore prædicto & parte ipſius eſt complexio, & punctus ſit extremi
tas corporis prædicti, ſequitur quod in puncto ſit complexio per accidens,
& per reſpectum ad aliud, & intellectus non attribuit puncto & indiui-
ſibili complexionẽ niſi per relationem et reſpectum ad corpus uel partem
eius cuius punctus eſt extremitas, & non attribuitur ei. ſ. indiuiſibili cõ
plexio aliqua ſecundum intentionem rerum exiſtentium in eſſe firmo. i. ſe
cundum intentionem, qua aliquid attribuitur alicui per ſe, non per reſpe
ctum ad aliud: & hoc modo complexio accidit & attribuitur corpori com
poſito ex elementis, quia ei conuenit complexio per ſe & ſecundum eſſe,
non per reſpectum & attributionem abſtractiuam per reſpectum ad aliud
ab intellectu factum.

E T E S T *ut ſit extremitas, in hac parte declarat Auicen. qualiter* F
indiuiſibili non attribuitur niſi ſecundum relationem & per reſpectum
ad aliud non ſecundum intentionem rerum exiſtentium id eſt non per ſe.
Dicit enim Auicen.. & eſt ut ſit &c. id eſt et ꝙ *complexio attribuatur in*
diuiſibili ſecundum relationem ad alium eſt poſſibilé ponendo, quód pun-
ctus ſeu indiuiſibile prædictum ſit extremitas partis elementi, quod qui
dem elementum eſt ſimplex & eſt pars componens illud corpus, in quo
eſt anima: pars enim integralis dicitur ſimplex per reſpectum ad ſuum to
tum, & dicitur etiã elementum ipſius largo modo. Et ſicut ipſa pars, ſcili
cet elementi prædicta eſt extremitas corporis in ueritate, & per ſe: ſic di-
cendum, ꝙ *illud* ꝙ *fundatur in parte prædicta eſt extremitas per acci-*
dens, quia inhæret parti prædictæ, & corpori prædicto: quare huiuſmo
di inhærens corpori eſt quantum per quantitatem corporis. Albedo enim
inhærens corpori, & parti extremæ corporis eſt quanta per quãtitatem
corporis, cui inhæret, & talis albedo etiam eſt extremitas corporis per ac-
cidens quia inhæret parti corporis, quæ in ueritate eſt extremitas corpo-
ris. Similiter indiuiſibile ſicut pũctus eſt accidẽs inhærẽs parti extremæ
corporis, & eſt extremitas p accñs, quia eſt quantũ & extremũ rõne par
tis corporis cui inhæret, & quæ in ueritate eſt pars extrema corpis. Et ſi-
cut eſſe extremitas corporis nõ attribuitur pũcto per ſe et ſecundũ inten
tionem rerum exiſtentium in eſſe, ſed attribuitur per accidẽs ſecundũ re
laiionem & reſpectum abſtractiuũ, ut dictum eſt, ſimiliter complexio ali-
qua non accidit uel non attribuitur puncto et rei indiuiſibili ſcilicet pun
cto, niſi per accidens & per reſpectum ad partem corporis, cui inhæret
punctus & hoc eſt ꝙ *uoluimus dicere in hac ratione.*

PRAETEREA *punctus habet ſitum hæc eſt alia ratio per quam* G.

probat

probat quòd uirtus infinita, & anima quæ eſt uirtus infinita non ſit in re indiuiſibili, puta in puncto. Nam pũctus habet ſitum: anima uero non habet ſitum nec per ſe nec per accidens: ergo anima non eſt in re indiuiſibili nec in puncto. ET DEMONSTRATIO *illius, id eſt demonſtratio, quòd anima non habeat ſitum: eſt, quoniam intentio intelligibilis & ſpecies intelligibilis non habet ſitum, quia ipſa abſtrahit a ſitu & loco, cũ ſit ſpecies intelligibilis uniuerſalis, quæ abſtrahit ab hic et nunc & ab omni particularitate: talis autem ſpecies intelligibilis recipitur in anima, & omne, quòd recipitur, non recipitur niſi ſecundum modum recipientis, ergo ſi talis ſpecies intelligibilis abſtrahat à materia, & à quãtitate & à ſitu, aliter non eſſet ſpecies intelligibilis uniuerſalis, ſequitur quòd aĩa recipiẽs talem ſpeciẽ ſit abſtracta à materia et à quantitate & à ſitu: ꝓbatur aũt, quòd ſpecies intelligibilis nõ habeat ſitũ, quoniã ſi haberet ſitũ, tũc aut habet ſitũ, qui digito poteſt demonſtrari. ſ. quod ſit ſituata in hoc uel in illo loco ad ſenſum manifeſto, aut habet ſitum per comparationem partium adinuicem, puta ſitum quadratum, aut triangularem, aut ſitum ſuperiorem uel inferiorem, & ſic de aliis. Et punctus quidem habet ſitum ſecundum intentionem primam, quia poteſt demonſtrari quòd ſit in hoc uel in illo loco. in quo eſt pars corporis uel quantitatis, cuius punctus eſt terminus uel extremum, & punctus non habet ſitum ſecundum intentionem ſecundam, quia non habet ſitum triangularem qui ſitus reſultat ex ordinatione partium ad inuicem. Quod ſi ſpecies intelligibiles haberent ſitum ſicut punctus ſcilicet habet ſitum de intentiõe prima, tũc ipſe ſpecies eſſẽt ipſimet termini rerũ ꝑ ſe in ſpaciis uel in dimenſionibus, aut per accidens, quia inhærerẽt alicui, ꝙ terminat ſpatiũ uel dimẽſionẽ: ſi ergo ſpẽs intelligibiles haberẽt ſitũ ſicut punctus, ſequitur quod ipſe haberẽt naturã puncti: & ſic ſicut punctus terminat in dimenſionibus, ita & ſpecies intelligibiles eſſent termini. Et ſic qualibet ſpecies intelligibilis conſiderata ad id &c. id eſt qualibet ſpecies intelligibilis cauſata a re, quæ ĩhæret materiæ eſſet extremum illius rei per reſpectum ad illam rem, cuius eſt ſpecies, & hoc eſt falſum: quare &c. Vel ſecundum aliam literam. Quod ſi formæ intelligibiles ſeu animæ. i. ſi animæ haberent ſitum, ſicut punctus, tunc ipſæ animæ eſſent animæ eorum quæ ſunt per ſe, aut quæ ſunt extrema per accidens: & ſic animæ non eſſent animæ & formæ corporũ, ſed eſſent animæ indiuiſibilium, & punctorum, et extremorum, quia animæ haberẽt ſitum, ſicut pũctus: & conuenit cum ipſius diſpoſitione, & ſic qualibet forma intelligibilis & anima per reſpectum ad rem aliquam fundatam in materia in qua dicimus eſſe animam, eſſet extremum illius rei, & eſſet forma illius extremi indiuiſibilis, & non forma corporis: hoc autem eſt falſum, quare omnino eſt dicendũ, ꝙ anima habeat ſitum, aut ꝙ ſpecies intelligibiles habeant ſitũ, ſicut pũ-*

ctus. SI VERO *ſpecies intelligibiles habeant ſitum de intentione ſe-*
cunda. In hac pte probat, ꝙ ſpecies intelligibiles non habent ſitum etc.
quia tunc haberent magnitudinem & quantitatem, & ſic ſpecies intelli
gibilis hominis in uniuerſali haberet quantatem &c. ſed talis ſpecies
hominis eſt hominis eſſentia una, in qua omnia ſingularia hominis conue-
niunt; ſequitur ꝙ ſi talis ſpecies & talis eſſentia una habet in intellectu
quantitatem; tunc omnia indiuidua hominis conuenirent in una quanti-
tate & haberent unam quantitatem, nam quantitas in homine percepto
ab intellectu in uniuerſali oportet, ꝙ correſpondeat uel ſit proportio-
nata quantitati ad extra, ſicut ergo in eſſentia hominis percepta ab in
tellectu eſt quantitas communis, ita oportet ꝙ ad extra ſit illa quantitas,
in qua omnes homines conuenirẽt, ꝙ eſt falſum. ET HAEC *quidem de* I
mõſtratio. Pro declaratione iſtius ſciendum, ꝙ Auicenna ſupra poſtquã
demonſtrauit animam non eſſe in corpore ſubiungit dicens, ꝙ nec eſt poſ
ſibile ipſam eẽ in puncto: et hoc pluribus rationibus declarauit, ut ſupra
uiſum eſt, In hac parte dicit, ꝙ demonſtratio præcedens non ſolum affir
mat ſpeciem intelligibilem: uel ſecundum aliam literam formam intelle-
ctualem non poſſe eſſe in puncto, immo ꝙ non eſt poſſibile ipſam eſſe in cor
pore, & in quolibet habente ſitum per ſe, quæ ſunt de his, quæ habent
quantitatem: quare ex ſupradictis manifeſtum eſt, ꝙ anima in qua recipi
tur ſpecies intelligibilis uniuerſalis abſtracta a ſitu & quantitate, eſt ſe-
parata a materia, & non eſt de numero eorum, quæ ſenſu demonſtrantur
eſſe hic uel illic, neque anima & ſpecies intelligibilis eſt terminus uel ex
tremitas rei, ſicut eſt punctus, neque etiam eſt de numero eorum, quæ ſunt
in loco omnino. Ex præmiſſis ergo patet, quod anima non eſt in corpore,
neque in ſitu, neque in loco, neque in puncto, neque in aliquo indiuiſibili:
anima ergo eſt ſeparata a materia, et ĩ eſſe ſuo exiſtere nõ indiget corpe.

FORMAE *autem ſenſibiles uel ſpecies ſenſibiles. In hac parte re* K
ſpondet tacitæ obiectioni, & ponit differentiam inter ſpeciem intelligi
bilem, & ſpeciem ſenſibilem, quia licet ſpecies intelligibilis non habeat
ſitum, neque quantitatem ut dictum eſt, tamen ſpecies ſenſibilis habet
quantitatem, & ſitum, quia non ſunt uniuerſales, ſicut ſunt ſpecies intel
ligibiles, & neceſſariũ eſt ut ſicut ſenſata ſunt quanta, et habentia quan
titatem, & ſitum, ita ſpecies ſenſibiles impreſſæ à rebus ſenſatis in orga-
no uiſus, puta in glaciali humiditate oculi habeant quantitatem, & ſitũ
conformem quantitati rerum ſenſatarum ab extra, quæ imprimunt ſpe-
cies in oculo. Exempli gratia, quando aliquod corpus rubeum imprimit
ſpeciem ſuam in humiditate glaciali oculi, & ꝙ uidetur tunc in oculo uel
in glaciali eſt ſpecies corporis rubei habẽs quantitatem, & ſitũ conformẽ
quantitati & ſitui corporis rubei ad extra: ꝙ declaratur, nam ſi corpus
rubeum prædictum eſt tripedale, & oculus uideat & diſcernat eſſe tripe

dale. Et ſi corpus album minus quam corpus rubeum puta pedale uideatur: & corpus aliud maius quàm corpus rubeum, puta quadrupedale uideatur, tunc oculus non poteſt uidere corpus maius et corpus minus quàm tripedale: niſi quodlibet illorum de perſe imprimat ſpeciem ſenſibilem ſibi proportionatam & conformem, & per conſequens oportet quod corpus tripedale imprimat ſpeciem quantitatis tripedalis: & pedale imprimat ſpeciem pedalis &c. quare corpus rubeum imprimit ſpeciem ſenſibilem habentem quantitatem in oculo conformem quantitati corporis rubæi ad extra, & ſicut dictum eſt de corpore rubeo, ita dicatur de corpore maiori, & minori, quàm corpus rubeum, Quodlibet enim iſtorum quãdo uidetur, tunc in oculo exiſtit ſpecies ſenſata impreſſa ab unoquoque, & habens quautitatem conformem unicuiq; illorum: Corpora ergo uiſibilia, quando uidentur ſi ſunt diuerſimode coloratæ & diuerſarum quantitatum, imprimunt in oculo & in glaciali diuerſas ſpecies colorum & diuerſas ſpecies quantitatum, & unumquodque per ſe ſicut imprimit ſpeciem propriam coloris, ita etiam imprimit ſpeciem propriam quantitatis conformem quanti'ati corporis ſenſati: & hæc omnia uerificantur, quando corpora prædicta ſunt in eadem diſtantia; quia ubi corpus magnum uideretur in magna diſtantia, & corpus minus in diſtantia propinqua: tunc ſpecies ſenſata corporis magui non correſponderet quantitati ad extra propter diſtantiam &c. ubi ergo diuerſa corpora diuerſorum colorum, & magnitudinum, in eadem diſtãtia uideantur, tunc quælibet ſpecies illorum impreſſa in oculo ab eis: habet quantitatem propriam uel ſpeciem quantitatis conformem quãtitati cuiuslibet illorum corporum ad extra: quia ergo ſpecies ſenſibilis in organo ſenſus eſt habens quãtitatem, ideo talis ſpecies ſenſibilis non eſt uniuerſalis. ſpecies autem intelligibilis eſt uniuerſalis, & ideo non habet ſitum, neq; quantitatem, quia ſpecies uniuerſalis abſtrahit ab hic & nunc. Et ſi dicatur ꝙ intellectus intelligens aliqđ pticulare, puta indiuiduũ hoĩs itelligit quãtitatẽ pticularẽ, ergo p ſpeciẽ pticularẽ datur ſpẽs intelligibilis pticularis illius indiuidui hoĩs, et talis ſpẽs habet quãtitatẽ cõformẽ quãtitati pticulari illius hoĩs, ergo ſpecies intelligibilis habet quãtitatẽ, ſicut ſpẽs ſenſibilis: dicẽdũ ꝙ intellectus non intelligit per ſe primo niſi uniuerſalia per ſpecies uniuerſales abſtractas ab intellectu agente à conditionibus particularibus, & ſi intelligit particulare puta indiuiduum hominis: puta hunc hominem non intelligit niſi per reflexionem, ut omnes philoſophi affirmant quare etc. Redeundo ad propoſitum: ſpecies ſenſibiles in glaciali habent ſitum, & quantitatẽ correſpondẽtem quautitati & ſitui, ad extra, ut dictũ eſt, ſed ſpecies intelligibiles non habent ſitum, ſi enim haberent ſitum, tũc neceſſarium eſſet, ut res ſeparatæ a materia haberent ſitum, ſitus proportionatos ſpeciebus ſuis intelligibilibus in intellectu exiſtentibus, quas ſpecies

intelligibiles tu dicis habere ſitum in intellectu: ſicut enim ſpecies ſenſibiles habent ſitum & quantitatem correſpondentem ſitui et quantitati ſenſatorum ad extra, & ſicut res ſenſata ad extra habet ſitum & quantitatem, ita ſpecies ſenſibiles ſunt habentes ſitum & quantitatem correſpondentē &c. Eodē modo dicatur, ꝙ ſi ſpecies intelligibiles in anima exiſtentes habent ſitum, oportet ꝙ ſpecies intelligibiles rerum ſeparatarū a materia ab anima intellectarum habeant ſitum in anima, & per conſequens ꝙ res ſeparatæ a materia extra animam haberent ſitum conformem ſitui ſpecierum intelligibilium ſuarum in intellectu exiſtentium: ſpecies .n. intelligibiles in intellectu eius oportet ut ſint cōformes rebus ad extra ītellectis, & imprimentibus ſpecies intelligibiles ſibi proprias & conuenientes: Res autem à materia ſeparatæ non habent ſitum, & non habent niſi unum eſſe tantum, quod eſt eſſe intelligibile: eſſe enim ipſarum eſt eſſe intelligibile tantum, quia eſſe ſuum non imprimit niſi in intellectu ſpecies & non in ſenſu, ſicut faciunt res materiales ſenſatæ, quæ imprimunt ſpecies in ſenſu & in ītellectu, ſed alio & alio modo, quare res materiales habent duo eſſe ut infra declarabitur, ſed res à materia ſeparatæ non habent niſi unū eſſe, quod eſt eſſe intelligibile. & propterea eſſe ſuum correſpondet & conformatur ſpeciebus ſuis in intellectu exiſtentibus: ſi ergo ſpecies intelligibiles ſuæ prædictæ habent ſitum in intellectu, ſequitur ꝙ res ſeparatæ a materia haberent ſitum ab extra, quod eſt falſum, ut patet, ergo ſpecies intelligibiles non habent ſitum, & per conſequens non poſſunt recipi niſi in ſubſtantia ſeparata a ſitu & à quantitate. Anima ergo intellectiua, in qua recipiuntur ſpecies intelligibiles, non habet ſitum neque quantitatem &c.

ET NON *ualet ſeu non uerificatur, contrarium iſtius ſermonis. In* L
hac parte Auicenna reſpondet tacitæ obiectioni: aliquis enim poſſet ex argumento ſupradicto quod res ſenſatæ ad extra non haberent ſitum ꝙ eſt falſum, ſicut enim ſupra argutum eſt affirmatiue, ꝙ ſi ſpecies intelligibiles haberent ſitus in intellectu, tunc neceſſarium eſſet, ut res ſeparatæ à materia ab intellectu perceptæ haberent extra animum ſitus proportionatos et conformes ſitibus ſpecierum ſuarum in intellectu, ita poſſet argui negatiue, quòd ſi ſpecies intelligibiles ſenſatorum non haberent ſitus in intellectu, tunc neceſſarium eſſet, ꝙ res ſenſatæ ad extra non haberent ſitus, ut ſit conformitas inter res ſenſatas & inter ſpecies intelligibiles rerum ſenſatarum ſibi correſpondentes & in intellectu exiſtentes: ſi ergo ſpecies intelligibiles rerum ſenſatarū in intellectu nō habent ſitum: ſequitur res ſenſatæ ad extra non haberent ſitum, aliter non eſſet conformitas inter ſpecies intelligibiles rerum ſenſatarum in intellectu exiſtentes & inter res ſenſatas cauſantes in intellectu ſpecies intelligibiles prædictas: ſed falſum eſt ꝙ res ſenſatæ ad extra non habeant ſitum, ergo argumen-

*tum ſupradictum affirmatiuum non ualet, quòd ſi ſpecies intelligibiles ha-
berent ſitum, tunc res ſeparatæ a materia haberent ſitum.* Reſpondet Aui
*cenna, quod licet argumentum affirmatiuum concludat & ualeat, ta-
men contrarium iſtius ſermonis, id eſt argumentum factum negatiuum
ex propoſitionibus negatiuis, quæ ſunt cōtrariæ propoſitionibus affirma
tiuis ſupradictis non ualet, et non uerificatur, quia omne ſenſatum habet
duo eſſe, quorum unum eſt eſſe quo habet eſſe ſenſatum uel perceptum a
ſenſu, & tale eſſe ſenſati ſecundum ꝙ a ſenſu percipitur eſt aliud ab eſſe
intellecto ipſius, id eſt ē aliud ab eſſe ipſius ſenſati ſecundum ꝙ ſenſatum
ab intellectu percipitur, nam eſſe ſenſati ſecundum quòd a ſenſu percipi-
tur eſt eſſe quantum, & quale & habens ſitum, & quid particulare: ſen-
ſus enim non percipit niſi ſingulare, quod imprimit uerbi gratia in oculo
ſpecies coloris, & quantitatis, & ſitus, & ideo eſſe ſenſati puta huius colo
rati ſecundum ꝙ ab oculo percipitur eſt habens ſitum, & ſpecies colorati
prædicti eſt particularis non uniuerſalis, & eſt habens ſitum, conformem
ſitui rei coloratæ ad extra ut ſupra dictum eſt: ſed eſſe ſenſati ſecundum,
eſt eſſe intelligibile, uel eſſe ab intellectu perceptum, & tale eſſe non ha-
bet ſitum, immo abſtrahit à ſitu & ab omni conditione particulari, ſi-
cut enim ſenſatum ſecundum quòd a ſenſu percipitur, & ſecundum quod
imprimit ſpeciem in ſenſu eſt habens ſitum, & eſt particulare, & ſpecies
ſenſibilis eius non eſt uniuerſalis, ſed particularis, ita eſſe ſenſati ſecun-
dum quod ab intellectu percipitur eſt eſſe aliud, & diuerſum ab eſſe ſen-
ſati ſecundum quod a ſenſu percipitur, quia eſſe ſenſati ſecundum quod
ab intellectu percipitur abſtrahit a ſitu, & ab omni cōditione indiuidua
li, & imprimit in intellectu ſpeciem intelligibilem uniuerſalem,* Dictū
*eſt enim ſupra quod intellectus per ſe & prius intelligit uniuerſalia, &
cognitio uniuerſalis præcedit particularem, & non cognoſcitur particu-
lare ab intellectu niſi per reflexionem: ſi ergo cognitio rei in uniuerſali
præcedit particularem, ut patet per philoſophum primi phiſicorum, ſe-
quitur quod eſſe ſenſati ſecundum quod ab intellectu per ſe, et primo per-
cipitur non habet ſitum, neque eſt particulare, immo abſtrahit a ſitu,
et ab omni re particulari, aliter intellectus non intelligeret ipſum primo
in uniuerſali.* Ex *quibus patet ꝙ eſſe ſenſati ſecūdum quod a ſenſu per-
cipitur eſt aliud, & diuerſum ab eſſe ipſiuſmet ſenſati ſecundum quod ab
intellectu percipitur, quare uerum eſt, quod omne ſenſatum habet duo eſ
ſe, unum eorum eſt eſſe ſecundum quod a ſenſu percipitur, & tale eſſe eſt
particulare habens ſitum. Alterū uero eſſe ſenſati eſt eſſe ſecundum quod
ab intellectu percipitur, & tale eſſe non habet ſitum neque habet aliquā
conditionē particularē, quare ueritas eſt, ꝙ ſpecies intelligibiles ſenſato
rū ſunt conformes eſſe ipſorū denudato a ſitu: ſicut enim ſpecies intelligi
biles ſenſatorū ſunt denudatæ a ſitu, & non habent ſitum, quia ſunt uni*

uerſalis abſtrahentes a ſitu, ut ſupra dictum eſt, ita eſſe ſenſatorum ſecundum quod ab intellectu percipiuntur eſt non habens ſitum, & eſt eſſe denudatum a ſitu, & ab omni cõditione indiuiduali. Et ſic ex prædictis patet reſponſio ſupradicta ad obiectionem tacitam, non enim ſequitur ſpecies intelligibiles ſenſatorum in intellectu non habent ſitus, ergo res ſenſatæ ad extra abſolute non habent ſitus. quia ut dictum eſt ſenſatum habet duo eſſe, quorum unum eſt eſſe ſecundum quod a ſenſu percipitur & res ſenſata uel ſenſatum ſecdũum tale eſſe habet ſitum. Eſſe ſenſati ſecundum quod ab intellectu percipitur non habet ſitum: non ergo ualet conſequẽtia, ſpecies intelligibilis rei ſenſatæ in intellectu non habet ſitum, ergo res ſenſata abſoluta nõ habet ſitum. ſed qualiter ſpecies intelligibiles ſenſatorum ſint conformes eſſe ipſorum denudato a ſitu, & qualiter eſſe ſenſati ſecundum quod ab intellectu percipitur non habeat ſitum declaratur, quoniam ſicut in homine hoc ſunt duæ naturæ cõiunctæ ſcilicet natura accidentis, & natura quantitatis, & licet ſecundum rem, & ſecundum eſſe in re natura accidentis ſit coniuncta, dum uiuit hic homo, cũ natura ſubſtãtiæ, & econtra tñ eſſe ſubſtantiæ ẽ aliud ſecundũ naturam ab eſſe accidentis. ſimiliter ſicut natura hominis ſecundum rem ſit coniuncta cum ſitu, & alijs conditionibus indiuiduantibus diſtinctis a natura hominis: tamen eſſe hominis ſecundum naturam ſuam eſt aliud ab eſſe cõditionum indiuiduantium: & ſicut etiam ſubſtantia ſecundum ſuam naturam non habet accidens, ſed eſt denudata quantum ad ſuam naturam ab accidente, & natura hominis in ſe eſt denudata a ſitu, a conditionibus indiuiduantibus, ſimiliter coloratum licet ſecundum rem ſit coniunctum cum hoc uel illo ſitu particulari & cum alijs qualitatibus & conditionibus indiuiduantibus coloratum, tamen coloratum uel aliud ſenſatum ſecundum naturam diſtinguitur a ſitu particulari et a conditionibus indiuiduantibus prædictis: quia color diſtinguitur ſecundum naturam a ſitu & a conditionibus prædictis, quare ſenſatum & coloratum habent duo eſſe unum eorum eſſe coloris & colorati cum hoc ſitu uel illo & hac quantitate uel illa. Eſſe uero coloris & colorati ſecundum quod diſtinguitur ſecundum naturam a ſitu & a quantitate hac uel illa, eſt eſſe denudatum a ſitu & huic eſſe colorati ſecundo denudato & diſtincto a ſitu ſecundum naturam conformatur ſpecies intelligibilis colorati. Et ſicut patet qualiter ſpecies intelligibiles ſenſatorum ſunt conformes eſſe ipſorum denudato a ſitu, & ſicut ſpecies intelligibiles ſenſatorũ non habet ſitum: ita eſſe ipſorum ſecundum quod intelligitur & cui ſunt conformes ſpecies intelligibiles ſenſatorum eſt denudatum a ſitu & non habet ſitum. & ſicut ſubſtantia eſt realiter & ſecundum naturam denudata, ideſt diſtincta ab accidente licet ſecum ſit accidens coniunctũ, & ſicut ſpecies intelligibilis ſubſtantiæ eſt denudata ab accidente, ita et ſubſtantia ſecundum quod in-

telligitur in ſui natura, eſt denudata uel diſtincta ab accidente, aliter enim ſpecies intelligibilis ſubſtantiæ non conformaretur ſubſtantiæ intellectæ, ſimiliter etiam color uel coloratum eſt denudatum realiter & ſecundum naturam ab hoc ſitu uel illo, & ab hac uel illa particulari quantitate, & ſpecies intelligibilis coloris uel colorati ſicut eſt denudata a ſitu & ab hac uel illa quantitate, ita coloratũ, & ſenſatum ſecundum quod intelligitur & cui conformatur ſpecies intelligibilis, eſt denudatum a ſitu & non habet ſitum. Redeundo autem ad argumentum principale de ſpecie intelligibili dicatur, quod quia demonſtratum eſt ſpecies intelligibiles non habere ſitum & eſſe ſpecies uniuerſales abſtrahentes ab omni quantitate, & ſitu &c. Sequitur, quod anima intellectiua ſit denudata a ſitu & a quãtitate & a materia, nam ſi tales ſpecies intelligibiles prædictæ recipiuntur in anima, & omne quod recipitur ſecundum modum recipientis, ſequitur, quod ſi ſpecies intelligibiles ſunt denudatæ a ſitu & quantitate & a materia, quod anima recipiens ſpecies prædictas ſit etiã non habens ſitum, neq; quantitatem & quod ipſa non ſit immerſa in materia, neque ſit in puncto, neque in aliquo indiuiſibili ut ſupra declaratum eſt.

M E T EX *eis quæ uerificant quod anima &c. In hac parte Auic. demonſtrat, quod anima per ſe exiſtat non in materia, id eſt non inhærens materiæ. Et arguit ſic: operatio intellectiua ipſius animæ, aut eſt proueniens ab eſſentia ſola ipſius animæ, quæ non indiget in tali operatione re alia ab eſſentia ſua, quæ res ſit ei organum & inſtrumentum. Aut operatio eius intellectiua fit cum inſtrumento uel organo & corpore, in quo ipſa exiſtit, q. ſi illa operatio prædicta prouenit ab eſſentia ſua tantum, tunc ipſa anima habet eſſentiam, & eſſe ſimplex per ſe, ſi enim anima nõ haberet eſſentiam ſimplicem per ſe uel puram per ſe, tunc ipſa non haberet operationem prouenientem ab eſſentia ſua ſola: operatio enim eſt poſt eſſentiam, ſicut ergo operatio eius prouenit ab eſſentia ſua pura ſolum, ſequitur quod eſſentia animæ habet eſſentiam purã per ſe non dependentem a materia uel a corpore. Et ſi eſſentia, eſt per ſe ſeparata, ſcilicet a corpore, eſt concedendum et poſſibile ut ſit operatio intellectiua animæ per ſe ſeparata a corpore, licet non ſit ſeparata ſecundum eſſe: Qualiter autem ſit concedendum quod operatio intellectiua animæ ſit per ſe ſeparata a corpore, licet non ſecundũ eſſe, declaratur, quia multa ſunt quæ ſunt ſeparata per ſe, & ſecundum naturam ſuam: et tamen ſecundum eſſe non ſunt ſeparata, riſibilitas enim per ſe eſt ſeparata, & diſtincta ab homine, tamen ſecundum eſſe non eſt ſeparata ab homine, cum ſit accidens inſeparabile: ſimiliter ſubſtantia corporea per ſe & ſecundum naturã ſuam ſeparatur ab accidente, non tamen ſecundum eſſe. Eodem modo dicatur quod operatio animæ intellectiua prouenit per ſe ab eſſentia ani=*

me pura tantum, et per ſe non dependet a materia, uel ab organo corporali, & operatio intellectiua animæ propter hoc eſt per ſe ſeparata a materia, & ab organo corporali, conſiderando operationem intellectiuam ſecũdum ſe, & in natura ſua, & conſiderando animã in ſua natura, a qua per ſe prouenit talis operatio intellectiua, tamen conſiderando animam prout eſt in corpore tanquam forma ſubſtantialis, non forma inherens materiæ, ſecundum hoc dicimus, q̃ pro illo tempore, quo anima unitur corpori eſt uerum, q̃ anima eſt per ſe, ideſt ſecundum naturam, & rem ſeperata a corpore, quia anima eſt res alia a corpore, tamen non eſt ſeparata ſecundum eſſe, ita, uerum eſt dicere q̃ operatio intellectiua animæ p̃ tunc licet ſit per ſe, & eſſentialiter ſeparata a materia, & a corpore, non tamen eſt ſeparata ſecundum eſſe. Et *licet operatio intellectiua quantum ad eius acquiſitionem, & aduentum, & originem ſuam dependeat aliqualiter ab organo iuxta dictũ philoſophi primo poſteriorũ: omnis noſtra cognitio ortũ habet a ſenſu, & in lib. de anima neceſſe eſt intelligentem phantaſmata ſpeculari &c. tamen acquiſita ſcientia, ut alicuius concluſionis de aliquo uniuerſali, & habituata anima circa talem ſcientiam, tunc anima exire poteſt in actum cognitionis illius ſcientiæ per ſe abſq; dependentia a corpore, & phantaſmatibus, & anima ſeparata a corpore, ſi erit habituata aliquibus ſcientijs, tunc intelliget concluſiones illarum ſcientiarum per ſe non indigens organo, neq; phantaſmatibus.* Apparet *ergo qualiter concedendum ſit q̃ operatio intellectiua animæ ſit per ſe ſeparata a corpore, et ab organo licet non ſecundum eſſe.* Et *ſi cõcedetur q̃ operatio intellectiua ſit ſeparata etiam ſecundum eſſe a corpore, multo magis conueniens eſt, ut concedatur, q̃ anima exiſtit ſecũdum eſſe ſeparata a materia, & a corpore, quia nõ eſt poßibile, q̃ eſſentia animæ, licet ſit per ſe ſeparata a corpore, ſit tamen ſecundum eſſe ſeparata, & q̃ operatio animæ ſit per ſe, & ſecundum eſſe ſeparata a materia, & a corpore, quia operatio, ut dictum eſt, præſupponit eſſentiam, & eſt poſt eßentiam.*

QVOD SIQVIS *contradicens arguat.* In *hac parte* Auic. *arguit contra argumentum ſuperius adductum, poſtea ſoluit ipſum.* Et *contradictio eſt iſta.* Di*ctum eſt enim ſupra, quòd ex hoc, quòd operatio intellectiua animæ prouenit tantum ab eſſentia animæ abſque organo &c.* Demonſtratur *animam hĩc eſſe exiſtere ſimplex per ſe, non inherens materiæ, neque indigens corpore &c.* Dicit *ergo* Auicenna, *quòd contradicens poßet arguere, quòd demonſtratio prædicta non ualet, quoniam operatio naturæ in re graui, quæ eſt mouere, uel motio; prouenit tantum ab eßentia naturæ, & non a materia, quia materiæ ineſt ſolum moueri, & ei non conuenit niſi pati, & moueri, ſed principium motus effectiuum, & motio, uel mouere ineſt, & attribuitur tantum ipſi naturæ, quare mouere, ſeu motio eſt operatio ſeparata, ſcilicet a materia non procedens a*

materia, ſed ꝓueniēs ſolū ab ipſa natura, et tū oēs cōcedūt, ꝙ natura ē forma materialis depēdēs a materia: ſicut ergo nō ſeqtur opatio naturæ, quæ eſt motio, uel mouere, prouenit tantū a natura, & nō a materia, ergo natura non eſt forma materialis. Eodem modo non ſequitur operatio intellectiua animæ per ſe prouenit ab eſſentia animæ tantū nō a corpore, uel ab organo, ergo anima non eſt forma materialis, neque inherens materiæ, immo eſt forma, & eſſentia per ſe exiſtens non indigens materia, & corpore: argumētū nō ualet, & ſic demonſtratio prædicta Auicen. *non ualet.* Reſpondetur *quòd operatio naturæ eſt motio, uel principium motus, & talis quidem operatio eſt inſeparabilis, nam infra dicetur, quòd ubi ponitur natura, ibi ponitur eius operatio, niſi ſit prohibens, ubicunque enim ignis reperitur, ibi etiam reperitur operatio ignis, quæ eſt calefacere, & ubi ponitur natura grauis, ibi ponitur operatio grauis quæ eſt deorſum deſcendere* QVONIAM ESSENTIA *motus &c. hic declarat, quare operatio naturæ, quæ eſt motio, uel principium motus, eſt inſeparabilis a natura, quoniam eſſentiæ motus ideſt quoniam ipſæ motus eſſentialiter eſt in materia, & motio eſt motus per ſe, quamuis diuerſificentur reſpectiuæ, motio enim eſt idem quod motus, ſed tamen motio differt a motu per reſpectum, nam motio dicit reſpectum, prout cauſatur a natura, & a principio mouente, & motus dicit reſpectum prout recipitur in re mota. Et eſſentia motionis, uel motio ipſa eſſentialiter quæ eſt eſſe relatiuum, non habet eſſe per ſe ſubſiſtere per ſe, & non habet eſſe in mouente, ſed in re mota, quare cum natura ſit forma materialis, & ſit in materia, & ab ea proueniat motus, qui recipitur in materia, & materia ſemper ſit de ſe apta recipere, cum ipſa eſſentialiter ſit principium paſſiuum, & natura ſit principium actiuum, quod quidem principium actiuum nunquam ab ipſa natura ſeparatur, ſequitur, quòd operatio naturæ, quæ eſt motio, uel eſſe principium motus nunquam ab ea ſeparatur. E tiam dictum eſt, in libro philoſophiæ* Auicē. *noīato alſemba, quod ipſa natura eſt operatio, ideſt eſt uirtus, ad quam ſequitur operatio, deinde quod ipſa ſcilicet uirtus, uel natura ſit impreſſa, uel immerſa in materia, & quod materia patitur ab ea ſcilicet natura, uel uirtute propter præſentiam ipſius ſcilicet naturæ in ea ſcilicet materia, quoniam eſſe ipſius ſcilicet naturæ eſt facere, uel agere, uel quòd ab ea proueniat actio.*

O ET SVBSTANTIA *eius illa, ideſt, & hoc ſ. naturam facere, uel ꝙ a natura proueniat actio per comparationem operationis ad ipſam, id eſt conſiderando, ꝙ mouere eſt opus ipſius naturæ. Eſt ei res ſubſtantialis, ideſt attribuitur ei naturæ tāquam res ſubſtantialis, & tanquā quoddam accidens ei ſubſtantiale. i. inſeparabile ita, ut quando exiſtit, & reperitur ſubſtantia ipſius naturæ, inuenitur etiam operatio naturæ, quare,*

ut dictum eſt, operatio naturæ eſt inſeparabilis a natura, ita, ut ſubſtantia naturæ non præcedat per tẽpus operationem ipſius naturæ. Calefacere enim eſt operatio ignis inſeparabilis ab eo, & quàm primũ exiſtit ignis, tam cito exiſtit eius operatio, dummodo paſſum ſit diſpoſitum, & non ſit ibi prohibens: & ſicut diximus de igne, ita, dicatur de alijs naturalibus, in quibus operatio ipſorum eſt eis eſſentialis, & ab eis inſeparabilis, & eſt etiam operatio ipſorum inſeparabilis a materia eorum, ita operatio ipſorum non poteſt fieri niſi mediante materia.

NOS VERO *hic non loquimur de his quæ currunt hoc curſu. ideſt de his, quæ ſupra dicta ſunt quæ ſic ſe habent, ꝙ operatio ipſorum eſt ab eis inſeparabilis, ita, ut quando reperitur eſſentia ipſorum, tunc etiam reperitur ipſorum operatio, immo loquimur dixit* Auicenna, *in hoc capitulo de his, quorum operatio non eſt ſua eſſentia, ſed eorum operatio eſt res conſequens eorum eſſentiam, non de neceſſitate quoniam loquimur hic de anima rationali, cuius operatio maxime intellectiua non eſt eſſentia animæ rationalis, neq; eſt inſeparabilis ab eſſentia eius, ſed operatio animæ intellectiuæ eſt conſequens eſſentiã animæ non de neceſſitate: anima enim intellectiua quandoq; intelligit, & quandoq; non intelligit, & eſſentia animæ intellectiuæ præcedit operationem ipſius. ſ. præcedit intellectionẽ. Illa uero quæ ſupra dicta ſunt. ſ. naturalia corpora inanimata ſic ſe habẽt ꝙ ubi reperitur eorum eſſentia, illic etiam reperitur eorũ operatio, neq; oportet, ꝙ iſtorum eſſentia præcedat operationem eorum, ita, ꝙ corporum prædictorum eſſentia prius ſubſiſtat, deinde adueniat ei operatio, ita, ꝙ operatio ipſorum proueniat ab ipſa ſola eſſentia corporum prædictorum naturalium non indigens organo, neq; materia propter hoc, ꝙ eſſentia. i. propter hanc cauſam, ꝙ eſſentia ſua ſubſiſtat pura ante operationem ſuple, ſicut dictum eſt de anima intellectiua, quoniam eſſentia corporum naturalium prædictorum non ſubſiſtit pura ante operationem, uel non præcedit operationem, ſicut eſſentia animæ intellectiuæ præcedit operationẽ eius, ita, ꝙ anima intellectiua prius per ſe ſubſiſtit, poſtea ei aduenit operatio intellectiua, quare manifeſtum eſt ex prædictis, ꝙ eſt diuerſitas magna inter eſſentiam naturæ, & corporum naturalium, & inter animam intellectiuam, ſeu eius eſſentiam. Cum ergo differant, &* Auicenna *non loquatur hic niſi de aĩa intellectiua, quæ ut dictum eſt, differt a natura, & a formis materialibus, quare hic non loquimur in hoc libro niſi de anima intellectiua, & de his rebus, quorum eſſentia præcedit eius operationem, & eorum eſſentia quandoq; reperitur, & non reperitur tunc eius operatio, deinde ab huiuſmodi eſſentia prouenit operatio per ſe abſq; inſtrumento, & materia.*

QVARE *manifeſtum eſt, ꝙ in iſtis quorum eſſentia præcedit operationem, non eſt poſſibile aliquo modo, ꝙ eſſentia ſua ſit nõ ſeparata a ma*

teria,uel a corpore,& operatio ſua,etiam ſit non ſeparata ab organo, & a materia,immo, ut ſupra dictum eſt,in principio huius demonſtrationis, uel argumentationis,operatio uirtutis intellectiuæ non indiget organo, neq; materia,& per conſequens eſſentia animæ intellectiuæ p ſuo eſſe nõ indiget organo,neq; materia.

R NEQVE *operatio eius illa eſt ſubſtantialis &c.ideſt operatio animæ intellectiuæ,quæ eſt intelligere ſe,& aliud a ſe,non eſt ſubſtantialis, ideſt non eſt intrinſeca animæ intellectiuæ, neq; eſt inſeparabilis ab anima intellectiua,ſicut operatio naturæ inſeparabilis ab ipſa natura, ita, q ubi ponitur natura,ibi ponitur eius operatio,niſi ſit probibens, ut dictũ eſt,quia natura eſt forma materialis non ſeparata, ſecũdum ſuam eſſentiã & ſecundum ſuam operationem a materia, & a corpore. Eſſentia autem animæ eſt ſeparata ab organo,& a materia,quare operatio animæ intellectiuæ,non eſt ſubſtantialis animæ intellectiuæ ideſt non eſt inſeparabilis ab anima intellectiua.*

S ET QVIA *ſenſus,ideſt uirtutes ſenſitiuæ non ſunt ſeparatæ a materia,quia operatio ipſarum non poteſt fieri ſine organo, ideo ſenſus non poſſunt ſentire organa propria,neq; ſentire eſſentiam ſuam, neq; ſentire ſe ſentire,ſicut anima intellectiua,quæ intelligit ſe intelligere,& intelligit eſſentiam ſuam,& uirtutem ſuam,quia inter animæ eſſentiam, & inter intellectionem ſui ipſius non requiritur organum,neq; materia.*

T ET ITERVM *ſi anima rationalis hæc eſt alia ratio quæ patet* EXISTERET *in materia ſupple,ſicut forma materialis educta de potentia materiæ inherens ipſi materiæ, magnam fecceret impreſſionem in materia,ideſt in materia corporali,uel in corpore.*

V CVM DEBILITATE *materiæ.ſ.materiæ corporalis,ideſt cum debilitate corporis* NON EXISTENS *in corpore,ideſt nõ inherẽs corpori,& materiæ,ſicut formæ materialis,quæ in eſſe dependet a corpore,& a materia.*

X SED IN *multis ſenibus immo in plurimis ipſorum notanter dixit in multis,& non dixit in omnibus, quia aliqui ſunt ſenes non ſani habentes cerebrum præter naturaliter diſpoſitum, in quibus ſicut in frenecticis,& ſtolidis deficit uirtus intellectiua,& ſermo Auicennæ hic non uerificatur niſi in ſenibus non culpate ſanis,& in ſenibus habentibus complexionem temperamẽto propinquam, qui in ætate ſenectutis ſunt ſani ſecũdum cerebrum.*

Y ET ITERVM *intelligibilia omnia &c.In hac parte Auic. adducit aliud argumentum ad probandum animam non indigere corpore, et animam humanam non eſſe materialem.Nam intelligibilia omnia ſecundum q ſunt intelligibilia ſunt unificata ideſt abſtracta ab omnino multitudine,& indiuiduatione,& cauſant ſpeciem intelligibilem abſtractam a*

diuiſione,& a multitudine, talis ergo ſpecies intelligibilis eſt quid unum indiuiſibile, ſpecies enim intelligibilis uniuerſalium puta ſpecierum, & generum ſicut hominis, equi, & animalis, abſtracta eſt ab omnibus indiuiduis, & ab omnium multitudine, & diuiſione, quia talis ſpecies intelligibilis eſt indiuiſibilis: impoßibile eſt ergo, ꝙ talis forma, & talis ſpecies unificata, ideſt per abſtractionē ab indiuiduis in unum reducta ſit exiſtēs I *in corpore, quoniam omne corpus eſt diuiſibile, ſi ergo talis forma, & talis ſpecies una, & indiuiſibilis exiſteret in corpore, tunc ipſa diuideretur ad diuiſionem corporis, ſicut albedo exiſtens in quanto diuiditur ad diuiſionem quanti, conſequens autem eſt falſum. ſ. ꝙ ſpecies intelligibilis prædicta ſit diuiſibilis, quare &c. Et licet eſſentia quorundam intelligibilium multiplicetur ſicut eſſentia corporis, & rei quantæ continuæ, & diſcretæ, quibus ſecundum eſſentiam ſuam conuenit diuiſio, et multiplicatio in partes, tamen multa ex ipſis intelligibilibus, ſicut unitas & punctus ſunt intentiones, quæ in ſui diffinitione, & in ſui eſſentia abſtrahūt, & ſunt expoliatæ a diuiſione, & multitudine. Nam unitas diffinitur, ꝙ non ſit numerus, ſed principium numeri. Et ꝙ punctus ſit illud cuius pars non eſt, &c. iſta ergo non tollerant diuiſionem, & impoßibile eſt, ꝙ huiuſmodi intelligibilia fundentur in re diuiſibili habente partes, & ꝙ in partibus eius ſint partes intentionis intelligibilium, ſicut enim albedo, aut aliud accidens fundatum in corpore diuiſibili habente partes diuiditur ad diuiſionem illarum partium corporis, ita, intelligibilia ſecundum ꝙ ſunt intelligibilia, & ſecundum ꝙ ſunt unificata, & ſpecies intelligibiles: licet ſint quid unum, & indiuiſibile ſi fundarentur in re diuiſibili, & in corpore, tunc talia intelligibilia, & tales ſpecies diuiderentur ad diuiſionem corporis, & ſic eſſent quid indiuiſibile, & quid diuiſibile, ꝙ eſt impoßibile. Bene igitur dixit Auicenna. Quomodo enim eſt poßibile ꝙ huiuſmodi intelligibilia fundentur &c. quaſi dicat hoc eſt impoßibile.*

Capitulum ſextum de neceſſitate ponendi Mahad.

DIco ꝙ anima humana quum ſit forma immaterialis, eſt A permanens, perpetua, non recipiens corruptionē: quoniam res exiſtens non euacuatur quin aut ſit neceſſe eſſe poſtquam ipſa eſt, aut ſit contingens eſſe ſuum. ꝙ ſi ſit contingens eſſe: tunc eius eſſentia tolerat ꝙ ſit, & ꝙ non ſit, & non eſt ei magis conueniens, ꝙ ſit quam ꝙ non ſit. quandoq; enim contingit ꝙ ſit, & quandoq; contingit, ꝙ nō ſit. & ambo iſta ſunt B [declarationes, vel deſcriptiones:] quibus contingens notificatur, vel deſcribitur. Et impoſſibile eſt, ꝙ alicui in omnibus diſpoſitionibus, vel in omni tempore attribuantur ambo prędicta

Alia lr̄a. duo, q̄ cōtingenti attribuuntur.

C dicta ſimul. Immo ineſt ei res, & diſpoſitio, per quam exiſtit in eſſe proculdubio, & ineſt ei res, et diſpoſitio, per quam nō
D exiſtit in eſſe ſine dubio. Et eſt res, quæ tolerat duas res. Et ſine dubio quidem res, quæ tolerat duas res, eſt permanens in duabus diſpoſitionibus: quoniā impoſſibile eſt, ꝙ res ſit tolerans aliquid, vel ſit ſubiectum alicuius, et ipſa res non ſit, vel non exiſtat. Res autem permanens ſub duabus rebus, vel tolerans duas res, eſt materia. Et res per quam exiſtit in actu, *Alia lra. eſt priuatio.*
E eſt forma. Tertium vero [nullo modo exiſtit.] Quodlibet igitur quod non habet materiam, eſt non recipiens priuationem, vel non eſſe omnino: neq; eſt recipiens generationem. Immo quodlibet recipiēs iſta duo, aut eſt ex materia: aut eſt in materia. Anima ergo humana, & intellectus, non recipit
F corruptionem: quare ipſa permanet poſt corpus. Et ex his quæ ſunt neceſſaria, eſt ꝙ omne permanens ſubſtantiale appræhenſiuum, vel cognoſcitiuum, aut eſt quieſcens, aut delectatur, aut dolet. Anima igitur in vita ſecunda, aut eſt quieſcens, aut delectatur, aut dolet. Et omne quidem quieſcens, aut eſt gaudens cum ſua eſſentia, vel ex parte ſuæ eſſentiæ: aut eſt triſtis ex parte ſuæ eſſentiæ ſi eſt appræhendens, vel quando eſt appræhendens, ſeu cognoſcens ſuam eſſentiam. Et propter illud anima in diſpoſitione quietis, aut eſt gaudēs aut eſt triſtis. Impoſſibile eſt autem, ꝙ ipſa ſit triſtis: quoniā triſtitia contrariatur quieti. ipſa ergo tunc eſt gaudēs. gaudiū vero eſt bonum quoddam, & delectatio: quare anima in diſpoſitione quietis delectatur. non eſt igitur ponenda diuiſio tertia, vel membrum diuiſionis tertium. Immo ſunt duo mēbra diuiſionis, vel duæ diuiſiones. ſcilicet dolor, & delectatio: & dolor quidem perpetuus, eſt infœlicitas, & cruciatus. Et delectatio perpetua ſubſtantialis non permixta cum aliqua triſtitia, eſt beatitudo, vel fœlicitas. Anima ergo poſt mortē aut cruciatur, vel infœlicitatur: aut beatificatur, & hoc quidē eſt Mahad.

Declarationes ſuper capitulo ſextō.

A DICO *ꝙ anima &c. In hoc cap. probat Mahad eſſe de neceſſitate ex hoc, ꝙ anima poſt ſeparationem a corpore eſt permanens non recipiens corruptionem. Quod autem anima poſt mortē hominis ſit permanens &c. declaratur, & probatur, ab Auicen. ſic, quoniam res exiſtens ſeu omne ꝙ*

eſt, non euacuatur, quin aut ſit neceſſe eſſe, aut poſtquam eſt, aut ſit contingēs eſſe ſuum, ideſt omne ꝙ eſt in actu, aut eſt ens neceſſarium, aut ens cō=tingens: ꝙ ſi ſit ens contingens, tunc eius eſſentia tollerat, ꝙ ſit, & ꝙ non ſit, & non eſt maior ratio ꝙ ſit, quā ꝙ non ſit. Quandoq; enim accidit ꝙ ſit, & qñq; accidit, ꝙ non ſit. ET AMBO iſta .ſ. contradicentia adinuicē B
ſcilicet ꝙ ſit, & ꝙ non ſit, uel ꝙ quandoq; ſit, et quandoq; non ſit, notificāt contingens, & attribuuntur contingenti, & deſcribitur contingens per hoc ꝙ eſt illud qđ poteſt eē, & poteſt non eſſe, uel eſt illud qđ quandoq; eſt et quandoq; non eſt. Et īpoſsibile eſt, ꝙ ambo iſta, ſimul .ſ. eſſe, & non eſſe ſecundum unam, & eandem diſpoſitionem, & in omni tempore attribuantur alicui.

IMMO ineſt ei &c. ideſt immo ineſt ipſi contingenti, uel eſſentiæ cō=tingentis diſpoſitio, & res, per quam contingens eſt in actu, & ineſt ei diſpoſitio, & res quandoque propter quam contingens non exiſtit in eſſe abſq; dubio. C

ET EST res quæ tollerat &c. Ideſt & reperitur res, quæ tollerat duas res ideſt, quæ ſubijcitur duabus rebus prædictis .ſ. eſſe & non eſſe, uel duabus rebus, quarum una contingenter habet eſſe exiſtere, & altera habet nō eſſe: huiuſmodi āt res quæ tollerat duas res cōtrarias ſine dubio eſt permanens in duabus diſpoſitionibus, ideſt ſub duabus diſpoſitionibus contrarijs, quoniam impoſſibile eſt, ꝙ res ſit tollerans aliquid, uel ſit ſubiectum alicuius, & talis res quæ eſt ſubiectum non ſit in re. Res autem tollerans duas res contrarias, & permanens ſub duabus rebus contrarijs in diuerſis temporibus eſt materia. Et res, per quam materia, uel aliquid eſt in actu, eſt forma. D

TERTIVM uero nullo modo exiſtit, pro iſtius declaratione ſciendum, ꝙ ſupra dictum eſt, ꝙ omne qđ eſt, aut eſt neceſſarium, aut contingēs, & dictum eſt, ꝙ contingens quandoq; eſt, et quandoq; non. Et ꝙ alicui cō-petat ſimul, & in quolibet tempore eſſe, & non eſſe, eſt impoſsibile. Et hoc quidem eſt tertium membrum de prædictis, & iſtud tertium membrū prædictum nullo modo in re eſſe poteſt. Secundum uero aliā literam uidelicet tertium uero eſt priuatio, debet exponi duobus modis: uno modo quod materia recipit eſse in actu per formam, & ꝙ materia etiam recipiat nō eſſe propter priuationem. Priuatio ergo ſupra materiam, & formam eſt tertium. alio modo exponitur, ꝙ tria ſunt principia rerum naturalium, quorum unum eſt materia, ſecundum eſt forma, et tertium eſt priuatio. Quodlibet igitur, quod non habet materiam, nullo modo eſt recipiens non eſse, uel corruptionem, neq; eſt recipiens generationem ſupple quæ fit per uiā alterationis, immo quodlibet recipiens iſta duo .ſ. generationem, & corruptionem, ſeu non eſſe per uiam alterationis, aut eſt materia, aut eſt in materia, quia quod generatur, & corrumpitur per uiam alteratōis, aut B

eſt forma exiſtens in materia,aut eſt ipſa materia. Anima autem quia nõ eſt materia,neq; exiſtens in materia,ut in præcedenti cap.probatum eſt, ideo non recipit generationem per uiam alterationis, neq; corruptionem ſeu non eſſe, Notanter dicitur q. ai ima non recipit generationem,uel eſſe per uiam alteratiõis,quia anima licet, incipiat eſſe per creationem, tamen anima non recipit eſſe. neq; incipit eſſe per alterationem. Anima ergo humana,& intellectus, cum non habeat materiam,neq; ſit in materia,ut probatum eſt.Ideo ipſa nõ recipit corruptionẽ,& non eſſe: quare anima humana permanet,& eſt incorruptibilis poſt mortem, & poſt ſeparationem eius a corpore.

F ET EX *his quæ ſunt neceſſaria &c.In hac parte poſtquam probauit animam permanere poſt mortem, conſequenter probat neceſſitatem ponendi Mahad.Nam omne permanens ſubſtantiale apprehenſiuum,uel cognoſcitiuum,aut eſt quieſcẽs,aut delectatur,aut dolet,ſed anima eſt ens permanens ſubſtantiale cognoſcitiuum,ergo anima,aut quieſcit, aut delectatur,aut dolet. Nota q. fides Maumethana,& fides catholica, concedunt,& tenent conſequentiam, & concluſionẽ prædictam.Tenent.n.iſtæ q. anima poſt mortem,aut cruciatur in inferno,aut beatificatur in paradiſo,aut in limbo quieſcunt non habentes beatitudinem, neque cruciatum, Dicunt enim Chriſtiani,q. animæ puerorum non baptizatorum. qui non operati ſunt bonum,neq; malum in limbo,non patiuntur pœnam,quia nõ merentur eam,ex quo non operati ſunt malum:neq; etiam beatitudinem, aut delectationẽ,quia ex quo bonum non ſunt operati, non merentur præmium,neq; beatitudinem. Poſt mortẽ ergo tales animæ puerorũ erunt quieſcentes,non participes alicuius premij, aut pœnæ: & hoc etiam affirmant Maumethani,q. animæ eorum:qui non ſunt perpetrati malum,neq; bonũ erunt in loco quieſcentes,non ſentiẽtes pœnam, neq; præmium ſeu beatitudinem. Auicenna igitur uolens probare Mahad eſſe, præſupponit hoc, quod conceditur a multis.ſ.q. anima in uita ſecunda.ſ. poſt mortem, aut eſt quieſcens ſupple priuata beatitudine,& pœna, aut talis anima delectatur,aut dolet.Secundum ergo Chriſtianos,& Maumethanos ponũtur tria membra diuiſionis,& quòd anima poſt mortem eſt in uno trium membrorum prædictorum.ſ. aut quòd erit quieſcens ſupple priuata premio, & pœna,aut erit in delectatione,& beatitudine,aut erit in pœna.hoc præmiſſo Auicenna,ſic arguit probando,quod non debet poni tertium membrum diuiſionis ſed ſolum duo membra,ita, quod anima poſt mortem, aut erit in beatitudine,& delectatione,aut erit in pœna,& cruciatu:& non eſt ponendum tertium membrum diuiſionis.ſ. quod anima in alia uita ſit quieſcens abſq; beatitudine & pœna,ſicut dicitur de pueris in limbo. Et arguit ſic.Nam omne permanẽs ſubſtantiale cognoſcitiuum, aut cognoſcit eſſentiam ſuam uirtuoſam & perfectam, & tunc ex tali cognitione dele=*

*ctatur, & gaudet, & beatificatur, aut cognoſcit eſſentiam ſuam imperfe=
ctam & uicioſam, & tunc ex tali cognitione triſtatur, & dolet. Anima er=
go in diſpoſitione quietis; uel anima, quam tu ponis, & dicis eſſe quieſcen=
tem in limbo abſq; beatitudine et pœna, aut eſt gaudens, aut triſtis ex par
te ſuæ eſſentiæ quando cognoſcit, uel appræhendit ſuam eſſentiam, ſed
impoſſibile eſt, quod anima cognoſcens ſuam eſſentiam ſit quieſcens, &
triſtis, quoniam triſtitia contrariatur quieti, ſi ergo talis anima quieſcẽs
ex hoc quod cognoſcit eſſentiam ſuam imperfectam, & uicioſam triſtatur,
ſequitur, quod ipſa non ſit quieſcens. Et ſi anima prædicta quieſcens co=
gnoſcit eſſentiam ſuam completam, & perfectam eſſe, tunc delectatur, &
gaudet. Anima ergo quieſcens oportet quod ſit gaudens & beata. Omnis
ergo anima poſt mortem, aut eſt triſtis, aut gaudens, non ergo eſt ponendũ
tertium membrum diuiſionis. ſ. quod omnis anima poſt mortem, aut eſt gau
dens, aut triſtis, aut quieſcens, quia non eſt dicendum, quod aliqua ſit ani=
ma poſt mortem quieſcens, quæ neq; ſit gaudens, neq; triſtis. In uita ergo
ſecunda non eſt niſi aut beatitudo ſeu delectatio, aut pœna ſeu triſtitia.
Anima ergo poſt mortem, aut cruciatur, uel triſtatur. Aut beatificatur,
uel gaudet: & hoc quidem eſt Mabad, quod uoluimus probare.*

Capitulum ſeptimum de cognitione diſpoſitionum graduũ, vel ordinum in hominibus poſt mortem, & de verifica tione mundi alterius, ſeu vitæ alterius.

OPortet vt ſcias, ꝙ non quælibet delectatio eſt ſenſua- A
lis. Immo ex delectationibus, eſt aliqua quæ nõ eſt ſen
ſualis: & ei in dignitate, & perfectione non eſt [propinqua]
Alia lra. comparãda. delectatio ſenſualis. Et ſimiliter eſt dicendum de doloribus. B
Delectatio autem fit apud appræhenſionem conuenientis: &
conueniens quidem eſt intrans in perfectione ſubſtantiæ ali-
cuius rei, & in complemento operationis eius. Conueniens
igitur ſenſibile eſt illud quod perficit ſubſtantiam ſenſitiuam,
& conueniens cuiuſlibet iſtorum. ſ. virtutis iraſcibilis, & deſi- C
deratiuæ, & imaginatiuæ, & cogitatiuæ, & exiſtimatiuæ: eſt
ſecundum illam rationem. Et ſi ſermo in diſtinctione iſtorũ,
nõ eſſet valde prolixus: de ipſo tractarem. Sed dicam ſermo
ne compendioſo: ꝙ omnis virtus appræhenſiua poſita eſt D
propter intentionem, vel propter finẽ actionis, aut non actio
nis. Et res quidem adueniens ei perducens ipſam ad illam intẽ
tionem, vel ad illum finem, eſt conueniẽs, & delectabilis. Gu E
ſtui igitur. ſeu virtuti guſtatiuæ conueniens eſt dulce: quoniã
plus

plus omnibus alijs nutrit, & virtus guſtatiua eſt propter nu-
tricationem. Et virtuti auditiuæ conueniens eſt, vox lenis tē-
perata inter grauem, & acutam: vt non ſeparet multum, &
non aggreget multum. Tactiuę vero virtuti cõueniēs eſt res
lenis temperata ad tactum propter iſtam eandem cauſam. Et
cauſa in hoc eſt, ꝙ operatio propria alicui eſt finis ſubſtantiæ
F ipſius. Et iſtarum quidem rerum prædictarum actiones ſunt
in ſubiectis extrinſecis ab eis: quæ dum non [peruenerint ad
ea,]non agunt: cum vero ipſa peruenerint ad ea, vel coniun-
cta fuerint cum eis, & non fuerint lædentia, tunc ſunt dele-
ctabilia conuenientia. Delectatio autem vera ſenſualis eſt ſen-
G ſatio reditus, vel reditionis, ſeu reuerſionis ad diſpoſitionem
naturalem, quum ſentitur horridum lædens iam remoueri.
Delectatio igitur rei comeſtæ, & bibitę, fit propter remotio
H nem famis, & ſitis. Et, delectatio, quæ fit in coitu, eſt ſimilis
I delectatiõi titillationis, & eſt ꝙ fluxus aq̃, vel ſpermatis ſuper
membrum glandoſum mollis carnis, excoriat, vel mordicat
ex virtute ipſius fluxus: quare fit ſicut aduſtio, & læſio: quæ
poſtea velociter abſcinditur, vel remouetur: & pars excoria
ta, vel læſa lænificatur, & redit ad diſpoſitionem ſuam pro-
pter humiditatem aquæ, vel ſpermatis fluētis ad ipſam abſq;
tempore, ſeu abſq; intermiſſione temporis: quare ſentitur de-
lectatio propter virtutem ſenſitiuam membri. Et hæc quidē
delectatio eſt eadem, vel ſimilis delectationi, quæ fit ex fluxu
olei, aut humiditatis viſcoſę vnctuoſę ſuper faciem vulneris,
in quo proxima eſt conſolidatio, & cutis origo, & non ope-
ratur adhuc. Amplius in coitu phantaſia, & imaginatio affe-
K ctans aliquid, quæ eſt concupiſcentia animalis, adiungit̃ huic
intentioni, quare illa [auget vehementer delectationem.] Et
propter hoc cupiens delectationem coitus eligit coitum in
hora cum ipſa muliere, quam plus amat, & concupiuit. Et ſi
ſolus dimittatur cum muliere, quam non amat, necq; affecta-
uit: tunc abhorret ipſam, & renuit coitum cum ea, & tamen
ipſa delectatio coitus ſecundum ſe, & naturaliter eſt æqualis
in ambabus. & fortaſſe mulier, quam non amat, vel quam re
pudiat, eſt vehementius diſpoſita ſecundum naturam, & ſe-
cundum complexionem ſuam ad cauſandum delectationē,
& ad augendum ipſam delectationem: q̃ mulier dilecta, quā

Alia lſa. cõtinuata fuerint cum eis.

Alia lſa. addit vehe-méter in delectationibus.

Alia litera. coadiuuata.

homo concupiuit. Et ſi non eſſet iſta concupiſcentia [procedens] a phantaſia, & ab imaginatiua coadiuuata in animali exiſtens innata, & connaturalis pro conſeruatione ſpecierũ. Tũc non eſſet illa delectatio ſola, ex eis quæ ſufficerent ſtimulare ad amorem, & coniunctionem coitus: aut non eſſet intentio animalis quæ nunc eſt. Delectatio autem iræ, ſeu virtutis iraſcibilis eſt aduentus victoriæ: quoniam ipſa.ſ. ira vel virtus iraſcibilis, eſt naturalis, vel inſita in animali, propter hanc intẽtionem. Amplius componuntur ex iſtis ſimplicibus delectationes: & quandoq; ex delectationibus ſunt aliquę in quibus delectatio eſt cum communitate, ſicut cogitatio de victoria, aut de delectatione: quoniam in illa communicant virtus extimatiua, & imaginatiua: & virtus iraſcibilis, & appetitiua. Quare manifeſtum eſt ex iſtis omnibus, ꝙ delectationes fiũt o ex appræhenſione conuenientium, & conuenientia quidem ſunt perficiẽtia ſubſtantiam, & operationem eius. Quare ꝓportio delectationum adinuicem.ſ. vnius ad alteram, eſt ſicut proportio virtutum appræhenſiuarum inter ſe, & rerum cõuenientium, & perfectionum, & appræhenſionum inter ſe. Amplius ex notis manifeſtis eſt, ꝙ anima rationalis eſt apprę henſiua. deinde ſubſtantia ſua eſt nobilior, q̃ eſſentia, vel ſubſtantia virtutum aliarum: quoniam ipſa eſt ſimplex abſolute, & a materia ſeparatata omni ſeparatione. Illa vero ª eſt dependens a materia, recipiens compoſitionem, & diuiſionem cauſa materię. Amplius appræhenſio, & cognitio ipſius.ſ. animæ intellectiuæ, nobilior eſt q̃ appræhẽſio virtutum ſenſitiuarum: quoniam cognitio: & appræhenſio virtutis rationalis, eſt cognitio certa, vniuerſalis, neceſſaria, æterna, perpetua, lætificans, vel delectans. Appræhẽſio vero ſenſitiua eſt circa exteriora apparentia, particularia, permutabilia, non permanentia. Amplius appræhẽſibilia ᵇ ipſius, ſeu illa, quæ appræhenduntur ᶜ ab ipſa, ſunt conuenientia nobiliora. quoniam quæ appræhenduntur ab ipſa ſunt intentiones certæ, & firmæ, & formæ ſpirituales, ᵈ & principiũ entium omnium primum cum ſua dignitate, & excellẽtia, & angeli creatoris noſtri, & quidditates, corporum cœleſtium, & ælemẽtorum, & eſſentiæ ipſorum. Amplius perfectiones ipſius animæ rationalis nobiliores ſunt q̃ perfectiones virtutum ſenſi-

Margin letters: M, N, O, P, Q

a. virtus ſenſitiua.

b. ipſius.ſ. intellectiuæ.

c. ab ipſa.ſ. intellectiua.

d. Et ꝑncipiũ ẽtiũ oium, & angeli, & corpora cœleſtia et elemẽta ſũt d nũero eorũ q̃ appꝛhẽduntur abſq; aia rationali.

R tiuarum. Nam perfectiones animarum rationalium, eſt ꝙ ipſæ fiant eſſentiæ expoliatæ ab omni alteratione, & multiplica-
S tione, vel diuerſificatione: in quibus ſunt ſpecies omnium en-
T tium: & ſint denudatæ a materia. quare ipſę ſunt eſſentiæ ſimiles eſſentiæ intelligentiarum: vel ſimiles intelligentijs, & eis conformes, vel proportionatæ. Verum eſſentia, vel radix ipſarũ eſt ſpirituoſa creatoris noſtri. Et radix rei, vel radix ſubſtãtiæ corporeę eſt ſenſata permixta cum malitia, & cum eo quod eſt in potẽtia, & cum priuatione, & eſt ſpiſſa, turbida,
V aquoſa. [Et comparatio iſtarum quatuor intentionum, quæ attribuuntur animæ humanæ eſt comparatio ad ſimiles intẽtiones, quæ attribuũtur animæ ſenſitiuæ. Manifeſtum eſt igitur ꝙ delectatio, quæ attribuitur ſubſtantię humanæ. i. animę ipſius] in tempore Mahad quãdo anima fuerit perfecta, eſt delectatio, cui nunq̃ erit comparanda aliqua ex delectationibus exiſtẽtibus in hoc mundo. Eſt ne veriſimile, ꝙ Deus glorioſus fœlicitatem, & delectationem, quæ ſubſtantiæ angelorum appropriantur: ſimilem tribuat, & comparabilem fœlicitati, & delectationi, quæ appropriatur ſubſtantiæ iumentorum, & animalium rapacium vel aliter exiſtentibus in hoc mundo. Mirãdum eſſet, O glorioſe Deus, ꝙ bonum, & delectatio: quæ ſubſtantiæ angelorum appropriantur, comparanda ſint, & ſimilia bono, & delectationi: quæ appropriant̃ ſubſtantiæ iumentorum, & leonis. Et anima quidem humana eſt abſq; dubio ſubſtantia angelica [quando fuerit perfecta: quoniam ipſa eſt forma intellectiua rationalis ſeparata, & hoc idem eſt forma angelica.] Verum nos dum ſumus in corporibus noſtris, non ſentimus hanc delectationem: quam prædiximus. quoniam virtutes corporales dominantur ſuper animam rationalem, ita, vt anima in corpore obliuiſcatur ſuarum delectationum, & neſciat delectationes ſibi appropriatas: taliter ꝙ virtus, & poteſtas, ſeu dominium ineſt ſenſibus, & phãtaſiæ, & iraſcibili, & appetitiuæ virtuti. Et ſignum huius eſt, ꝙ quãdo augetur poteſtas, vel dominium iſtarum virtutum ſenſitiuarum, tunc diminuitur poteſtas, & dominium animæ rationalis. Neceſſarium eſt igitur, ꝙ ſit illa delectatio animæ prædicta: quam dum nos ſumus in corpore, non ſentimus. Et cauſa, quare non ſentimus eam, eſt corpus. Et de-

Alia lſa. cõparãdo aię iſtas q̃tuor intẽtiões q̃ attribuunt̃ aiæ itellectiue ad itẽtiões q̃ attribuunt̃ aię ſenſitiuæ manifeſtũ eſt ꝙ delectatio q̃ attribuit̃ aiæ humanæ.

Alia litera. vacat.

claratio huius eſt per exempla, quæ ſunt in virtutibus ſenſiti-
uis: quoniam in patientibus febrem colericam dulce ſentitur
amarum, & abhorretur. Et iterum, non eſt negandum, ꝙ ſit
aliqua delectatio, cuius exiſtentia, & cuius eſſe creditur: &
tamen non percipitur qualitas eius: neq; cognoſcitur in diſpo
ſitione aliqua. Nam patientes alhauim.i. patientes malam di-
ſpoſitionem membrorum genitalium, per quam nõ poſſunt
coire: credunt, & affirmant delectationem coitus eſſe in re,
& ipſam nõ cognoſcũt. Et ſurdus a natiuitate credit eſſe dele
ctationem auditus: & cæcus a natiuitate credit eſſe in re dele
ctationem formarum, & ſpecierum pulchrarum: & tamen
nulla ambarum percipitur. Et iterum ſecundum quãtitatem
dominij, & victoriæ virtutis humanæ, ſeu rationalis ſuper
virtutem animalem, ſentitur, & cognoſcitur illa delectatio.
In eo enim in quo poteſtas vel dominium animę rationalis in X
hoc mundo eſt potens ſuper dominium virtutis animalis, af-
firmatur, & creditur ꝙ ſit ſenſatio, vel cognitio aliqua illius Y
delectationis ſecũdum diuerſitatem maioris, vel minoris, do
minij animæ rationalis ſuper virtutem animalem. Et illi qui- Z
bus a creatione ſua, conceſſum, vel tributum eſt illud, & vir-
tus ipſorum rationalis eleuata, & potentior eſt ſuper virtutẽ
animalem, & virtus eorum intrinſeca, & occulta, eleuata, &
magis dominans ſuper virtutes exteriores apparentes, ita, vt
virtutes animales, & extrinſecę, non dominentur ſuper virtu
tem rationalem, vel ſuper ipſam animam rationalem: poſſibi
le eſt ut ipſi in hoc mundo habeant ex illa delectatione partẽ
habentem menſuram. Sed delectatio prædicta abſolute, &
abſq; menſura haberi non poteſt, niſi in fine. Fœlicitas igitur
alterius mundi eſt apud ſeparationem, ſeu liberationem ani-
mæ a corpore, & ab impreſſionibus naturalibus, & denuda &
tionem eſſentiæ completam. ſecundum quam diſpoſitionem
anima rationalis intuetur intuitione intellectiua eſſentiã eius,
qui ſummam habet poteſtatem, vel ſummum dominium: &
intuetur ſubſtantias ſpirituales, quæ adorant ipſum Deum,
& intuentur, & conſiderant eſſentias ſublimes, & aduentum
ſuarum perfectionum ſuper ſeipſas, & delectationes excellẽ-
tes in illa hora. Cruciatus vero, ſeu pœna alterius vitæ eſt, qñ
erit contrarium illius, quod dictum eſt. Et ſicut illa fœlicitas

eſt magna valde:ſimiliter pœna,quæ eſt illi oppoſita, eſt dolorosa valde.Et quoniam anima rationalis in corpore non eſt ſicut forma in materia:quare ſubſtantia corporis non eſt medians,ſeu impediens inter ipſam animam,& inter illam fœlicitatem.Immo medians,& prohibens animam ab illa fœlicitate ſunt impreſſiones,& qualitates,ſeu habitus a corpore in animam confirmati. Quando igitur qualitates corporeæ in anima fuerint confirmatæ ſicut appetitus,& ira, & amor exceſſiuus in rebus mundanis, in quibus non eſt habēdus amor exceſſiuus:& fuerit anima a corpore ſeparata: in qua qualitates prædictæ fixæ,& habituatæ fuerint:tunc prohibetur anima a pfectione vera,& a fœlicitate vltima, quæ accidit poſt mortem.Et tunc anima eſt diſpoſita, ac ſi adhuc eſſet in corpore.Et ſecundum hoc ex ponitur, vt dictum eſt metaphora ponentium Altenaſach,vel eorum,qui loquuntur metaphorice de Altenaſach,neq; eſt via remouēdi qualitates illas, vel præſeruandi ab illis qualitatibus prædictis, niſi per virtutes, ſeu neq; poteſt remoueri anima,& præſeruari ab illis qualitatibus prædictis niſi mediantibus virtutibus: quoniam a temperato,& a virtuoſo remota ſunt omnia extrema:et remanet
A ſubſtantia eius vacua,& priuata duabus naturis ſimul. Temperatum enim in calore,& frigore,non eſt niſi illud,quod nō eſt calidum,neq; frigidum omnino.& eſt vnum in intētione. & propter hoc leges præcipiunt, & cōmendant virtutes. Et
B ex eis,quæ remouent animam a velamine,ſeu ab impedimento elongante,ſunt orationes,vel adorationes diuinæ: & adminiſtratio eorū ad quę leges propheticę exhortantur: quoniam ipſa ſunt tanq̄ clypeus, & tutamen animæ ab hoc nocu-
C mento.Et animæ quidem ſeparatæ a corpore habēt ordines. Quædam enim ſunt animæ perfectæ habitibus ſpeculatiuis, & virtuoſæ in operationibus moralibus,innocentes: & huiuſmodi quidem animæ habent fœlicitatem abſolute. Quædam vero animæ ſunt perfectæ habitibus ſpeculatiuis:ſed nō ſunt innocentes,vel innoxiæ:virtuoſæ in operationibus mo-
D ralibus.Et huiuſmodi animę ſunt in berzach.i.in purgatorio quod eſt medium inter ipſam fœlicitatem, & inter denudationem ipſarum,& completam expoliationem, & liberationem ipſarum a qualitatibus corporeis,et habitibus malis im-

preſſis a corpore prohibentibus ne adueniat huiuſmodi ani-mabus fœlicitas abſolute. Et quoniam operationes ipſarum quibus impediebantur, ſunt abſciſſæ ab eis propter ſeparatio-nem earum a corpore. Ideo tunc tales animæ incipiũt cogno-ſcere fœlicitatem, & ſe ab ea fœlicitate prohiberi propter q̃li tates vitioſas: ſeu propter habitus vitioſos, & hæc quidẽ co-gnitio lædit eas læſione, ſeu dolore maximo, ſeu cruciat eas cruciatu maximo. Verũ iſti habitus, vel qualitates corporeæ prædictæ non ſunt ipſis animabus ſubſtantiales, vel eſſentia-les: quare non cruciant eas toto tempore. Immo remouẽtur animæ ab eis, & liberant̃, & perueniunt animæ prædictæ in fine rei ad veram fœlicitatẽ, & quoniam iſtæ qualitates cor-poreæ ſunt fixæ, & habituatæ in anima ex motibus ipſius ad ſpecies boni, & mali, & ſubſtãtia huiuſmodi animæ ex his ha bitibus deſiderat delectatiões animales, ſeu ſenſitiuas, quibus iam eſt priuata. Ideo hoc etiam eſt ex pœnis, & cruciatibus animæ in vita alia. Quædam autem ſunt animæ diminutæ, in E habitibus ſpeculatiuis, ſed virtuoſæ in actibus moralibus, & ſunt innoxiæ, vel innocentes in moralibus. Quibus animabus dum erant ipſæ in hac vita, prædictum, & affirmatum eſt eis conuenire fælicitatem veram, quam ipſæ non exquiſiuerunt, neq; deſiderauerunt. Immo negauerunt, & ſpreuerunt eam, & crediderunt illud, quod non eſt verum, & ipſæ ex ſua di-minutione, vel imperfectione, cruciantur pœna ęterna. Quę-F dam etiam animæ ſunt diminutæ in habitibus ſpeculatiuis, & ſunt innocentes: quæ quidem animę cognitionem non habue runt, neq; audierunt ꝙ eis conueniat aliqua perfectio omni-no, & ipſarum diſpoſitio eſt alia ab ea: quæ habetur ex credu litate, vel veritate publicata, vel prædicata a prophetis: quia nõ exquirunt illam fœlicitatem, quam credunt, immo negãt. Quædam vero ſunt animæ diminutæ in habitibus ſpeculati-uis, ſed innocentes, vel innoxiæ: ad quas non peruenit cogni-tio illorum, neq; habent mentem compræhendentem, ꝙ eis conueniat perfectio, qua ipſæ priuantur, ſicut animæ demen-tium, & infantium. Et huiuſmodi quidem duæ condictiones G animarum, ſic ſe habẽt, ꝙ nulla earum habet fœlicitatem ab-ſolute, neq; pœnam abſolute. quoniam huiuſmodi animæ nõ cognoſcunt perfectiones: ita, vt declinent ad eas, & deſiderẽt

H ipſas aduenire ſubſtantijs ſuis. vnde cruciantur ex diminutio-ne illarum perfectionum, & priuatione ipſarum: ſicut cruciā-
I tur, & læduntur famelici a fame: neq; eas lædunt etiam, ſeu cruciant impreſſiones, & qualitates naturales contrariæ ſub-ſtantiæ animę: quoniam animæ prædictæ ſunt innocentes,
K ſeu innoxiæ. Et ordo quidem primus animarum ſecundum quantitatem, vel menſuram cognitionis, quam habuerit de primo principio, habebit impreſſionē aliquam ex impreſſio-
L nibus fœlicitatis. Animæ vero diminutæ in habitibus ſpecula tiuis, & noxiæ non virtuoſæ, habebunt pœnam, & cruciatū, ſi cognouerint, q; eis conueniat perfectio aliqua [abſolute. Et talis quidem pœna ab eis non remouebit̃,] Si vero diminu-tio earum erit vacua a cognitione, q; eis inhæreat, vel conue-niat illa fœlicitas: tunc pœna ipſarum erit ſecundum qualita-tes malas, vel habitus malos, qui eis accidūt a corpore in mun
M do naturali. Illud vero quod attribuitur opinioni Alexandri ſeu ſcholæ Alexandri, q; animæ diminutæ abſolute corrum-puntur cum corruptione corporis: non eſt res vera, neq; eſt ex opinione Ariſt. quoniam animæ ſecundum q; affirmaui-mus, & concluſimus ſunt remanētes de neceſſitate poſt mor-
N tem. Dixerunt quidam ſapientes q; animæ bonæ acquirunt augmentum delectationum, & bonorum ex occurſu, vel ex aſſociatione cum animabus perfectis virtuoſis. Animæ vero malæ vitioſæ acquirunt augmentum pœnarum, & cruciatus ex aſſociatione, ſeu coniunctione cum animabus malis vicio-ſis: quoniam vnuſquiſq; ordo coniungitur cum re ſibi conſi-mili in qualitate, & habitu coniunctione intellectuali. Et q; delectatio, & pœna occurrens ex aſſociatione prædicta, erit infinita. Et declaratio, ſeu intentio iſtius opinionis prædictæ eſt, q; animæ virtuoſæ excellentes, quando coniungunt̃ cū ani mabus virtuoſis excellentibus, delectantur cum eis. Sed ani-mæ vitioſæ, quando coniunguntur cum animabus vitioſis, conſequuntur contrarium illius. triſtantur enim, & pœnam
O conſequuntur. Et vnaquæq; anima rationalis intelligit eſſen tiam ſuam, & intelligit illud quod eſt ſimile eſſentiæ ſuæ, cō-tinue augendo magis, ac magis cognitionem ſuam. Non ne concedendum q; ipſę animę tunc intelligunt primam intelli-
P gentiam, quę eſt cauſa ipſius, & principium ſuum? Et quidā

Alia lr̃a. ęterna ſeu nō remouibilis ab eis.

alij ſapiētes dixerunt,ꝙ via Altenaſach ſit impoſſibilis, & falſa:tamen ex eis,quę ſunt poſſibilia non prohibita in ea, eſt ꝙ quędam animę continuantur cum quibuſdam animabus ſecūdum modum imprimēdi in eis bonum, & malum: quoniam non eſt longinquum,ꝙ accidat complexio proxima,vel ſimilis complexioni corporis:cum quo anima dependebat, propter cauſam, quę erat in corpore primo, a quo fuit ſeparata anima. & propter hoc cum corpore habenti complexionem prędictam anima ſeparata poſt mortem, habet depēdētiam: Verum impoſſibile eſt,ꝙ ab eo dependeat totali dependentia,propter cauſas prędictas:quia tūc duę animę eſſent in corpore vno.quod eſt impoſſibile.quia depēdet anima prędicta, ab eo dependentia non totali, ſed dependentia aliqua infra illam:quę eſt:ꝙ ipſa anima cōtinuatur cum corpore prędicto continuatione ſpirituali. quare in anima corporis habētis cōplexionem ſimilem prędictam, augeť malitia, vel bonitas ꝓpter talem continuationem ipſius cum anima a corpore ſeparata:quę ſi fuerit mala,imprimit malitiam.Si vero fuerit bona,imprimit, & auget bonitatem in anima corporis habentis complexionem prędictam. & accidunt ex continuatione illa in animabus,quę ſunt in corpore,ſpecies appetitus, & morū corporalium. Dixerunt quidam ex iſtis, ꝙ virtus cogitatiua ſeparať a materia mediante corruptione corporis,& propter animam intellectiuam,quę ſeparatur a corpore. & tunc ipſa virtus cogitatiua ex hoc appręhendit intentiones omnes exiſtentes in mundo ſenſibili,& naturali,& non appręhendit intentiones intelligibiles,ſeparatas. Nam mundus ſenſibilis hic inferior,efficitur ei tanq̄ corpus: quoniam in eo retinetur, & non pertranſit ad mundum ſuperiorem.quare virtus prędicta efficitur cognoſcens oēs cauſas particulares in mundo: quū, quędam ipſarum non ſint digniores:vt cognoſcātur quibuſdam alijs. Vnde tales animę prȩuident futura in generabilibus,ſuper quę cadunt motus particulares. quare anima corporea.ſ.quę in corpore coniuncta cum ea.ſ. cum anima ſeparata,acquirit pronoſticationem,& ſcientiam futurorum. & dixerunt,ꝙ animę malignę ex eis ſeparatę a corpore: tūc ſunt magis operantes malum ſibi poſſibile: quoniam ſunt egreſſę a materia impediente ſuū motū.quare remanent ſeparatę ſe-

cundum vnam ſemitam. Si enim fuerint bonæ imprimunt bo-
num: ſi vero malæ, imprimũt malum. Et omnes iſti affirmãt
& conueniunt, ꝙ animæ malorum ſunt diaboli, & quæ ſunt
bonæ huius ordinis diminute, dicuntur gen, idest ſpiritus do-
meſtici: ſeu mazaruoli. & poſuerunt animas, quæ dicuntur
gen, & diabolos, habere dependentiam, & communicationẽ
cum hominibus in hoc mundo inferiori. & ꝙ ab operationi-
bus ſpiritualibus producuntur operationes naturales. Et po-
ſuerunt ſubſtantias ſeparatas a materia, habere maiorem vir-
tutem ad exitum de potentia ad actum, & operationem con-
uenientem qualitati, & habitui ipſarum, ſiue fuerint boni, aut
T mali. Et ſapientes quidem conueniunt, et affirmant, ꝙ animę
perfectæ in ſcientijs ſpeculatiuis, & innoxiæ, in alia vita non
V conſiderant ſenſata: neq; de eis habent cognitionem. Et quidã
ſapientes dixerunt, ꝙ in animabus, poſtq̃ fuerint a corpore ſe-
paratæ, vigoratur, & remanet virtus cogitatiua, vel phan-
taſtica cum ſubſtantia ipſarum ſecundum modum prædictũ.
& ꝙ impoſſibile eſt, ꝙ anima expoliata a corpore, ſit omni-
no denudata: ita, ꝙ ei non aſſocietur aliquid de qualitatibus,
& impreſſionibus naturalibus ſenſitiuis corporeis. quare ipſa
apud mortem cognoſcit mortem, & poſt mortem ipſa ima-
ginatur hominem, [qui mortuus eſt ſecundum formam] ſuã
ſicut in ſomnijs imaginabatur. Et ipſamet anima imaginatur
[ſepulturam ſuam.] Et imaginatur etiam dolores accidentes
ei, & qui debent ei accidere ſecundum ſemitam cruciatus, vel
pœnæ ſenſibilis cognitæ. Et imaginatur, & ſcit omnia, quæ
cognouit in diſpoſitione vitæ huius. Si enim anima fuerit bea-
ta poſt ſeparationem: tunc imaginatur ſecundum formã lau-
dabilem, vel delectabilem in formis ſenſationum, & in for-
ma ſecundum ꝙ vere cognoſcit veram beatitudinem. Et di-
xerunt, ꝙ hæc ſit pœna ſepulturæ, & prẽmium, vel delecta-
X tio in ea. Et dixerunt, ꝙ mundus ſecundus ipſi animæ ſit exi-
tus ab indumento iſtarum qualitatum corporis, vel iſtarum
diſpoſitionum corporis. Et ꝙ indumentum animæ ex iſtis di-
ſpoſitionibus ſit ſepultura animæ. Dixerunt etiam ꝙ non eſt
mirum ꝙ imaginetur formas laudabiles: & appareant ei in fi-
ne eius ante mundum ſecundũ ſcilicet in hora mortis, & poſt
eam omnes diſpoſitiones connumeratæ in libris prophetæ. ſ.

Alia lr̃a. ĩ quo ipſa erat añ mortẽ ſe-cũdũ formã ſiue figuram.

Alia lr̃a. & pcipit cor-pus ſuum, in quo pri⁹ erat ſepulta.

diſpoſitiones paradiſi,& mulieres,& aliæ delectationes,quę currũt hoc curſu.Sermones autem metaphorici obſcuri, qui Y aduenerunt ſecundum ſectas diuerſas,& ex quibusſermonibus varij varia dixerunt de Mahad,& crediderunt:non poſſunt compręhendi,neq; numerari. Quod autem affirmauit Z Ebencora philoſophus,eſt mirabile: ipſę enim putauit quod anima ſeparatur a corpore,& permutatur in corpus ſubtile. Et hoc eſt ex eis,quę non habent rationem:vel quę non ſunt vera niſi metaphorice,vel in ęnigmate:ſicut reliqua ęnigmata.Et poſtq̃ ad hęc peruenimus, finẽ huic operi imponamus. Laudes,et gratias Deo altiſſimo agentes.Rogamuſq; ſeniorem populi deuotum,vt patienti oculo perlegat hunc librũ: & ea quę in ipſo ſunt abijcienda,abijciat,& corrigat.

FINIS.

Declarationes ſuper capitulo ſeptimo de cognitione graduum &c.

NON *quælibet delectatio eſt ſenſualis ſupple ſenſu exteriori, aliqua enim eſt delectatio,quæ non eſt ſenſualis,ſed intellectualis, uel imaginaria,& huiuſmodi quidem delectatio,quæ non eſt ſenſualis dignior eſt, & excellentior,& intẽſior,quam delectatio ſenſualis,Delectatio enim ſenſualis non eſt comparanda in dignitate, & excellentia delectationi non ſenſuali. Delectatio ergo ſenſualis non eſt proxima ei.ſ. delectationi non ſen ſuali in dignitate,& excellentia.* A

ET SIMILITER *dicendum eſt de doloribus.i.ſicut dictum eſt de delectatione,ita,dicendum eſt de doloribus, q; non omnis dolor eſt ſenſualis ſenſui exteriori,immo aliquis eſt dolor mentalis, & intellectualis, uel imaginarius,& dolor mentalis,& intellectualis intenſior, & fortior eſt,quam dolor ſenſualis.* B

ET CONVENIENS *cuiuslibet iſtorũ.ſ.uirtutis iraſcibilis &c. eſt ſecundum illam rationem.ſ.quod perficit ſubſtantiam,& intrat in cõplemento operationum. eius, quia præſentia uindictæ, & uictoria ſuper inimicum delectat uirtutem iraſcibilem,& eſt conueniens uirtuti iraſcibili,& præſentia rei imaginatæ delectat uirtutem imaginatiuam, & ſic de alijs.* C

OMNIS *uirtus appræhenſiua poſita eſt propter finem actionis, aut non actionis.Nam intellectus agens eſt uirtus appræhẽſiua, & agit denudando ſpecies a rebus particularibus,& indiuiduis,& intellectus poßibi* D

lis eſt propter finem non actionis.ſ.propter finem,ut patiatur,quia recipiendo ſpecies patitur:aliqua etiam eſt uirtus futura interior, quæ eſt propter finem paſsionis,ſicut ſenſus communis recipiendo ſpecies a ſenſibus exterioribus.cogitatiua uero poſita eſt propter finẽ actionis,quia cõponit,& diuidit,& talis operatio eſt actio quare &c.

E ET RES *quidem adueniens ei.ſ. uirtuti appræhenſiuæ producens ipſam.ſ.uirtutem appræhenſiuam ad illum finem,& ad propriam operationem,eſt delectabilis,& conueniens illi uirtuti. Nam dulce adueniens uirtuti guſtatiuæ perducit ipſam ad guſtum, in quo non fit leſio in organo guſtus,quare dulce eſt conueniens uirtuti guſtatiuæ.Et ſimiliter uirtuti auditiuæ conueniens eſt uox leuis,quia ipſa perducit uirtutem auditiuam ad operationem,& reducit ipſã de potentia ad actum,& talis uox leuis eſt temperata inter uocem acutam,quæ ſui acuitate ſeparat organum auditus, & inter uocem grauem,quæ multum aggregat inſtrumẽtum auditus. Et ſic de alijs dicatur.*ET OMNIS *uirtus appræhenſiua poſita eſt propter finem actionis,aut non actionis.Iſta litera exponitur alio modo ab eo,quo ſupra exponebatur propter finem actionis.i.propter finem, ut obiectum proprium agat in ea.Nã uirtus uiſiua poſita eſt,ut in ea agat coloratum quod eſt eius obiectum proprium, aut eſt poſita propter finem nõ actionis,id eſt propter finem, qui non eſt actio,ſed paſsio, quia uirtus uiſiua poſita eſt in oculo propter hunc finem uidelicet,ut patiatur a colorato,& ſicut dictum eſt de uirtute uiſiua,ita dicatur de alijs uirtutibus appræhenſiuis,quod finis earũ eſt propter actionem,aut propter paſsionem ut dictum eſt.*

F ET ISTARVM *quidem rerũ actiones id eſt.Etiſtarum uirtutum prædictarum actiones,id eſt uirtutes actiuæ, & imprimentes in has uirtutes prædictas ſunt in ſubiectis extrinſecis ab eis.ſ. uirtutibus, quia color agens,& imprimens in uirtutem uiſiuam non eſt in oculo,ſed in colorato, qđ eſt extrinſecũ ab oculo,& ab organo,in quo eſt uirtus uiſiua.*QVAE *dũ nõ cõtinuata fuerint etc.i.dũ talia ſubiecta uel obiecta prædicta extrinſeca ab oculo,& a uirtute compræhenſiua non fuerint continuata cum eis id eſt cum uirtutibus prædictis,tunc non agunt, & non imprimunt in uirtutes appræhẽſiuas, ſed quando obiecta fuerint coniuncta cum uirtutibus prædictis,& non fuerint lędentia tunc ſunt delectabilia, & conueniẽtia.*

G DELECTATIO *autem ſenſualis uera &c.Id eſt delectatio uera ſenſualis eſt,quãdo membrum ſenſibile ſentit,quod ipſũ redit ad diſpoſitionem naturalem,uel ſentit, quod ipſum egreditur ex diſpoſitiõe non naturali ad diſpoſitionem naturalem,ſentit enim:permutari de non conuenienti ad conueniens: & ex ſenſatione conuenientis cauſatur delectatio. Patet ergo qualiter delectatio ſenſualis eſt ſentire conueniens, & eſt reditio membri ad ſuam diſpoſitionem naturalẽ.Et ſi dicatur, ꝙ ex hoc dicto*

ſequitur, ꝙ homo temperatus in diſpoſitione naturali ſana, non ſentiret delectationem eo, quia non permutatur ex diſpoſitione non naturali ad diſpoſitionem naturalem, neq; redit ad diſpoſitionem naturalem, quia ipſe ante ſenſationẽ delectationis erat in diſpoſitiõe ſana naturali, quare &c. dicendum dupliciter, ſicut dictum eſt in lib. Auicennæ de uiribus cordis, ꝙ delectatio cauſatur ex ſenſatione rei conuenıẽtıs. Et talis ſenſatio quãdoq; fit ex hoc quod membrum permutatur a diſpoſitione non naturali ad diſpoſitionem naturalem, ut dictum eſt, & quandoq; cauſatur delectatio, non ex permutatione prædicta de diſpoſitione non naturali ad diſpoſitionem naturalem, ſed ex hoc ꝙ apprehenditur, uel ſentitur res conueniẽs, ſicut in homine temperato ſano naturaliter diſpoſito, in quo ſentitur delectatio, quia talis homo ſentit rem conuenientem. Et licet ſentire conſiſtat in quodam pati, ut dixit Ariſt. & paſſio non ſit a ſimili, ſed a re diuerſa, uel contraria, tamen quando talis homo ſentit conueniens, non patitur a re contraria, neq; permutatur ad diſpoſitionem non naturalem contrariã diſpoſitioni primæ, ſed patitur a re diuerſa, quæ res diuerſa non contrariatur diſpoſitioni corporis ſani temperati, ſed poteſt ſtare cum ea, ſicut humiditas, licet ſit res diuerſa a caliditate, tamen non contrariatur caliditati ſed poteſt ſtare cum caliditate. Eodem modo res conueniens quam ſentit homo ſanus temperatus in diſpoſitione naturali, licet non ſit contraria diſpoſitioni naturali hominis, tamen eſt res diuerſa ab ea, quæ cum ea poteſt ſtare. Et ideo ſentire conueniens non ſemper cauſatur ex hoc, ꝙ fit permutatio ex diſpoſitione non naturali ad diſpoſitionem naturalem, immo hoc eſt per accidens, & nõ ſemper: quandoq; enim cauſatur delectatio in homine ſano, & tunc non fit permutatio prædicta ſicut declaratum eſt. Aliter reſpondetur, ꝙ membrum corporis ſani licet ſit ſecundum ſe bene, & naturaliter diſpoſitum, tamen per reſpectum ad operationem ad quam tanquã ad finem eſt ordinatum, dicimus ꝙ pro tempore, quo membrum priuatur propria operatione, non eſt totaliter in naturali diſpoſitione, ſed quando operatur ſuam operationem, tunc fruitur ſuo fine, & perficitur, & ideo tunc eſt in naturali diſpoſitione, Quãdo ergo membrum ſanum temperatũ ſentit conueniens, & delectatur, tunc dicimus ꝙ tale membrum in tali ſenſatione, conueniẽtis permutatur ex diſpoſitione non naturali. ſ. ex priuatione operationis ſuæ, & ſui finis ad diſpoſitionem naturalem. i. ad ſenſationem rei conuenientis, ad quam ordinatur.

DELECTATIO igitur rei comeſtæ &c. Nota ꝙ fames eſt quædam triſtis ſenſatio cauſata ex attractione, uel ſuctione membrorum &c. propter conſumptionem humidi, & propter effuſionem humoris melancolici ad os ſtomaci, ex quo humore acri leditur os ſtomaci, & cauſatur triſtis ſenſatio, quæ quidem per aſſumptionem cibi remouetur: quia ergo per aſſumptionem cibi remouetur illa triſtis ſenſatio, & fames, & reducitur

ſtomacus

ſtomacus ex diſpoſitione nō naturali ad diſpoſitionem naturalem. Ideo ex aſſumptione cibi cauſatur delectatio. Sitis autem eſt diſpoſitio nō naturalis in qua humidum roridum oris ſtomaci eſt conſumptum, & per rem bibitam remouetur ſiccitas illa, & diſpoſitio non naturalis ab ore ſtomaci, & reducitur ſtomacus ad diſpoſitionem naturalem: quare ſtomacus ex re bibita ſentit delectatoinem. Patet ergo qualiter delectatio rei comeſtæ, & bibitæ. i. delectatio, quam ſtomacus conſequitur ex re comeſta, & bibita ſit propterea, q, ex re comeſta remouetur ſames, & ex re bibita remouetur ſitis: & tam ſames, quam ſitis ſunt ſenſationes triſtes, & diſpoſitiones non naturales. Non eſt ergo mirum ſi ex remotione ſamis & ſitis cauſatur delectatio in re comeſta, & bibita.

I ET DELECTATIO *quæ fit in coitu. In hac parte Auicenna ex delectatiōe coitus declarat, q, delectatio uera ſenſualis eſt ſenſatio quã corpus uel mēbrū ſentit ſe reduci ad diſpoſitionem naturalem, & hoc fit, quando ſentit horridum ledens iam remoueri. Delectatio enim quæ fit in coitu eſt ſimilis delectationi titillationis. Nam delectatio, quæ fit in coitu cauſatur hoc modo: q, aqua, uel humiditas ſpermatica, aut ſimilis ſpermati fluens ſuper membrum glandoſum habens carnem mollem excoriat ſeu mordicat ſuo fluxu, & ſua acuitate illud membrum, quare fit in eo ſicut aduſtio, & læſio, quæ dici pōt titillatio, quæ læſio & titillatio poſtea uelociter abſcinditur, uel remouetur, pars enim læſa prædicta ꝑpter humiditatem ſpermatis fluentis lenificatur, & reducitur ad diſpoſitionem naturalem ipſius abſq; temporis intermiſſione. i. ſubito, quare ſentitur delectatio propter uirtutem ſenſitiuā membri fortem. Et hæc quidem delectatio coitus eſt ſimilis delectationi, quæ fit ex fluxu olei aut humiditatis uiſcoſæ unctuoſæ ſuper uulnus, in quo proxima eſt cutis origo: ſed non operatur adhuc. i. ſed tamen adhuc natura non compleuit operationem ſuam in generando cutem. quare cum ibi ſit diſpoſitio ſicca aſpera ſuperueniēte oleo aut aliquo leni remouetur illa aſperitas, & ſentitur delectatio, Et ad maiorem declarationem eorum, quæ dicta ſunt de ſpermate, q, ipſum ſuo fluxu ſuper membrum mordicat, & lædit, & poſtea lenificat, & reducit mēbrum ad diſpoſitionem naturalem &c. Sciendum q, in ſpermate ſunt duæ partes quarum una eſt acuta mordicans, uel adurens ſeu titillās, alia eſt pars humida lenis, quæ fluendo ſuper membrum iam mordicatum, & læſum lenit, & reducit ad diſpoſitionem naturalem. Aliter dicere poſſumus q, in homine fluit ex uaſis ſpermatis humiditas alguadi, quæ non eſt uerū ſperma, & talis mordicat, & cauſat titillationem in membro, & eius fluxus ſuper membrum glandoſum præcedit fluxum ſpermatis ueri, & prima humiditas alguadi cauſat mordicationem, & titillationem, & ſtimulat ad coitum, & ad expulſionem. Secūda uero humiditas ſpermatica cauſat ſuo fluxu ſuper membrum delectationē in coitu: & ſic patet qualiter*

uerificẽtur dicta Auic. & qualiter in delectatiõe reducitur mẽbrũ, a dia diſpõne nõ naturali, ad diſpõnẽ nõ naturalẽ: et ſentitur res nociua iã remoueri. AMPLIVS in coitu phãtaſia, & imagiuatio affectãs aliqd &c. K

Poſtquam Auicenna declarauit quid ſit delectatio ſenſualis, & qualiter cauſetur delectatio ſenſualis in coitu ſecundum ſemitam naturalem. ſ. ſecluſo operæ intentionali, uel imaginario. In hac parte affirmat, ꝙ phantaſia, uel imaginatio affectans aliquid in coitu adiungitur huic intentioni, ideſt huic delectationi ſenſuali coitus prædictæ. Vnde ex tali imagiuatione, uel phantaſia affectante, quæ in coitu eſt concupiſcẽtia animalis, i. cõcupiſcentia accidens animali, augetur delectatio illa in coitu: phantaſia ergo, & imaginatio affectans rem aliquam ſeu declinans ad rem aliquã auget delectationem ſenſualem, quæ habetur circa illã rẽ. Et propter hãc cauſam homo cupiens habere delectationem coitus eligit coitum potius cũ muliere, quam plus amat, & concupiuit, & ad quam phantaſia magis inclinatur, quam cum muliere, quam non concupiuit, & ad quam non inclinatur phantaſia & imaginatio. Et ſi huic homini appetenti coitum offeratur mulier magis pulcra plus diſpoſita ſecundum naturam, & complexionem, & etatem ad cauſandum delectationem coitus, quam mulier, quã concupiuit, & imaginatio affectauit, & dimittatur talis mulier pulcra prædicta, quam homo ille non cõcupiuit, & quæ fuit iu poteſtate illius hominis. Si dimittatur dico cum illo homine ſolo, tunc talis homo renuet, aut non ita cito procurabit habere coitum cum illa muliere pulcra, quam nõ amat, ſicut cum muliere non pulcra, quam amat, & deſiderat, immo poſito ꝙ diuerſis temporibus coeat cum utraq;, tũc talis homo ſentiet maiorẽ delectationem ex coitu cum muliere, quam diligit, et concupiuit, quam cũ muliere pulcra, quam non concupiuit: & tamen mulier pulcra prædicta ſecundum naturam, & diſpoſitionem ſui corporis eſt magis apta inducere maiorem delectationem in coitu, quam mulier, quam homo ille diligit, & ad quam phantaſia ipſius eſt inclinata. Et ꝙ dictum eſt de duabus mulieribus quarum una eſt pulcrior, & melius diſpoſita quam altera, ſimiliter, & multo plus dicatur de duabus mulieribus æqualiter pulcris, & æqualiter diſpoſitis ad cauſandam delectationem in coitu, quarũ unã homo aliquis concupiſcat, & ad ipſam phãtaſia illius magis inclinetur, quã ad alteram, tunc patet ꝙ talis homo ſentiet maiorem delectatiouem in coitu cum muliere amata, ad quam phantaſia illius hominis inclinatur, quã cum altera muliere æqualiter pulcra & diſpoſita, ad quam phantaſia nõ eſt inclinata. Ex quibus patet, ꝙ imaginatio, & phantaſia uehementer auget delectationem, & per conſequens delectatio habita ſecundum uirtutes appræhenſiuas interiores maior eſt. quam habita ſecũdum uirtutes appræhenſiuas ſenſuum exteriorum. Et ſicut delectatio habita ex appræhenſione ſenſuum interiorum eſt uehementior, & excellentior, quam de-

lectatio habita ex appræhenſione ſenſuum exteriorum, ita delectatio habi-
ta ex appræhenſione obiecti conuenientis facta a uirtute intellectiua, ſicut
infra declarabitur ab Auicenna, *multo excellentior eſt, quã delectatio ha*
bita ex appræhenſione ſenſuum exteriorum aut interiorum', & qd' dictũ
eſt de delectatione, dicatur etiam de dolore. Et ſic delectatio, aut dolor nõ
ſenſualis ſed appræhenſus per uirtutem intellectiuam acquiſitam excellẽ
tior eſt, quam dolor, aut delectatio ſenſualis: immo delectatio, et dolor ſen
ſualis non eſt comparanda in dignitate, & excellentia dolori, & delecta-
tioni non ſenſuali habita per uirtutem intellectiuam.

L ET SI *non eſſet iſta concupiſcẽtia coadiuuata &c.* In *hac parte* Aui
cenna confirmat, q. imaginatio & phantaſia auget delectationem ſenſua
lem dicens, q. ſi concupiſcentia coitus prædicta in animali exiſtens innata,
& cõnaturalis p conſeruatione ſpecierum animalis non eſſet coadiuuata
a phantaſia, uel & non procederet a phantaſia, uel ab imaginatione, tũc
delectatio ſola, quæ eſt naturaliter ſecundum ſenſum ſecluſo opere ima-
ginationis non ſufficeret ſtimulare animal ad amorem, & ad coniunctio-
nem coitus cum hac uel illa magis quam cum alia, & non eſſet intentio ani
malis, quæ nunc eſt. i. animal non intenderet, ita ad delectationem coitus,
& conſeruationem ſpeciei ſuæ, & generationem, ſicut nunc intendit, Ap-
paret ergo qualiter imaginatio, et phantaſia augẽt delectationem ſenſua
lem in coitu.

M DELECTATIO *autem iræ ſeu uirtutis iraſcibilis eſt aduentus*
uictoriæ &c. Poſtquam Auicẽna *manifeſtauit, qualiter fiat delectatio ſen*
ſualis in comeſtione cibi, & potu, & in coitu, conſequẽter declarat, qua-
liter fiat delectatio apud uirtutes appræhenſiuas interiores, de quibus
ſupradictum eſt. ſ. apud uirtutem iraſcibilem, & uirtutem deſideratiuã,
& imaginatiuam, quando quælibet iſtarum uirtutum appræhendit ſibi
conueniens. In *hac ergo parte* Auicenna *declarat, qd' ſit conueniẽs cuiuſ-*
libet uirtutum prædictarum, & quæ ſit delectatio ipſarũ. Dicit *ergo dele*
ctatio autem uirtutis iraſcibilis eſt aduentus uictoriæ ſupple ſuper inimi
cum, quoniam ira, & uirtus iraſcibilis inſita eſt in animali propter hanc
intentionem. ſ. propter uictoriam acquirendam contra inimicum, ne am-
plius ledatur aut iniurietur ab inimico. AMPLIVS *cõponũtur ex iſtis ſim*
N *plicibus delectationes. i. ex delectationibus ſimplicibus iſtarum uirtutum*
prædictarum. ſ. uirtutum ſenſuum exteriorum, & interiorum componun
tur delectationes compoſitæ, quandoq; enim componitur delectatio ex ui-
ſu, & olfatu, & tactu rei delectabilis, quando obiecta delectabilia a quali
bet iſtarum uirtutum ſimul appræhenduntur. E*t quandoq; ex delectatio-*
nibus &c. i. & quandoq; ex delectationibus eſt aliqua delectatio, in qua
communicant aliæ uirtutes appræhenſiuæ, & delectantur, ſicut eſt dele-
ctatio in cogitatione de uictoria habita, aut in cogitatione de aliqua alia

delectatione: in huiuſmodi enim cogitatione cõicat uirtus exiſtimatiua, & imaginatiua, & iraſcibilis, et appetitiua, quia quando aliquis cogitat de uictoria habita contra inimicum, delectatur, & quælibet iſtarum uirtutum communicat, & concurrit in tali cogitatione de uictoria, et delectatur. Nam uirtus exiſtimatiua & imaginatiua delectatur de tali uictoria acqſita, & ſimiliter uirtus iraſcibilis et appetitiua, ut patet qa quælibet iſtarum appræhendendo uictoriã appræhendunt conueniens, quare &c.

QVARE *manifeſtum eſt &c. In hac parte Auicenna concludit, & declarat ꝙ ex delectationibus ſenſualibus, de quibus dictum eſt ſupra, manifeſtum eſt, ꝙ delectationes fiunt ex appræhenſione conuenientium ſicut ſupra affirmatum eſt, Et conuenientia quidem perficiunt ſubſtantiam ſupple eorum, quibus ſunt conuenientia, & perficiunt operationem ſubſtantiæ ipſorum: ſi ergo ita eſt, ꝙ delectationes fiunt ex appræhenſione conuenientium, ſequitur, ꝙ proportio delectationum ad inuicem. ſ. unius ad alteram. i. comparatio delectationum ad inuicem. ſ. unius ad alteram in dignitate, & excellentia, et perfectione eſt ſicut proportio. i. comparatio uirtutum appræhenſiuarum inter ſe: quanto enim uirtus appræhenſiua eſt nobilior, & perfectior alia: tanto delectatio illius uirtutis appræhenſiuæ nobilioris eſt excellentior, et maior, & nobilior. Et q̃to ſubiectũ et organũ alicuius uirtutis appræhenſiuæ eſt perfectius, & melius diſpoſitum, tãto delectatio illius organi eſt excellentior. Et hoc non ſolum eſt uerum in delectationibus uirtutum appræhẽſiuarum diuerſarum ſpecierum, ſed etiã in delectationibus uirtutum appræhenſiuarum eiuſdem ſpeciei. Nam appræhenſio uirtutis tactiuæ in iuuene temperato perfectior eſt, quã in ſene melancolico. Et ideo delectatio tactus in iuuene temperato excellẽtior eſt, quã delectatio tactus in ſene prædicto. Similiter delectatio uiſus in oculo bene diſpoſito, quam delectatio uiſus in oculo male diſpoſito habente uiſus debilitatem. Et quanto obiectum ſeu una res, & una perfectio conueniẽs alicui uirtuti appræhenſiuæ eſt dignior altera, tanto delectatio illius uirtutis appræhenſiuæ eſt excellentior alia delectatione: quanto enim obiectum conueniens uiſui, & tactiuæ uirtuti, & guſtatiuæ, & ſic de alijs, eſt nobilius, et conuenientius, tanto delectatio cuiuslibet uirtutum prædictarum eſt maior: & quanto obiectum prædictum eſt minus nobile, & minus conueniens, tanto delectatio circa tale obiectum eſt minor, & ignobilior. Et ſi delectatio fit ex appræhenſione conuenientium, ut probatum eſt, ſequitur, ꝙ quanto una uirtus appræhenſiua, uel una appræhenſio eſt pfectior, & dignior, quam alia eiuſdem ſpeciei, aut diuerſæ ſpeciei cum illa, tanto delectatio illius uirtutis appræhenſiuæ eſt maior, & excellentior. Et ideo ſi appræhenſio uiſus eſt perfectior in aliquo homine quã in alio, tunc delectatio uiſus in homine habente uiſum perfectiorem excellentior eſt, quã in homine diminute uidente. Patet ergo ꝙ proportio delectationũ ad inuicem*

ad inuicem eſt,ſicut proportio uirtutum appræhenſiuarum inter ſe, & rerum conuenientium inter ſe,& appræhenſionum inter ſe.

P AMPLIVS *ex notis manifeſtis per ſe:poſtquam præmiſit Auicēna, ꝙ delectationes fiunt ex appræhenſione conuenientium. Et ꝙ proportio delectationum adinuicem in dignitate eſt,ſicut proportio uirtutum apprehenſiuarum inter ſe, & rerum conuenientium inter ſe &c. In hac parte intendens probare,ꝙ delectatio & dolor,quæ attribuūtur animæ intellectiuæ in tempore Mahad.i.in tempore poſt ſeparationem a corpore,non ſunt cōparāda delectationi,& dolori,quæ ſunt in hoc mūdo. Et illa,quæ Auicenna in hac parte præſupponit,ſunt nota, & manifeſta.ſ. ꝙ anima rationalis ſit appræhenſiua,& habeat uirtutem appræhenſiuam & ꝙ ſubſtantia animæ intellectiuæ ſit nobilior,quam eſſentia &c. Litera patet.* ILLA *uero.i.uirtus ſenſitiua eſt dependens a materia &c.* AMPLIVS *appræhenſio,& cognitio ipſius.ſ.animæ intellectiuæ nobilior eſt &c.Sed dubitatur circa dictum ſuperius uidelicet, quanto appræhenſio aliqua eſt dignior alia,tanto delectatio illius appræhēſionis eſt maior. Nam appræhenſio uiſus eſt nobilior,ut patet per Ariſto.in libr.de ſenſu, & ſenſato dicētem magis diligimus ſenſum uiſus, quia multimodas &c. & dicunt alij præcipue muſici,ꝙ ſenſus auditus, & eius appræhenſio eſt nobilior eo,quia uiſus debilitatur ex frequenti uiſione, auditus uero non ſic debilitatur,ſed magis perſpicitur. Auditus etiam ſentit ad quamcunq; differētiam poſitionis ante, retro,& lateraliter,ſed uiſus non appræhendit,niſi ea quæ oculis opponuntur. Ex prædictis ergo patet,ꝙ ſecundum diuerſas opiniones appræhenſio uiſus uel auditus eſt nobilior, quam appræhenſio tactus,& tamen delectatio uiſus,& auditus non eſt excellētior quā delectatio tactus:dixit enim Auicenna primo cañ.fen.ſecunda capitu. de cauſis deliciarum, ꝙ ꝓpterea ꝙ tactus omnibus ſenſibus eſt ſpiſſior,et magis retinēs illud, ꝙ recipit ex impreſſione conuenientis,aut non conueniētis.Ideo eius ſentire illud ꝙ eſt cōueniens eſt maior delectatio. Et eius ſentire ꝙ eſt inconueniens eſt deterioris doloris quam illud,qđ alijs uirtutibus exiſtit proprium.Reſpondetur, ꝙ delitiæ & delectatio ſenſualis magis attribuitur tactui,quam alijs uirtutibus:ut dictum eſt,quia ſenſus tactus eſt materialior ,quam aliæ uirtutes ſenſitiuæ, & ideo ſenſus tactus diutius retinet,& conſeruat ſpecies impreſſas a re tangibili.Et quia appræhenſio rei tangibilis conuenientis aut inconuenientis diutius retinetur & cōſeruatur materialiter in uirtute tactiua. Ideo delectatio tactus eſt maior,quam delectatio aliorum ſenſuum,ſed hoc eſt per accidens ratione appræhenſionis uirtutis tactiuæ exiſtentis magis ſpiſſæ, & magis materialiter recipientis,& diutius conſeruantis. Sed ubi eſſent duæ uirtutes appræhenſiuæ ſenſuales æquæ materialiter recipientes, tunc delectatio appræhenſionis nobilioris excellentior eſt, quam delectatio ap-*

præhenſionis non ita dignæ & perfectæ. Aliter reſpōdent aliqui dicentes: ꝗ appræhenſio uiſiua non ſit ab oculo, ſed a uirtute animæ, & ꝗ neruus obticus, aut eius cruciatio uel humor chriſtallinus ſunt inſtrumēta uirtutis uiſiuæ, quæ ſit ab anima, & tu conſidera. Alij reſpondent aliter ꝗ propoſitio ſuperius dicta. ſ. quanto appræhenſio eſt dignior, intelligitur, quod quanto appræhenſio eſt certior, & uerior, & magis diſtincta, tanto delectatio illius appræhenſionis eſt maior: & hoc eſt uerum comparādo appræhenſionem ad appræhenſionem eius ſpeciei uel alterius ſpeciei.

AMPLIVS *quæ appræhēduntur ab ipſa. ſ. anima intellectiua: ſunt* Q
res conuenientes nobiliores, uel obiecta conuenientia nobiliora, quoniam quæ appræhenduntur ſunt intentionis certe &c. Litera patet.

NAM *perfectiones animarum rationalium &c. Eſt ꝗ fiant eſſentiæ* R
expoliatæ ab omni alteratiōe, & diuiſiōe ſeu multiplicatiōe. Pro declaratione huius nota, ꝗ animæ hominum alterantur, & diuerſificātur, & multiplicantur ſecundum diuerſitatem habituum moralium uirtuoſorum, aut uitioſorum, ſecundum quos habitus animæ ſimulantur animalibus ſeu animabus animalium habentium mores eis conformes. Vnde anima uitioſi ſuperbi ſimilatur animæ leonis, & anima luxurioſi ſimilatur porcho, & ſimiliter de alijs dicatur: quia igitur animæ humanæ alterantur, & permutantur ex moribus bonis ad malos mores, & quandoq; econtra, ideo uerum eſt dicere, ꝗ anima humana dum eſt in corpore, alteratur, & multiplicatur ſeu diuerſificatur. Dico alteratur ſupple ſecūdum mores diuerſos: multiplicatur, quia ſi anima acquirit mores lupi, efficitur anima ſimilis animæ lupi. Et ſi acqrit mores porci, tunc efficitur anima ſimilis aīæ porci Sicut ergo anima hominis in corpore exiſtēs acquirit uarios mores ſimiles moribus ſeu naturis diuerſorū animalium, ita anima hominis dicitur multiplicari & effici aliquando anima porci, quādo habet mores, qui ſimilātur naturæ porci, & aliquando effici anima leonis uel ſimilis animæ leonis, quando habuerit mores leonis. Anima ergo in corpore humano alteratur & diuerſificatur in moribus, & efficitur ſimilis naturæ, & moribus diuerſorum animalium: ſed quando animæ uirtuoſæ perfectæ erunt a corpore ſeparatæ, tūc ipſæ erūt expoliatæ a tali alteratiōe in moribus, & diuerſificatione, & erunt expoliatæ a diſpoſitione: qua ſimilantur diuerſis aīalibus brutis, ſicut prius erāt dum erāt corpori unitæ. Nam poſt ſeparationem animarum a corpore, tunc animæ uirtuoſæ ſeparatæ habent hanc perfectionem. ſ. ꝗ ipſæ permanent in habitu ſuo, & nō permutantur, īmo magis perficiuntur, & efficiuntur ſimiles angelis, ſicut infra patebit.

IN QVIBVS *ſunt ſpecies omnium entium: hic aſſignat aliam per-* S
fectionem, ꝗ in animabus ſeparatis a corpore & expoliatis ab alteratiōe prædicta ſunt ſpecies omnium entiū: ita, ꝗ tales animæ prædictæ ſecūdū Auic. cognoſcunt omnia entia. Et pro declaratione huius ſciendum, ꝗ an-

geli,& ſubſtãtiæ ſeparatæ,& animæ ſeparatæ a corpore, cum ſint ſubſtãtiæ incorporeæ ſpirituales non occupantes locum,neq; habentes ſitũ, neq; differentiam poſitionis,cognoſcũt omnia entia, & ſpecies omnium entiũ ſunt in eis:quia cũ ipſæ animæ ſint ſubſtantiæ incorporeæ,& intellectiuæ appræhendunt res coram eis exiſtẽtes,& res in eis ſpecies ſuas imprimentes;& cum omnia entia ſint ſibi præſentia,quia nõ eſt maior ratio, ꝙ unum imprimat ſpeciem ſuam in eis,& ſit corã eis magis quàm aliud ens, quia reſpectu animarum prædictarum non poteſt dici, ꝙ unum ens magis ſit propinquum eis,aut remotũ ab eis,quàm aliud ens.Omnia ergo æqualiter ſe habent ad ipſas animas,quæ quidem cũ ſint incorporeæ abſq; differentia poſitionis,& abſq; aliqua diſtantia ſunt præſentes,& indiſtãtes omnibus entibus.Et nihil eis prohibet appræhenſionem omnium entiũ. Verum ſecundum ꝙ una ſubſtantia ſeparata eſt magis perfecta,quàm alia & ſecundũ,ꝙ una anima ſeparata a corpore eſt magis perfecta quã alia, ita melius & diſtinctius cognoſcit omnia entia, & intelligit, quàm alia. Angelus enim perfectior altero,& ſimiliter anima perfectior altera melius intelligit omnia entia,quàm anima non ita perfecta:ſicut enim ſi multa & diuerſa entia eſſent coram oculis diuerſorum hominum, tunc homo habens oculos magis diſpoſitos perfectius uidet illa entia,quàm alius homo habens oculos male diſpoſitos,& tamen dicimus,ꝙ illa omnia entia multa & diuerſa coram oculis illis uidentur,ita dicẽdum,ꝙ omnia entia,cũ ſint præſentia animabus perfectis ſeparatis a corpore,intelliguntur,& cognoſcuntur ab eis, tamen perfectius intelliguntur ab una anima ſeparata a corpore,quàm ab alia,ſecundum ꝙ talis anima perfectior eſt,& magis diſpoſita ad intellectionem:Talis autem diſpoſitio acquiritur in hoc mundo mediantibus uirtutibus,& actibus moralibus, & habitibus praticis,& ſpeculatiuis.Tales autem habitus pratici,& ſpeculatiui nõ habentur niſi ex frequentatis actibus ſpeculando,et bene operando.Anima autem, quæ in hoc mundo,& in hoc corpore fuerit immerſa circa uitia,& minime occupata circa ſcientias,nõ erit poſt mortem,& poſt ſeparationem a corpe ita diſpoſita ad intellectionem,ſicut anima perfecta. Verum Chriſtiani tenent ꝙ anima hominis uirtuoſi in hoc corpore, licet non occupata fuerit circa ſcientias,ſed tantum circa mores bene uiuendo &c. uirtute diuina diſponetur poſt ſeparationẽ a corpore,qđ ipſa perfectiori modo intelliget omnia entia,quàm anima ſapientis,ſecundum quod a Deo diſponetur & in eã infundetur ſciẽtia et hoc idẽ tenent aliqui Maumethani.Sed redeundo ad propoſitum animæ ſeparatæ intelligunt omnia entia,& in eis ſunt ſpecies omnium entium.Et ſi dicatur,quod tunc animæ ſeparatæ intelligendo omnia entia erunt æquales Deo glorioſo in cognitione ſua.Reſpondetur ut dictum eſt,quod animæ ſeparatæ licet intelligant omnia entia ſecundum modum dictum,tamen quia Deus perfectiorem habet entitatem,

& diſpoſitionem, quàm omnes aliæ ſubſtantiæ ſeparatæ, & quàm omnia
alia entia a Deo: Deus perfectiori modo, & melius intelligit omnia entia,
quàm animæ ſeparatæ, & quã omnes angeli &c. Et licet Deus cognoſcat
omnia entia ex hoc, ꝙ omnia entia ſunt præſentia, ſicut etiã ſunt præſen-
tia angelis & animabus ſeparatis, tamen Deus adhuc ſecundum aliũ mo
dum cognoſcit omnia entia perfectius & melius, nã omnia entia relucent
in eſſentiam diuinam tanquam in ſuam cauſam, ſicut ſpecies uiſibilium in
ſpeculo. Deus ergo intelligendo eſſentiam ſuam intelligit etiã omnia, quæ
relucent in eam tanquã effectus in cauſam, & ideo Deus cognoſcit omnia
entia pfectiori modo, quàm angeli, & quàm animæ ſeparatæ.

QVARE ipſe ſunt eßentiæ ſimiles eßentijs intelligentiarum & eis T
conformes &c. Ex prædictis cõcludit ꝙ quia aĩæ ſeparatæ a corpore ſunt
expoliatæ ab omni alteratione, & cognoſcunt omnia entia, ſicut dictũ eſt
& ſunt ſeparatæ a materia. Ideo ſimilantur eſſentijs intelligentiarum,
ſicut enim intelligentiæ ſunt expoliatæ &c. Et cognoſcunt omnia, et ſunt.
ſeparatæ a materia, ita etiam animæ ſeparatæ a corpore: quare eſſentia
animarum prædictarum ſimilatur eſſentiæ intelligentiarum, & eſt ei cõ-
formis. Verum radix, & eßentia ipſarum. ſ. intelligẽtiarum eſt ſpirituoſa
ſimilis in hoc eſſentiæ creatoris noſtri. i. Dei noſtri, & radix uel eſſentia
corporea. i. formæ corporeæ informantis corpus uel exiſtẽtis in corpore eſt
ſenſata. i. informat corpus ſenſatum, ET EST permixta cum priua-
tione & malitia: quia anima exiſtens in corpore nõ habet in actu omnes
ſuas operatiões, ſicut intelligentiæ. Anima etiam exiſtens in corpore qñq;
acquirit malitiam. ſ. uitia. i. ipſa eſt permixta cum malitia, & cum priua-
tione, quæ priuatio eſt quædam diminutio, & malitia. Intelligentiæ uero
non habent talem permixtionem cum malitia, neq; cum priuatione, quia
ipſæ habent in actu omnia, quæ ſibi conueniunt, & non in potentia: intelli
gentiæ etiam habent uoluntatem immutabilem, neq; poſſunt uelle niſi bo-
num: ipſæ igitur non ſunt permixtæ cũ malitia, neq; cum priuatione, ſicut
anima in corpore exiſtens, quæ tunc eſt ſubſtantia ſpiſſa aquoſa. i. quæ tũc
non eſt ſubſtantia lĩpida clara, ſed eſt ſubſtantia aquoſa turbida. i. eſt ſub-
ſtantia ſimilis ſubſtantiæ aquæ ſpißæ nõ omnino claræ. Anima igitur licet
ſit lucida, & de natura lucis, tamen ipſa obſcuratur a corpore. & obtene
bratur, & fit ſicut aqua turbida non clara, ſed intelligentiæ ſunt omnino
lucidæ, & ſubſtantia ipſarum non obtenebratur ab aliquo, ſicut obtene-
brãtur aĩæ ex ſenſibilibus, et a uitijs mũdanis. ET COMPARATIO V
iſtarum quatuor intentionum. ſ. prædictarum, quarum prima fuit, ꝙ ſit ſen
ſata, ſecunda ꝙ ſit permixta cum malitia, et cum eo qđ eſt in potentia, et
cum priuatiõe, tertia ꝙ ſit ſpiſſa, quarta ꝙ ſit aquoſa turbida. Et hæ intẽ
tiones quatuor, quæ attribuuntur animæ humanæ: dum eſt in corpore,
ſunt intentiones, quæ attribuuntur animæ ſenſitiuæ. i. animæ brutorum,

talis enim anima eſt materialis ſenſata, quia non habet eſſe niſi in re ſenſata corporali, & non habet niſi operationes ſenſuales, talis etiam anima eſt permixta cum malitia & cum priuatione, priuata enim eſt & diminuta a multis perfectionibus, tales etiam anima brutorũ eſt ſpiſſa, quia materialis, & eſt ſubſtantia aquoſa turbida. Comparatio igitur inter intelligentias & inter animas humanas ſeparatas a corpore eſt, ꝙ intentiones, quæ attribuũtur animæ ſenſitiuæ brutorum, attribuũtur etiam animæ humanæ: dum ipſa eſt in corpore. MANIFESTVM *eſt igitur &c. Aliter exponitur ly.* VERVM *eſſentia uel radix ipſarum &c. Q͛d intentio Auiceunæ in hac parte eſt, ꝙ anima humana ſeparata a corpore habeat hanc perfectionem, ꝙ ſit expoliata ab alteratione, & ꝙ cognoſcat omnia entia, & propter hoc ſimilatur intelligentijs, ut dictum eſt, tamen principium & radix animæ humanæ eſt ſubſtantia ſpirituoſa creatoris noſtri, quia intelligentia uniuerſalis, ut dictum eſt, ſecundum Auic. eſt principiũ a quo emanat forma humana, quæ eſt anima intellectiua, & talis quidem intelligentia uniuerſalis eſt eſſentia ſpirituoſa, & eſt inſtrumentũ, & cauſa ſecundaria, qua mediãte Deus operatur, & creat, & infundit animas in corporibus hominum. Talis igitur intelligentia dicitur ſubſtantia ſpirituoſa, & dicitur creatoris noſtri, quia eſt inſtrumentum ſeruiens creatori noſtro. Sed principium, & radix ſubſtantiæ corporeæ eſt res ſenſata pmixta cum malitia. & priuatione, & eſt res turbida ſpiſſa. Aliter & melius exponitur q͛d differentia eſt inter eſſentiam animæ humanæ, & eſſentiã corporeã propterea, ꝙ eſſentia & radix animæ humanæ rationalis eſt eſſentia, & ſubſtantia ſpirituoſa Creatoris noſtri. i. emanans, & creata a creatore noſtro Deo glorioſo mediante intelligentia uniuerſali, ut dictum eſt. Sed ſubſtantia uel eſſentia corporea eſt ſubſtantia ſenſata permixta cum malitia, & cum potentia, & cum priuatione, quia ipſa habet in ſe diminutionem, & priuationem multarum perfectionum, & eſt in potentia ad multas operationes: & perfectiones. Et cõparatio iſtarum quatuor intentionum eſt, quæ attribuuntur animæ humanæ, quæ quidem intentiones ſupradictæ ſunt: quarum una eſt, ꝙ ſubſtantia animæ prædicta eſt appræhenſiua, & nobilior, quàm aliæ uirtutes appræhenſiuæ ſenſitiuæ, ſecunda ꝙ cognitio ipſius animæ humanæ nobilior eſt, quã cognitio aliarũ uirtutũ. tertia ĩtẽtio, ꝙ quæ appræhẽdũtur, ſunt cõueniẽtia nobiliora etc. Quarta intẽtio eſt, ꝙ perfectiones ipſius animæ rationalis nobiliores ſunt quàm perfectiones uirtutum ſenſitiuarum. Manifeſtum eſt autem, ꝙ iſtæ quatuor intentiones prædictæ, quæ conueniunt, & attribuuntur animæ intellectiuæ, nobiliores ſunt, & digniores, quàm intentiones ultimæ prædictæ, quæ attribuuntur ſubſtãtiæ corporeæ. Et intẽtiones prædictæ ſunt digniores, quàm perfectiones, quæ attribuuntur animæ ſenſitiuæ, quare delectationes uirtutis intellectiuæ digniores ſunt, quàm delectationes, quæ*

attribuuntur uirtutibus ſenſitiuis. Manifeſtum eſt igitur, ꝙ delectationes quæ attribuuntur animæ humanæ .i. animæ ipſius in tempore Mahad &c. Alia litera habet. Verum eſſentia, & radix ipſarum eſt ſpirituoſa creatoris noſtri. Et eſſentia uel radix rei uel ſubſtantiæ corporeæ eſt ſenſata permixta cum priuatione, & cum eo, qđ eſt in potẽtia, & cum priuatione. Et eſt ſpiſſa, turbida. Comparando autem iſtas quatuor intentiones, quæ attribuuntur animæ humanæ ad intentiones, quæ attribuuntur animæ ſenſitiuæ, manifeſtum eſt, ꝙ delectatio, quæ attribuitur ſubſtãtiæ humanæ .i. animæ ipſius in tempore Mahad, quando anima fuerit perfecta &c.

Iſta litera ẽ clarior. Et prima pars huius literæ uidelicet uerũ eſſentia, & radix ipſarũ eſt ſpirituoſa &c. exponatur, ſicut immediate ſupra expoſitum eſt. Sed illa particula, Comparaudo autem iſtas quatuor intentiones &c. exponatur ſic, ꝙ Auicenna in hac parte poſtquam præmiſit, ꝙ ꝓportio delectationum adinuicem in dignitate & excellentia .ſ. unius ad alteram eſt ſicut proportio, & comparatio iſtarum quatuor inteutionum inter ſe .ſ. comparatio uirtutum appræhenſiuarum inter ſe .ſ. comparãdo unam uirtutem ad alteram, ſecundo comparando res conuenientes inter ſe .ſ. obiecta conuenientia inter ſe. Tertia intentio, in qua cadit comparatio eſt comparando perfectiones unius uirtutis appræhenſiuæ ad perfectiões alterius. Quarta cõparãdo unam appræhenſionem ad aliam. Et quando comparantur iſtæ quatuor intentiones, primo comparando uirtutem appræhenſiuam ad aliam uirtutem appræhenſiuam, ſecundo comparando obiectum conueniens unius uirtutis appræhenſiuæ ad obiectum conueniẽs alterius, tertio comparando perfectiones unius uirtutis appræhẽſiuæ ad obiectum alterius. quarto cõparãdo appræhenſionem uirtutis unius prædictæ ad appræhenſionem alterius. Et in comparationibus intentionum quatuor prædictarum inuentum & demonſtratum fuerit, ꝙ quatuor intẽtiones prædictæ, quæ conueniunt, & attribuuntur alicui uirtuti appræhẽſiuæ ſint digniores, & nobiliores, quàm intentiones ſimiles prædictæ, quæ attribuuntur alteri uirtuti appræhenſiuæ, tunc concludendũ & aſſerendũ, ꝙ delectationes alicuius uirtutis appræhenſiuæ ſint nobiliores, & excellentiores, quàm delectationes alterius, quaudo intentiones quatuor prædictæ illius uirtutis ſunt digniores & excellentiores, quã intentiones prædictæ ſimiles alterius uirtutis. Demonſtratum eſt autem, ꝙ uirtus appræhenſiua animæ humanæ dignior eſt, quam uirtus appræhenſiua aliarum uirtutum ſenſitiuarũ, ſecũdo ꝙ obiectum conueniens uirtutis intellectiuæ nobilius eſt, quàm obiectum uirtutum ſeuſitiuarum, tertio etiam demõſtratum eſt, ꝙ appræhenſio uirtutis intellectiuæ dignior, quàm appræhenſio uirtutum ſenſitiuarum, quarto demõſtratũ eſt, ꝙ perfectiones, quæ conueniunt animæ humanæ excellẽtiores ſunt, quàm perfectiones animæ ſenſitiuæ .i. uirtutum ſenſitiuarum. Quare comparãdo iſtas quatuor intentiones

prædictas quæ attribuuntur animæ humanæ ad intẽtiones ſimiles, quæ cõ-
ueniunt animæ ſenſitiuæ.ſ. uirtutibus ſenſitiuis.ſ. comparando uirtutem
unius ad uirtutem alterius, & obiectum conueniens ad obiectũ conueniẽs,
& comparando perfectiones ad perfectiones, & cõparando etiã appre-
henſionem animæ rationalis ad apprehẽſionem animæ ſenſitiuæ: manife-
ſtum eſt ex tali comparatione, & proportione: ꝙ quia intentiones quatuor
prædictæ quæ attribuuntur animæ rationali ſunt digniores quàm inten-
tiones quæ attribuuntur animæ ſenſitiuæ delectatio, quæ attribuitur ſub-
ſtantiæ humanæ.i. animæ ipſius hominis in tempore Mahad, ſi anima fue-
rit perfecta, eſt delectatio, cui non eſt comparanda aliqua ex delectationi-
bus in hoc mundo exiſtentibus. Mirãdum enim eſſet ꝙ Deus glorioſus tri-
buerit angelis fœlicitatem, & bonũ æquale et ſimile bono, qđ attribuitur
brutis animalibus, anima autem eſt de natura angelica, quare ſicut fœli-
citas & delectatio, quæ appropriatur naturæ angelicæ eſt excellẽtior qua-
cunq; delectatione, quæ appropriatur uirtuti ſenſitiuæ, & animalibus
brutis, ſimiliter delectatio, quæ attribuitur animæ rationali in alia uita
excellentior eſt quacunq; delectatione in hoc mundo exiſtente, immo dele-
ctationes huius mundi non ſunt comparandæ delectationibus, quæ attri-
buuntur naturæ angelicæ & animæ humanæ in alia uita.

V ITA VT ANIMA obliuiſcatur: iſta litera etiam patet: ſed pro
confirmatione uerborum Auicennæ dixit Maumethus in lib. Alcoran, ꝙ
anima in corpore eſt ſicut homo dormiens, qui nihil cognoſcit. Anima uero
a corpore ſeparata eſt ſicut homo excitatus a ſomno, qui plura cognoſcit, et
X intelligit. EST POTENS ſuper dominium uirtutis animalis.i. ſuper
Y dñiũ uirtutis ſenſitiuæ SECVNDVM diuerſitatẽ maioris uel minoris do-
minij.i. quanto poteſtas animæ rationalis ſuper uirtutem ſenſitiuam eſt ma-
ior, tanto cognitio illius delectationis alterius uitæ eſt maior, & quãto po-
teſtas eſt minor, tanto cognitio prædicta eſt minor.

Z. ET ILLI QVIBVS a creatione ſua &c.i. & homines illi, qui a
creatione ſua, ideſt ex complexione ſua radicali, & ex influxu cœleſti ha-
bent hanc gratiam a Deo, ꝙ uirtus rationalis dominatur ſuper uirtutem
animalem.i. ſenſitiuam, & uirtus ipſorum rationalis eleuata eſt ſupra uir-
tutem ſenſitiuam, Et uirtus eorum intrinſeca & occulta.i. uirtus eorũ ra-
tionalis quæ eſt intrinſeca & occulta, quia talis non apparet ſenſui, ſicut
uirtus ſenſitiua, quando ergo talis uirtus eorum rationalis occulta eleua-
tur, & dominatur ſupra uirtutes exteriores.i. ſuper uirtutes ſenſitiuas
taliter, ꝙ tales uirtutes ſenſitiuæ ſubiectæ ſunt uirtuti rationali, tunc poſ-
ſibile eſt, ꝙ homines huiuſmodi in hoc mundo habeant, & cognoſcant ali-
quam partem ſeu menſuram, ſeu aliquem gradum delectationis, quæ cõue-
nit animæ in alia uita. Quæ quidem delectatio & fœlicitas haberi & pcipi
non poteſt abſolute, & abſq; menſura.i. in gradu ſummo ſeu infinito, niſi

in fine uitæ & poſt mortem. FOELICITAS igitur alterius mundi eſt
apud ſeparationem .i. percipitur ab anima apud ſeparationem & libera=
tionem animæ a corpore, & apud liberationem animæ ab impreßionibus
naturalibus .i. ab impreßionibus ſenſationũ, quæ aliter dicuntur impreſ=
ſiones naturales per comparationem ad ea quæ a ratione, & a uoluntate
procedunt. ET APVD denudationem eſſentiæ completam .i. apud ex=
poliationem eſſentiæ completam .ſ. quando eſſentia animæ eſt cõplete ex=
poliata ab impreßionibus corporeis & ab impreßionibus ſenſationum. Et
tunc apud talem ſeparationem animæ a corpore, & denudationem cõple=
tam eſſentiæ animæ prædictam. Anima ipſa intuetur, & intelligit eßentiã
diuinam &c. & conſiderat eſſentias ſublimes, & aduentum perfectionũ
ipſius aiæ, & cõſiderat ẽt delectationẽ excellentẽ, quæ appropriatur ſibi
in illa hora .i. in alia uita, quando anima eſt ſeparata a corpore, & expo=
liata &c. CRVCIATVS uero &c. poſtquam manifeſtauit fœlicitatẽ
& delectationem, quæ conuenit animæ perfectæ uirtuoſæ in alia uita, In
hac parte oſtendit pœnam & cruciatum animæ uitioſæ in alia uita. ET
QVONIAM anima rationalis in corpore non eſt ſicut forma in mate=
ria &c. In hac parte Auicenna reſpondet alicui inferenti concluſionem
iſtam ex prædictis .ſ. ꝙ corpus ſit illud, qđ impediat animã a cõprehenſio
ne delectationis prædictæ, & doloris & cruciatus prædicti. Licet igitur
dictum ſit ſupra, ꝙ fœlicitas alterius mundi comprehenditur apud ſepa=
rationem animæ a corpore, & liberationem ipſius animæ ab impreßioni=
bus naturalibus &c. tamen quia anima rationalis in corpore non eſt ſicut
forma in materia .i. non eſt in corpore, ſicut ſunt aliæ formæ materiales,
quæ ſunt in corpore, & quæ educuntur de potentia materiæ, & depẽdẽt
in eſſe ab ipſa materia, & ſunt immerſæ in materia. ſed anima rationalis
in corpore non eſt educta de potentia materiæ, neq; immerſa in materia,
neq; depẽdens in eſſe ab ipſa materia, & a corpore, quia ut ſupra proba
uit Auicenna: eſſentia animæ intellectiuæ exiſtere poteſt abſq; materia,
quia igitur anima rationalis in corpore non eſt ſicut forma materialis in
materia dependens in eße ab ea, ſed eſt in corpore tanquã forma informãs
exiſtens principiũ per ſe operationis naturalis animalis: & intellectiuæ.
Ideo ſubſtantia corporis non eſt impediens ipſam animam rationalẽ a cõ=
prehenſione illius fœlicitatis, quæ in alia uita comprehẽditur immo me=
dians & prohibens animam ab illa fœlicitate ſunt impreßiones, Aliter et
melius exponitur, ꝙ Auicenna in hac parte reſpondet tacitæ obiectioni
uidelicet. Diceret enim quis, ꝙ ſicut fœlicitas & delectatio alterius mũdi
non poteſt apprehendi, & cognoſci ab anima exiſtere in corpore niſi
ſecundum partem, & ſecundum aliquem gradum, & nõ totaliter propte
rea, ꝙ corpus impedit, & obtenebrat, ſicut ergo anima quantũcunq; uir=
tuoſi dum eſt in corpore non poteſt apprehendere totaliter illã fœlicitatẽ

non pp impedimentum malorum moru͂, & propter habitus uitioſos, quia præſupponitur q; talis anima ſit uirtuoſa, immo propter impedimentu͂ corporis, ſicut ergo propter impedimentum corporis in hac uita anima no͂ poteſt apprehendere fœlicitatem illam complete, ita e͂t in alia uita poſt ſeparationem a corpore anima non poterit conſequi illam fœlicitatem et delectatione͂ prædictam, eo, quia anima in corpore obtenebratur a corpe & a materia quam infirmat. Ad hoc reſpondet Auicenna, q; licet anima rationalis in hac uita ſit in corpore, tame͂ non eſt in corpore immerſa dependens in eſſe ab eo; ſicut forma in materia. i. ſicut forma materialis educta de potentia materiæ, et quæ eſt in materia informans eam, et immerſa in materia, a qua dependet in eſſe. Quia igitur anima in corpore non eſt ſicut forma in materia educta de potentia materiæ, et immerſa in ea, ſed ipſa anima rationalis eſt in corpore, tanquam forma informans ipſum, et tãquam principium operationis naturalis uitalis, et intellectiuæ, et no͂ dependet in eſſe a corpore, quia ipſa per ſe exiſtere poteſt abſq; corpore, ut ſupra probauit Auicenna. Ideo ſubſtantia corporis, in quo eſt anima in hac uita, non eſt impedie͂s anima͂ a cognitione eſſentiæ diuinæ, et ab appræhenſione fœlicitatis, et delectationis prædictæ, dum erit in alia uita, et ſeparata a corpore immo media͂s et probibens animam dum erit ſeparata a corpore, ne conſequatur ſuam fœlicitatem, non eſt corporis ſubſta͂tia, ut dictum eſt, ſed qualitates ſeu habitus mali a corpore, et a ſenſibus in animam impreſſi, et confirmati, probibent, ne anima a corpore ſeparata conſequatur ſuam fœlicitatem. Manifeſtum eſt enim apud omnes philoſophos, q; habitus boni uirtuoſi & habitus mali uitioſi acquiſiti in hoc mu͂do fundantur in anima tanquam in proprio ſubiecto, & non in corpore. Et ideo licet anima ſeparetur a corpore, tame͂ habitus uitioſi acquiſiti ex ſenſibus dominantibus ſuper rationem remane͂t in anima ſeparata a corpore. Et ſicut tales habitus uitioſi impediebant, & obfuſcabant animam in corpore exiſtentem ita, q; talis anima minime inclinata, & diſpoſita erat ad cognitionem rerum ſpeculabilium, & diuinorum, ita poſt mortem, in alia uita tales habitus uitioſi impreſſi in anima, & remanentes in anima probibent eam a cognitione eſſentiæ diuinæ, & probibent eam a ſua fœlicitate. Dicunt Arabes q; ſicut in ſpeculo terſo mundo de facili imprimuntur ſpecies, ita in anima uirtuoſa munda imprimitur cognitio reru͂. Et ſicut in ſpeculo fœdato non terſo non imprimuntur ſpecies, ita in anima fœdata uitioſa non imprimitur cognitio rerum diuinarum. QVANDO *igitur qualitates &c. Litera patet.* ET TVNC *anima eſt diſpoſita ac ſi eſſet in corpore. i. & tunc anima uitioſa poſt morte͂, in qua anima ſunt impreſſi & co͂firmati habitus uitioſi eſt diſpoſita, ac ſi adhuc eſſet in corpore, in quo prius erat uitioſa.* ET SECVNDVM *hoc exponitur poſitio eorum, qui metaphorice dixerunt fieri Altenaſach. i. animas permu-*

tari de corpore ad corpus. Philoſophi enim clariſſimi ſicut Plato, *& alij loquentes metaphorice affirmauerunt fieri talem permutationem ſicut ſupra dictum eſt. Nam homo luxurioſus aſſimilatur porco, & auarus lupo, et ſuperbus leoni &c. Quando igitur uitium luxuriæ uel ſuperbiæ impreſſū fuerit, & habituatum in anima tunc tale uitium luxuriæ habituatum in anima remanet in anima ſeparata a corpore, in qua anima prius erat tale uitium, ac ſi talis anima adhuc eſſet in corpore ſicut prius, quia igitur uitium luxuriæ prædictum remanet in anima ac ſi eſſet in corpore, & animal habens animam habituatam tali uitio luxuriæ, & gulæ, aſſimilatur porco. Ideo dixerunt philoſophi prædicti, ꝙ anima luxurioſi poſt mortem permutatur ad corpus porci, quia talis anima adhuc retinet, & reſeruat mores uitioſos luxuriæ, & gulæ habituatos, ac ſi eſſet in corpore porci, et anima ſeparata a corpore ſuperbi, qui ſimilatur leoni, retinet mores ſuperbiæ ac ſi adhuc eſſet in corpore leonis. Et ſicut dictum eſt de uitio luxuriæ & ſuperbiæ, ita dicatur de alijs uitijs habituatis, quæ remanent in anima poſt mortē, & ꝓhibēt aīam a ſua pfectione & fœlicitate ultima. Et ſic patet qualiter intelligantur & exponantur dicta philoſophorum, qui poſuerunt fieri* Altenaſach. *Patet etiam ex dictis* Auicennæ, *et aliorum philoſophorum ponentium* Altenaſach, *ut ſupra dictum eſt, ꝙ ſicut habitus mali uitioſi remanent in anima ſeparata a corpore, ac ſi adhuc talis anima eſſet in corpore, ſimiliter dicendum ꝙ habitus pratici uirtuoſi remanent in anima in alia uita, ac ſi adhuc anima habituata uirtutibus eſſet in corpore, & ſicut remanent habitus uirtuoſi in anima uirtuoſa a corpore ſeparata: ita concludendum, ꝙ remaneant in anima prædicta habitus ſpeculatiui, & ſcientiæ, ac ſi talis anima ſcientifica adhuc eſſet, in quo prius erat. & per hoc confirmatur dictum* Sancti Hieronymi *uidelicet: diſcamus in terris, ut ſcientiæ remaneant in cœlis.*

TEMPERATVM *in calore &c. q̄d non eſt calidum, neq; frigidū* A
omnino ſupple ſenſibiliter. ET EST *unum in intentione, quia ſicut quodlibet extremorum contrariorum habet de per ſe intentionem unam, & eſt quodlibet illorum unum in intentione diſtinctum ab alio, ſimiliter medium, & temperatum inter duo extrema contraria habet intentionē propriam, & eſt unum intentione. Qualiter autem uirtus ſit medium inter extrema, & qualiter ab homine uirtuoſo remota ſunt omnia extrema uitioſa, contemplantes in ſcientia morali optime declarant, quare illuc recurratur.*

AB IMPEDIMENTO *elongante. ſ. a perfectione & a fœlicita* B
te, ORATIONES *uel adorationes diuinæ. i. orationes uel adorationes quas homines faciunt* Deo *glorioſo, & contemplationes de ipſo* Deo. AB HOC *nocumento. i. a qualitatibus corporeis ſenſitiuis habituatis in aīa, & quæ nocēt, & prohibēt aīam a proprio fine, & a ſua fœlicitate.*

C ET ANIMAE *quidem ſeparatæ a corpore habent ordines &c. Poſtquam Auicenna demonſtrauit, q animæ rationales remanent poſt mortem, & q eis conueniat fœlicitas aut cruciatus, hic conſequenter declarat q animæ ſeparatæ a corpore habent in alia uita diuerſos ordines, & gradus præmij, aut pœnæ ſecundum diuerſitatem meritorum, aut demeritorũ ipſius animæ & litera patet.*

D ET HVIVSMODI *animæ ſunt in berzach.i. in purgatorio, qđ eſt inter ipſas animas.i.qđ purgatorium eſt medium inter animas prædictas noxias, quia antequam animæ prædictæ aſcendant ad fœlicitatem ſuã & antequam animæ prædictæ expolientur, & liberentur a qualitatibus corporeis & habitibus malis impreſſis a corpore in animam, qui quidem habitus mali prohibent animas a conſecutione, & aduentu fœlicitatis abſolutæ & abſq; menſura in gradu ſũmo. Oportet ut tales animæ prædictæ permaneãt in berzach prædicto, ut ipſo mediante purgentur, & remoueãtur habitus mali uitioſi. Et quia animæ prædictæ dum erant in corpore propter occupationem in rebus et operationibus mũdanis, non cognoſcũt fœlicitatem, quam prædiximus, neq; etiam cognoſcũt ſeipſas eſſe uitioſas, & habituatas habitibus malis, ſicut poſt ſeparationẽ a corpore, Ideo poſt mortem tales animæ non ſunt occupatæ in operationibus mundanis ſicut prius erant in corpore, & incipiunt cognoſcere fœlicitatem, quam prædiximus, & ſe priuari a tali fœlicitate propter qualitates malas impreſſas in anima a ſenſibus, & pp habitus uitioſos. Vnde tales animæ ex huiuſmodi cognitione læduntur, & cruciantur uehementer. Et quoniam tales habitus mali impreſſi in animabus prædictis non ſunt ſubſtantiales uel eſſentiales ipſis animabus, & non ſunt ita fixi, q non poſſint remoueri, ideo tales animæ poſt tempus liberantur, & purgantur a qualitatibus, & habitibus prædictis uitioſis, quare tunc ipſæ animæ nõ cruciantur ex cognitione uitiorum ſuorum & imperfectionis ſuæ. Vnde tandem animæ prædictæ liberatæ a talibus habitibus uitioſis in fine rei proueniunt ad fœlicitatem ueram, quia ipſæ in fine rei expoliatæ, & purgatæ a billis habitibus uitioſis, impedientibus ueram fœlicitatem, tandẽ cõſequuntur ſummum bonum, et ueram fœlicitatem. Dicũt Arabes q, ſicut aurum ab igne purificatur, ita anima hominis in hac uita ex infirmitatibus et calamitatibus accidentibus corpori purgatur, et peruenit in cognitionem ſuorum uitiorum, et in contritionem eorum, ſimiliter animæ ſeparatæ in purgatorio a ſuis uitijs et peccatis purgantur.*

E QVAEDAM *autem ſunt animæ diminutæ etc. In hac parte Auicẽna ponit alium ordinem, et alium gradum animarum ſeparatarum a corpore, et eſt tertius ordo ſeu tertius gradus, in quo ſuut animæ diminutæ in ſcientijs ſpeculatiuis, ſed uirtuoſæ uiuentes in actibus moralibus et innoxiæ.i. non operantes malum. Et iſtis animabus, dum erant in hac uita*

corpori coniunctæ, prædictum eſt, et affirmatum eis conuenire, et eas poſſe habere fœlicitatem ueram, quam tales animæ non curauerunt habere, immo ſpreuerunt, et negauerunt eam fœlicitatem a fide dignis manifeſtatam, et credere uoluerunt illud, quod non eſt uerum. Et huiuſmodi animæ cum ſua diminutione.i.cognoſcentes ſuam diminutionem, et imperfectionem, et cognoſcentes, q. priuatæ ſunt fœlicitate uera, quam in hoc mũdo noluerunt credere, ꝓpter hoc cruciatur pœna æterna. ET SVNT quædam animæ diminutæ in habitibus ſpeculatiuis, ſed tñ innoxiæ etc. hic eſt quartus ordo animarum quæ nullam habẽt ſcientiam, ſunt tamen innoxiæ, quæ nullum malum fuerunt perpetratæ, Quæ quidem animæ dum erant in hac uita non audierunt eſſe uel poſſe haberi aliquam perfectionem omnino.

QVAEDAM uero ſunt animæ diminutæ hic eſt ordo quintus ordo animarum ſeparatarum a corpore, in quo ordine ſunt animæ infantiũ, et dementium uel ſtolidorum a natiuitate, quæ nullam habuerunt cognitionem, neq; ſcientiam, neq; earum operationes fuerunt bonæ, aut malæ, et tales animæ innocentes infantium et ſtolidorum non audierũt aliquid de fœlicitate, neq; habuerunt mentem diſpoſitam ad appræhendendum, uel cognoſcendum q. eis conueniat fœlicitas, qua ipſæ priuantur: nõ enim complexio cerebri corporum ſuorum erat diſpoſita, ut cogitatiua, et uirtus intellectiua aliquid intelligeret, et cognoſceret aliquid de fœlicitate et de his quæ a prophetis dicta fuerunt. F

ET HVIVSMODI quidem duæ conditiones animarum.i. Et iſti duo ordines animarum immediate prædicti.ſ.ordo quartus et ordo quintus animarum ſeparatarum a corpore ſic ſe habent, q. nulla anima iſtorũ duorum ordinum ſeparata a corpore conſequitur fœlicitatem abſolute, aut pœnam abſolute, quia huiuſmodi animæ non cognouerũt, neq; cognoſcunt perfectiones ita, ut ad eas declinent, et eas deſiderent aduenire ſuis ſubſtantijs. G

VNDE cruciãtur ex diminutione illarum perfectionum.i. unde cruciantur. tales animæ infantium et ſtolidorum ex diminutione.i. ex ignorãtia illarum perfectionum, et ex priuatione ipſarum, quia tales animæ in hac uita nullam cognitionem habuerũt de perfectione, et de fœlicitate, et ſeparatæ a corpore remanent cum tali ignorantia, et priuantur etiam illis perfectionibus. Cum igitur animæ prædictæ a corpore ſeparatæ cognoſcant ignorantiam prædictam, et priuationem perfectionum in ſeipſis exiſtere, CRVCIANTVR ſicut famelici a fame.ſ. quando non cognoſcunt cibos conuenientes, et priuantur cibis, quibus comedere poſſint. H

NEQVE eas ledunt ſeu cruciant etc. In hac parte Auicenna dicit, q. animæ prædictæ ex ordine quarto et quinto non habent modum uel ſpeciem cruciatus, et pœnæ, de quo ſupra dictũ eſt.ſ.q. animæ quæ in hoc mũdo fuerunt I

do fuerunt

do fuerunt immerſæ in delectationibus ſenſibilium, & male habituatæ deſiderant ſimiles delectationes in alia uita, & cruciãtur ex priuatione delectationum ſenſitiuarum, quas deſiderant. Dicit ergo hic Auic. q. animæ quarti ordinis, & animæ infantium & ſtultorum, quum ſint innoxiæ, non ſunt male habituatæ ex actibus uitioſis et ex ĩpreßionibus ſenſuũ delectabiliũ & qualitatibus naturalibus contrarijs ſubſtantiæ, & ideo tales animæ in alia uita non deſiderant delectationes ſenſuum, neque triſtantur ex priuatione ipſarum. Nota q. qualitates naturales .i. qualitates ſenſibiles & impreßiones ſenſuũ delectabiles ſunt cõtrariæ ſubſtantiæ animæ, quia obtenebrant ipſam animam, & impediunt eam a ſpeculatione & contẽplatione diuinorum, & a fœlicitate.

K ET ORDO *quidem primus animarum &c. p hæc uerba Auicenna ponit differentiam inter ordinem quartum & ordinem quintum, quia dictum eſt, q. iſti duo ordines animarum .ſ. ordo quartus, & ordo quintus ſic ſe habent, q. nulla anima iſtorum ordinum cõſequitur fœlicitatem abſolute, aut pœnam abſolute. Ideo in hac parte Auicenna ponit aliquã differentiam inter eas, q. ordo primus .i. ordo primus iſtorum duorum prædictorum .ſ. ordo quartus poßibile eſt, q. habeat aliquam impreßionem, ſeu aliquod ueſtigium ſeu partem fœlicitatis ſecundum mẽſuram cognitionis de primo principio, quam habuerunt animæ iſtius ab aliquo docẽte. ſi. n. tales animæ ex doctrina alicuius edoctæ fuerint, & cognitionem aliquam habuerint de primo principio .ſ. de Deo, tunc ipſæ habent in alia uita aliquam fœlicitatem paruam, aut minimam ſecundum mẽſuram cognitionis, quam habuerunt de Deo.*

Aliter exponitur. Et ordo quidem primus. Ideſt animæ primi ordinis, de quibus dictum eſt, q. ſunt animæ perfectæ in habitibus, & ſcientiis ſpeculatiuis, & in actibus moralibus, & ſunt innoxiæ, & q. tales animæ habent fœlicitatem abſolute. Et licet huiuſmodi aĩæ habeant fœlicitatẽ abſolute ex hoc, q. ſunt perfectæ in ſcientijs ſpeculatiuis, & in cognitione, diuina, tñ quia una aĩa iſtius ordinis poteſt habere maiorem cognitionem de Deo, quàm alia, et poteſt habere maiorem perfectionem in ſcientijs ſpeculatiuis quàm alia: Et quia mediantibus ſcientijs ſpeculatiuis, et cognitione de Deo habita, et acquiſita in hoc mundo animæ diſponuntur ad recipiendum unionem cum intelligentia prima ſecundum Auicennam dum erunt a corpore ſeparatæ, & diſponuntur conſequenter ad recipiendam cognitionem de Deo, & fœlicitatem ueram, ideo ſecundum q. una anima eſt magis ſcientifica, et magis diſpoſita, et ſecundum menſuram cognitionis, quam anima in hoc mundo habuerit de Deo, habebit in alia uita ueſtigium et impreßionem fœlicitatis, ſi enim habuerit multam cognitionem de primo principio, habebit multum de fœlicitate. Et ſi paruam habuerit cognitionem habebit parum de fœlicitate.

ANIMAB *uero diminutæ in habitibus ſpeculatiuis ſed noxiæ.* In L
hac parte Auic. declarat, quam pœnam habebũt animæ diminutæ in ſciẽ tijs ſpeculatiuis. ſ. animæ ignorantium, quæ fuerunt noxiæ, & uitioſæ uiuẽ tes. Dicit ergo aut tales animæ ignorantium uitioſæ habuerunt cognitionem aliquam, ꝙ eis conueniat perfectio aliqua abſolute, & fœlicitas, aut ſunt uacuæ ab huiuſmodi cognitione. ſi primo mõ, tunc tales animæ ex hoc ꝙ cognoſcunt ſe priuatas fœlicitate, & præfectione prædicta, cruciantur pœna æterna. Si uero ſecundo modo. ſ. ꝙ aïæ ſint uacuæ a cognitione prædicta & ſunt uitioſæ, tunc cruciatus & pœna ipſarum erit ſecundum qualitates uitioſas, & habitus uitioſos acquiſitos in hoc mundo, & deſiderãt hẽre delectationes ſenſuum uitioſas, quas habebant in hoc mundo, & quia in alia uita priuantur iſtis delectationibus. Ideo triſtantur & cruciãtur.

ILLVD *uero qđ attribuitur opinioni Alexandri, hic Auic. reſpondet tacitæ obiectioni, diceret enim quis, ꝙ animæ ſecũdum opinionem Alexandri corrumpuntur, & non remanent poſt mortem, ergo nõ oportet inueſtigare de pœna & cruciatu animarum poſt mortem. Reſpondet Auic. ꝙ opinio Alexandri in hoc non eſt uera, neq; de mente Ariſt. litera patet.* M

DIXERVNT *quidam ſapientes, ꝙ animæ bonæ. Poſtquam Auicẽna declarauit diuerſos ordines animarum ſeparatarum a corpore, et gradus pœnarum uel præmij, ſeu gradus fœlicitatis, aut pœnæ ipſarũ, et poſtquam affirmauit opinionem Alexandri eſſe falſam. Conſequenter in hac parte adducit opinionem quorundam ſapientum, qui dixerunt, ꝙ animæ ſeparatæ a corpore acquirunt augmentum delectationum, & bonorum ex occurſu uel ex aſſociatione cum animabus perfectis & uirtuoſis: ita, ꝙ anima ſeparata a corpore ĩ alia uita ex hoc, ꝙ aſſociatur & occurrit aïabus perfectis. ſ. cognoſcendo & contemplando ſe eſſe in loco animarum perfectarum, & intuendo ipſas delectatur, & augetur ipſarũ fœlicitas, & delectatio. Ex cõtemplatione enim rei delectabilis cauſatur delectatio, quando ergo animæ prædictæ aſſociantur cum animabus perfectis, tunc contemplantur non ſolum delectationem propriam, ſed etiã delectationem & pfectionem aliarum animarum perfectarum, quare ex tali aſſociatione augetur delectatio ipſarum. Animæ uero uitioſæ ſe habẽt oppoſitõ modo, ſicut enim ex conſideratione rei delectabilis cauſatur delectatio, ita ex conſideratione rerum triſtium, & cruciatus, & pœnarum cauſatur triſtitia, & paſſio pœnalis. Aïe igitur uitioſæ, qa aſſociãtur cũ uitioſis, ideo, ñ ſolũ cõſiderant pœnam, & cruciatus proprios, ſed etiã pœnas, & cruciatus aliarum animarum uitioſarum. Animæ igitur uirtuoſæ, quando coniungũtur & aſſociantur cum animabus uirtuoſis perfectis, delectantur uehementer cum eis, ſed animæ uitioſæ quando aſſociantur cum animabus uitioſis, cõſequuntur contrarium. ſ. pœnam, & triſtitiam, quæ pœna eſt illis infinita. Et unaquæq; anima cõiũgitur & aſſociatur cum re ſibi ſimili. i. cum ani-* N

inabus ſibi ſimilibus in qualitate, & habitu, quæ quidem cõiunctio et aſſociatio ſeu occurſus eſt intellectualis. Quando igitur anima perfecta uirtuoſa coniungitur, & aſſociatur cum intellectu animabus brutis: & perfectis. i. quando anima bona perfecta intelligit alias animas perfectas, & delectationem ipſarum, delectatur, ſimiliter quando anima uitioſa coniungitur & aſſociatur cum intellectu animabus uitioſis, tunc intelligẽdo pœnam & imperfectionem ipſarum, & imperfectionem, & uitia propria, triſtatur & cruciatur uehementer.

O ET VNAQVAEQVE *anima rationalis. Auicẽna hic declarat* ꝙ *animæ ſeparatæ a corpore ſiue ſint perfectæ uirtuoſæ, ſiue uitioſæ coniunguntur cum alijs animabus coniunctione intellectuali, ut dictũ eſt, quia unaquæq; anima intelligit eſſentiam ſuam, & intelligit illud, qđ eſt ſimile ſuæ eſſentiæ, quæ quidẽ cognitio continue magis, ac magis augetur, quia continue magis, & magis purificatur ab impreſſionibus ſenſibilium, quæ impediunt perfectam cognitionem: Cum igitur ita ſit, ſequitur* ꝙ *animæ uirtuoſæ cognoſcendo eſſentiam ſuam, & eſſentiam aliarum animarum uirtuoſarum conſequuntur augmentum delectationum. Et ſimiliter animæ uitioſæ cognoſcendo eſſentiam ſuam, & eſſentiam animarum uitioſarum, conſequuntur triſtitiam uehemẽtem. Sed* ꝙ *unaquæq; anima rationalis intelligat eſſentiam ſuam &c. Declarat Auicenna dicendo, Nonne uides uel nonne eſt concedendum,* ꝙ *ipſæ animæ prædictæ intelligũt principium intellectuale. i. primam intelligentiam, quæ eſt cauſa ipſius, & ſuũ principium? quaſi dicat, ſic, quia animæ uitioſæ, licet priuẽtur uiſione diuina, ut dictum eſt, tamen intelligunt* ꝙ *Deus, & prima intelligentia ſit ſuum principium. Si ergo animæ uitioſæ intelligunt primam intelligẽtiã. Et ſi non conceditur,* ꝙ *animæ uitioſæ non intelligãt non eſt negandum in anima perfecta. Si ergo anima perfecta uirtuoſa intelligit primam intelligẽtiam & Deum, multomagis poterit intelligere eſſentiam ſuam, & intelligere illud, qđ eſt ſimile ſuæ eſſentiæ.*

P ET QVIDAM *alij ſapientes dixerunt quod uia Altenaſach &c. Hæc eſt alia opinio ſapientum, qui dixerũt,* ꝙ *licet uia Altenaſach de Mahad circa diſpoſitionem animæ ſeparatæ a corpore ſit impoſſibilis, & falſa intelligendo ipſam, ut uerba ſonant, ſicut ſupra demonſtratum eſt, & tu ibi recurre, tamen ex eis, quæ ſunt poſſibilia non prohibita in hac poſitione Altenaſach eſt,* ꝙ *quædã animæ ſeparatæ cõtinuantur cum quibuſdam animabus in corpore exiſtentibus, imprimẽdo in eis bonum, & malũ, et rationem huius opinionis aſſignat Auicenna. Et eſt ſciendum,* ꝙ *iſta opinio non ponit omnes animas indifferenter uniri, & continuari, ut dictum eſt, ſed ſolum dixit quædam animæ puta animæ diminutæ in ſcientijs, et immerſæ, et habituatæ ſolum in rebus ſenſibilibus. Animæ uero uirtuoſæ, et ſciẽtificæ poſt ſeparationem a corpore uniuntur cum primo principio*

ſcilicet cum Deo. Sed antequam adducamus rationem opinionis prædictæ dicamus differentiam inter opinionem Altenaſach, ut uerba ſonãt, et inter iſtam opinionem. Opinio quidem Altenaſach ponit, q̃ animæ poſt mortem transſmutentur de corpore in corpus realiter. Et quam primum moritur homo aliquis, tunc in eodem inſtanti anima ſeparata a corpore illius hominis transſmutatur in aliud corpus de nouo, et eſt forma ſubſtantialis corporis nouiter geniti, et eſt principium operationum in tali corpore, ſicut erat in priori corpore. Et talis anima poſt ſeparationem ab iſto corpore ſimiliter transſmutatur in aliud corpus de nouo dans eſſe, et uiuere illi, et ſic ſucceſſiue in alia corpora. quæ opinio ſic abſolute loquẽdo eſt impoſſibilis, ut ſupra cap. 3. declaratum eſt. Sed opinio ſapiẽtum, de qua loquitur hic Auicenna, uult q̃ uia Altenaſach intellecta, ut ſupra dictũ eſt, ſit impoſſibilis, et falſa, tamen intelligendo Altenaſach, ut intelligit iſta opinio, concedendum eſt fieri Altenaſach ſecundum iſtos ſapientes, unde Altenaſach ut eſt ſupra dictum, eſt uocabulũ Arabicũ et importat permutationem de re una ad aliam. Et quia anima ſecundum opinionem prædictam erroneam permutatur de corpore ad corpus ſucceſſiue dãs eſſe ſubſtãtiale, et uiuere uniuicuiq; illorum corporum, ideo talis opinio denominatur uia ſeu opinio Altenaſach. Similiter quia opinio iſta, de qua hic loquitur Auicenna, tenet, q̃ anima ſeparata a corpore continuatur poſtea: et unitur cum anima alia informante aliud corpus complexionatum complexione ſimili, qua corpus primum, a quo anima eſt ſeparata fuit complexionatum, Exempli gratia Socrates nunc moritur, & anima eius ſeparata unitur cum anima Platonis habentis corpus complexionatũ, ſicut erat corpus Socratis, & ſic ſucceſſiue continuatur cum anima, & corpore alterius hominis habentis complexionem: ſicut fuit complexio Socratis, & Platonis. Non tamen uult iſta opinio, q̃ anima Socratis licet uniatur cum anima Platonis aut alterius imprimendo in ea bonum, aut malum, ſit forma ſubſtantialis Platonis, aut alterius: & det eſſe illi, aut alteri homini, cui uniatur. Patet igitur ex hac opiniõe q̃ anima ſeparata a corpore Socratis unitur poſtea, & continuatur cum anima Platonis, & poſt mortem Platonis cum anima alterius hominis habentis complexionem ſimilem corpori, q̃d fuit Socratis, & Platonis. Et per conſequens talis anima Socratis permutatur de corpore ad corpus continuando ſe cum una anima merito complexionis corporis, quam informat, & poſtea cum alia anima in alio corpore exiſtenti, ut dictum eſt, & ſic ſecundum hanc opinionem conceditur fieri Altenaſach non eo modo, quem tenet opinio erronea, ſed ſecundum modum prædictum in hac opinione ſapiẽtum. Et ex prædictis patet qualiter iſta opinio differat ab opinione Altenaſach erronea ſupradicta, quæ tenet q̃ anima dat eſſe unicuiq; corpori, ad q̃d pmutatur, & eſt forma ſubſtantialis illius, ſed iſta opinio non tenet hoc, ſed ſolum q̃ anima Socratis exempli gratia

ſeparata

ſeparata a corpore Socratis continuatur,& unitur cum anima Platonis, & poſtea cum alia anima non dando eſſe ſubſtantiale Platoni, ſed ſolum aſsiſtendo corpori Platonis propter conformitatem complexionis corporis cum complexione Socratis,& imprimendo bonū,aut malum in anima Platonis,& in ipſo Platone,aut in anima alia exiſtente in alio corpore cōplexionato ſicut erat corpus Socratis. Iſtis præmiſsis aſsignatur ratio iſtius opinionis.ſ.q; quædam animæ ſeparatæ a corpore continuantur cum quibuſdam animabus imprimendo in eis bonum uel malum, quoniā ſicut anima Socratis emanata eſt ab intelligētia,& infuſa in corpore Socratis cōplexionato complexione conuenienti pro anima Socratis prædicta, & pp conuenientiam inter animam Socratis, & complexionem corporis ipſius anima Socratis prædicta inclinationem & colligantiam habebat cum corpore Socratis in hac uita, Similiter ſi cōtingat ſicut ē poſsibile, q; accidat cōplexio in aliquo corpore humano nouiter generato ſimilis,uel proxima complexioni,quæ fuit in corpore Socratis,tūc ſicut anima Socratis in hac uita propter conuenientiam complexionis corporis ipſius Socratis, & pportionem,quæ erat inter animā Socratis,& corpus ipſius, anima Socratis prædicta dependentiam ſiue colligantiam habebat cum corpore ipſius Socratis in hac uita,ita talis aīa Socratis poſito q; fuerit diminuta in ſcientijs & habituata ſolum in ſenſibilibus habebit dependentiam ſeu colligātiam aliquam cum anima exiſtente in corpore habente complexionem ſimilem complexioni corporis Socratis, a quo corpore anima Socratis fuit ſeparata.

Q PROPTER cauſam quæ erat in corpore primo a quo fuit ſeparata.i.& anima puta Socratis dependebat.i.colligantiam, & inclinationē habebat cum corpore Socratis,propter cauſam.i. propter conuenientiam & proportionem,quæ erat inter talem animam, & inter complexionem corporis Socratis,a quo eſt ſeparata:Similiter talis anima Socratis ſeparata habebit dependentiam ſeu colligantiam cum corpore Platonis, aut alterius habentis complexionem ſimilem complexioni corporis Socratis, ſicut enim propter complexionem erat conuenientia inter animam Socratis:& inter corpus ipſius,& corrupta tali complexione ſeparatur anima ab illo corpore,ita propter ſimilem complexionē in corpore Platonis,aut alterius erit conuenientia inter animam Socratis, & inter corpus Platonis,propter quam conuenientiam anima Socratis continuatur, & dependentiam habet ſeu colligantiam cum anima Platonis, & cum corpore ipſius imprimendo bonum aut malum ut infra declarabitur. Et licet anima Socratis ſeparata habeat dependentiam aliqualiter cum anima Platonis, & cum corpore ipſius,ut dictum eſt, tamen impoſsibile eſt q; talis anima Socratis habeat totalem dependentiam cum corpore Platonis, ſicut prius habebat cum corpore Socratis.

PROPTER *cauſas prædictas .i. propter eandem conuenientiam, & proportionem inter animam & complexionem, quia licet ſit ſimilis nõ tamen eadem præciſe, ſi enim eſſet eadem conuenientia. & eadem dependentia totalis cum corpore & anima* Platonis, *ſicut prius erat cum corpore* Socratis, *tunc ſicut anima* Socratis *erat forma ſubſtantialis corporis* Socratis, *ita etiam eſſet forma ſubſtantialis corporis* Platõis, *& ſic in corpore uno. ſ.* Platonis *eſſent duæ animæ dantes ei eſſe tanquam duæ formæ ſubſtantiales, qđ eſt impoßibile. Quare anima* Socratis *ſeparata a corpore, habebit dependentiam cum corpore alio ſimiliter complexionato puta cum corpore* Platonis, *quæ dependentia erit infra dependentiam totalem, quam habebat cum corpore* Socratis, *& talis dependentia erit ſolum ſpiritualis. Quare cum anima* Socratis *non habeat colligantiam & dependẽtiam cum anima & corpore* Platonis *ſimiliter complexinati, ſequitur* ꝙ *anima* Socratis *ſeparata non unitur cum anima* Platonis, *& cum corpore prædicto ipſius, niſi continuatione ſpirituali, quare in anima* Platonis *mediante tali unione ſpirituali cum anima* Socratis *augebitur bonitas, aut malitia, ſecũdum* ꝙ *anima* Socratis *erit bona aut mala, si enim anima* Socratis *fuerit bona, tunc ex coniunctione ſpirituali prædictã ĩprimetur, & augebitur ab ea bonitas in animam* Platonis, *ſi uero fuerit mala, imprimetur malitia.* Et *ex tali coniunctione & unione animæ* Socratis *cum anima* Platonis *uiuẽtis, augebitur bonitas, et malitia, & ſpecies appetitus boni, aut mali, & mores boni, aut mali in anima* Platonis *uiuentis ſecundum* ꝙ *anima* Socratis *fuerit bene aut male habituata in moribus & uitijs.* Et *ſicut dictum eſt de anima* Socratis *ſeparata reſpectu* Platonis, *ita dicatur de quacunq; anima ſeparata reſpectu aliarum animarum in corpore exiſtentium.* Et *eſt ulterius ſciendum de mente* Auicennæ, *ut habetur in lib.* Arabico *qui dicitur arbor philoſophiæ,* ꝙ *ſi anima* Socratis *exempli gratia uinietur propter cauſam dictam cum anima* Platonis *uiuentis, tunc ſi anima* Socratis *fuerit uirtuoſa, &* Plato *fuerit malus ſuitioſus, dicitur,* ꝙ *malitia* Platonis *ex unione prædicta minorabitur ab anima* Socratis, *ſi uero* Plato *fuerit bonus, & anima* Socratis *fuerit uitioſa, tunc minorabitur bonitas in* Platone, *& augebitur malitia, & uitium ab anima* Socratis *uitioſa.* Patet *igitur ex prædictis qualiter ſecundum opinionem iſtorum ſapiẽtum, quædam animæ ſeparatæ continuentur cum animabus quibuſdã in corporibus exiſtentium, & qualiter permutentur ſpiritualiter de corpore ad corpus ſimiliter complexionatum.* Et *ſi quæratur utrum ſecundũ hanc opinionem talis continuatio & permutatio animarum ſit ſucceßiue ſemper perſeuerans, dicendum* ꝙ *animæ perfectæ uirtuoſæ, & perfectæ in ſcientijs ſeparatæ a corpore, uniuntur cum intelligentia prima, & non retinentur in hoc mũdo, neq; continuantur cum animabus in corpore exiſtẽtibus, ut dictum eſt.* Animæ *uero nõ perfectæ in ſcientijs, aut dato* ꝙ *ſint* ꝑ

fectæ aliqualiter in ſcientijs, tamē uitioſæ aut ignorantes continuantur cum animabus in corpore exiſtentibus cōtinuatione ſpirituali, donec pſiciantur, & poſtea ſeparantur, & uniuntur cum prima intelligentia, & conſequuntur fœlicitatem.

S. DIXERVNT *quidā ex iſtis, ꝙ uirtus cogitatiua &c.i. quidā corū, q tenēt hāc opinionē prædictā: ꝙ quędā aīæ.ſ.aīæ hītuatæ circa ſenſibilia cōtinuantur cū quibuſdā animabus, & aliquo modo cōcedunt fieri* Altena*ſach, dixerunt ꝙ uirtus cogitatiua animæ intellectiuæ ſeparatur a materia mediante corruptione corporis, & mediāte ſeparatione animæ rationalis a corpore.* E*t tunc ipſa uirtus cogitatiua ex hoc apprehendit & cognoſcit omnes intentiones exiſtētes in mundo ſenſibili, & naturali, & nō apprehendit intentiones intelligibiles ſeparatas.ſ. a materia & a ſenſibilibus &c.* Pro *declaratiōe eorū quæ dicuntur ab iſtis, ſciēdum, ꝙ iſti, qui dixerunt ꝙ uirtus cogitatiua ſeparatur &c. tenent, ꝙ ſenſus exteriores ſunt omnino corporei, organici: neque ipſorum operationes fieri poſſunt abſq; organo corporali, ſenſus uero interiores, licet ſecundum plurimum operentur mediante cerebro, dum anima eſt in corpore, non tamen uirtutes huiuſmodi interiores.ſ. imaginatiua, cogitatiua, & memoratiua ſunt totaliter organicæ ſemper exigentes organum corporeum in ſuis operationibus: Quare ſicut uirtus animæ intellectiuæ: dum eſt in corpore, quādoq; indiget corpore, & phantaſmatibus in intellectione, & quandoq; nō indiget, ſicut in cognitione habita de rebus abſtractis a ſenſibus, & a materia.* E*odē modo uirtutes prædictæ.ſ. uirtus cogitatiua imaginatiua &c. quandoq; indigent corpore, & quandoq; non, ſicut patet in ſomnijs, & in melancolicis, in quibus uirtus cogitatiua maxime uiget, & ab eis multa præuidentur, & imaginantur, quæ non fuerunt a ſenſibus exterioribus ſenſata, neq; amplius imaginata.* E*t patet ꝙ in dormientibus ſenſus ſunt ligati, & in melancolicis, & in freneticis complexio cerebri eſt male diſpoſita pro operationibus iſtarum uirtutum, quare huiuſmodi uirtutes tūc non utuntur organo.* E*t ex hoc tenent iſti, ꝙ ſicut uirtus intellectiua remanet in anima ſeparata, ita etiā uirtus imaginatiua, et cogitatiua, et deſideratiua, & memoratiua, ſed uirtus uiſiua, & olfatiua, & ſic de alijs, quæ indigent omnino organo, non remanent in anima ſeparata a corpore, ſicut igitur uirtutes prædictæ.ſ. imaginatiua, et cogitatiua, & deſideratiua in hoc mundo non percipiunt niſi intētiones ſenſibilium, dum anima eſt corpori unita, & non percipiunt intentiones uniuerſales, et intentiones rerum abſtractarum a materia intelligibiles, quia hoc pertinet ad uirtutē intellectiuam, ſimiliter in anima ſeparata a corpore remanent uirtutes prædictæ, et uirtus intellectiua.* E*t quia ſunt quidā homines ī hac uita non immerſi in delectationibus ſenſibilibus mundanis, ſed abſtinentes ab eis, et a uitijs, et ſolum uacantes cōtēplationibus et ſcientijs, ideo iſti homines*

ſic ſe habent, ꝙ ipſi ſunt remoti et abſtracti a ſenſibus, et uirtutes ſenſibiles et appetitiuæ ſenſibiles ſunt ſopitæ, et ſolum in eis eſt uirtus intellectiua ex continua contemplatione intellectus circa ea, quæ ſunt abſtracta a ſenſibus. Aliqui uero reperiuntur homines in hac uita, qui adeo ſunt immerſi et habituati in ſenſibilibus, ꝙ uirtus eorum intellectiua eſt ſopita, quia tales homines ignorantes occupantur ſolum circa ſenſibilia. Et ideo anima rationalis in iſtis hominibus licet habeat uirtutem intellectiuam, & uirtutes ſenſitiuas interiores, & exteriores, tamen actu non utitur uirtute intellectiua, quæ eſt apta intelligere res abſtractas a materia, et a ſenſu, ſed ſolũ utitur uirtutibus ſenſitiuis interioribus, & exterioribus, quia ipſa ſolum occupatur circa ſenſibilia naturalia in hoc mundo. Et quanto magis anima occupatur circa ſenſibilia, tanto magis elongatur a cognitione Dei, & ſubſtantiarum abſtractarum. Et ecõtra quanto magis anima rationalis in hac uita occupatur in contemplatione, & cognitione ſubſtãtiarum abſtractarum, tanto elongatur ab iſtis ſenſibilibus mundanis. Animæ igitur in hoc mundo ſecundum actus quos frequenter exercẽt, habituãtur. Et propter hoc animæ, quæ in hoc mundo fuerunt uirtuoſæ, & occupatæ in ſcientijs & cõtemplationibus Dei, & angelorum, & remotæ ab iſtis ſenſibilibus ac ſi non eſſent quaſi in hoc mundo, dum ſunt ſeparatæ a corpore habẽt eundem habitum, quem prius habebant in hoc mundo. Et per conſequens ſicut tales animæ in hac uita erant elongatæ a ſenſibilibus mundanis ac ſi eſſent extra mundum inferiorem occupatæ in cõtemplatione ſubſtantiarum abſtractarum. Eodem modo poſt ſeparationem a corpore huiuſmodi animæ prædictæ ſunt elongatæ multo plus quam prius ab hoc mundo, & ſunt continuatæ ſecũdum uirtutem intellectiuam cum ſubſtantia diuina, & alijs ſubſtantijs abſtractis, & fruuntur uera fœlicitate. Similiter animæ hominum qui fuerunt toto tempore uitæ ſuæ occupati circa ſenſibilia et remoti a contemplatione Dei, et eorum, quæ abſtrahunt a materia et a ſenſibilibus poſt ſeparationem a corporibus ſuis conſeruant eundem habitum, quem prius habebant in hoc mundo, et per conſequens quia tales animæ ſunt habituatæ circa ſenſibilia mũdana. Ideo tales animæ ſeparatæ a corpore ſunt elongatæ, et indiſpoſitæ ad intelligendum immaterialia et ſubſtantias abſtractas in alia uita propter habitum ipſarũ circa ſenſibilia, et materialia, quæ infinitæ diſtant ab inſenſibilibus et immaterialibus ſubſtantijs. Et licet quælibet anima rationalis ſiue ſit ignorans, ſiue perfecta ſcientijs ultra uirtutes ſenſitiuas habeat uirtutem intellectiuam, tamen ſicut in hominibus continentibus, et uirtuoſis ſapientibus ab hoc mundo elongatis uiget uirtus intellectiua ex hoc, ꝙ actus eius frequentantur et ſopita eſt uirtus ſenſitiua ex hoc, ꝙ tales homines abſtracti ſunt a ſenſationibus, et ab actibus delectabilibus. Eodem modo in hominibus immerſis et habituatis in delectationibus ſenſibilibus et elongatis a

Dixerũt q̃dã philoſophi ꝙ fœlicitas cõſiſtit in ꝯſideratione mortis ideſt ſicut aĩa in morte ſeparat̃ a corpe et ab his ſenſibilibus: ita vera fœlicitas in hoc mũdo ẽ conſideratio rerũ abſtractarũ ab hoc mũdo et a rebus ſenſibilibus. Vñ ex huiuſmodi cõſideratiõe aĩa cõſiderat ſe eẽ abſtractã ac ſi eſſet a corpe ſeparata, q̃ſi ſolũ conſiderat res diuinas, & ĩtelligentias.

cognitione eorum, quæ abſtrahunt a materia, & ſenſu uirtus intellectiua
eſt ſopita, ex hoc, ꝙ non exiuit in actum intelligendi uniuerſalia, & ſub-
ſtantias abſtractas. Et uirtutes ſenſitiuæ uigent ex frequentatis actibus
circa ſenſibilia, unde animæ iſtorum habituatæ circa ſenſibilia & immer
ſæ in rebus mundanis ſeruant poſt ſeparationem a corpore talem habitũ.
Et per conſequens animæ iſtorum in hac uita habuerunt uirtutem intel-
lectiuam ſopitam, et fuerunt elongatæ ab ipſo Deo, et a cognitione ipſius
ita et poſt mortem in alia uita habent uirtutem intellectiuam indiſpoſitã
ad cognitionem rerum diuinarum propter habitum circa res mundanas,
et ſunt elongatæ a cognitione diuina. Et ſicut animæ iſtorum hominum
in hac uita fuerunt occupatæ et immerſæ, et habituatæ tantum circa ſen-
ſibilia ex hoc, ꝙ uirtutes ſenſitiuæ ſolum fuerunt in actu frequenter circa
ſenſibilia. Ita et poſt mortem iſtæ animæ ipſorum erunt elongatæ ab eſſen
tia diuina, et a cognitione ſua, et erunt ſecundum uirtutes ſenſitiuas im-
merſæ in rebus mundanis, et rebus ſenſibilibus. Et quia dictum eſt ſupra,
ꝙ uirtus ſenſitiua exterior eſt totaliter organica, quia non fieri poteſt ip
ſius operatio abſq; organo corporeo. Virtus autem ſenſitiua interior pu
ta imaginatiua et cogitatiua et deſideratiua et memoratiua non eſt tota
liter corporea, quia aliquãdo fieri poteſt operatio ipſarum abſq; organo,
ut ſupra declaratum eſt. Ideo animæ habituatæ circa mundana ſenſibilia
poſt ſeparationem a corpore erunt occupatæ et immerſæ circa ſenſibilia
non ſecundum uirtutes ſenſitiuas exteriores, quia tales in anima non re-
manẽt corrupto corpore ſed ſecundum uirtutes ſenſitiuas interiores, quæ
remanent in anima poſt mortem, ut dictum eſt, et quæ apprahendunt et
cognoſcunt ſenſibilia in particulari ſolum, et non in uniuerſali. Virtus igi
tur iſtarũ animarũ cogitatiua et deſideratiua, quæ propter corporis cor-
ruptionẽ et ſepationẽ aĩæ rõnalis a corpe ſepatur ẽt ipſa a materia, ſicut
ſepatur uirtus intellectiua, nõ appræhẽdit intẽtiones intelligibiles ſepa-
ratas. i. intẽtiões uniuerſales et intentiões ſubſtantiarũ abſtractarũ a ma-
teria, et non apprahendit niſi intentiones rerũ ſenſibiliũ naturalium in
hoc mundo. Ex quibus patet, ꝙ animæ eorum, qui in hoc mundo fuerunt im
merſi et occupati tantum circa ſenſibilia, poſt ſeparationem a corpore re
manebunt cum tali habitu, et non apprahendent, neq; cognoſcent Deum,
neq; ſubſtantias abſtractas, cum uirtus ipſarum intellectiua ſit ad hoc indi
ſpoſita, et elongata a cognitione diuinorum, ſicut prius erant in hac uita.
Et cognoſcẽt animæ prædictæ ſolum hæc inferiora ſenſibilia propter ha
bitum acquiſitum circa occupationem huiuſmodi ſenſibilium mediãte uir
tute imaginatiua cogitatiua, et deſideratiua, quæ quidem uirtutes maxi-
me uigent in iſtis animabus ante ſeparationem a corpore, et poſt ſepara-
tionem ipſarum ab eo. Et propter hoc animæ prædictæ poſt ſeparationem
dictam non cognoſcent niſi hæc inferiora particularia ſenſibilia medians

te uirtute cogitatiua uel imaginatiua: quæ uirtutes ut ſupra dictum eſt remanent in anima poſt mortem hominis, & non appræhendunt uel non cognoſcunt niſi particularia inferiora, & intentiones omnes exiſtentes in mundo naturali ſenſibili, & non appræhendunt intentiones uniuerſales, quia uirtus intellectiua quæ eſt apta intelligere has intentiones uniuerſales eſt ſopita, & elongata ab iſtis intentionibus propter habitum, & occupationem circa particularia ſenſibilia mũdana. Quia igitur tales animæ elõgatæ a Deo & a cognitione ſubſtantiarum abſtractarum ſunt habituatæ, & immerſæ in iſtis rebus mundanis ſenſibilibus. Ideo mundus iſte inferior ſenſibilis efficitur tanquam corpus ipſis animabus prædictis, quoniam tales animæ retinentur in hoc mundo mediante uirtute cogitatiua uel imaginatiua, quæ propter habitum malum acquiſitum in hac uita non cõſiderant neq; cognoſcunt niſi hæc inferiora: & propter habitum prædictum ſunt elongatæ a Deo, & a rebus abſtractis ab hoc mundo. Ideo tales animæ non pertranſeũt cum cognitione ſua ad ſuperiorem mundum, ſed permanent, & retinentur in hoc mundo inferiori, & tales animæ mediante cogitatiua prædicta cognoſcunt omnes cauſas particulares iſtorum inferiorũ. Omnia enim hæc inferiora ſunt ſibi præſentia, & nihil prohibet q; magis cognoſcat aliquas cauſas particulares, quàm alias: ita, q; nihil eſt tunc, qđ prohibeat cognitionem aliquarum cauſarum particularium. Si igitur cognoſcũt omnes cauſas particulares iſtorum inferiorum, ſequitur, q; cognoſcunt etiam motus particulares cauſantes hæc inferiora futura, quare tales animæ cognoſcunt, & præuident futura. quare anima in corpore exiſtens cõiuncta cum aliqua iſtarum animarum ſeparatarum acquirit ab ea cognitionem futurorũ. Alia litera habet quare anima corporea uel quæ fuit in corpore uel quæ fuit immerſa in rebus corporeis ſenſibilibus, dum eſt ſeparata a corpore, & eſt coniuncta cum ea. ſ. uirtute cogitatiua prædicta, acquirit cognitionem futurorum. Et dixerunt illi qui tenent opinionẽ prædictã, q; ex animabus prædictis ſeparatis a corpore: illæ, quæ ſunt malignæ tunc poſt ſeparationem a corpore ſuo ſunt magis operãtes omne malum ſibi poßibile, quoniam cum ipſæ ſint egreſſæ a corpore & a materia impediente ſuo motu & ſua mutatione, tunc ſunt libere, & remanent ſecundum unam diſpoſitionem, & ſecundum unam ſemitam in uoluntate ſua: quare ſi tales animæ ſunt malignæ, imprimunt malitiam, & operãtur malum, ſi uero bonæ, operantur bonum. Et omnes iſti affirmant, q; animæ prædictæ, quæ fuerunt malæ, ſunt diaboli, & demones. Quæ uero fuerunt bonæ in hoc ordine, & fuerunt diminutæ in ſcientijs, ita, q; fuerunt ignorãtes, noĩantur gen. Et gen apud Arabes idẽ ẽ q; ſpiritus domeſtici, qui apud uulgares Venetos dicuntur mazaroli. Et tenentes opinionem prædictam dixerunt q; gen. i. ſpiritus domeſtici, & ſathan. i. diaboli ſeu demones habent dependentiam, & communitatem aut continuationem cum homini-

bus in hoc mũdo inferiori.Et ꝙ ab operationibus ſpiritualibus iſtorum ſpirituum,bonorum & malorum fiunt operationes naturales. Et dixerunt, ꝙ ſubſtantiæ ſeparatæ a materia ſicut ſunt angeli,& diaboli,& animæ, maiorem habere uirtutem ad exitum de potentia ad actum, uel ad exitum ad actum cõuenientem,& conformem qualitati,& habitui ipſarum, ſiue mali,aut boni fuerint.Si enim habitus fuerint mali,citius operantur malum.Et ſi habitus fuerint boni,citius operantur actualiter bonum, & habent maiorem uirtutem ad operandum id,qđ eſt conforme habitui ſuo,& uoluntati ſuæ,quàm ſi tales animæ eſſent in corpore.Ex quibus patet,qualiter homines uexentur a demonibus, & a ſpiritibus domeſticis prædictis, quia ſecundum hanc opinionem animæ ignorantiũ, & ſapientum uitioſorum qui in hoc mundo tantum fuerunt occupati circa ſenſibilia mundana ſi fuerint bonæ,aut malæ retinẽtur in hoc mundo inferiori, ut dictum eſt, & continuantur cum hominibus. & illæ animæ quæ fuerũt habituatæ habitibus malis:operantur malum,& habituatæ bonis habitibus operantur bonum:dictũ eſt enim,ꝙ ab operationibus ſpiritualibus.i.a uirtutibus ſpiritualibus non corporeis proueniunt operationes naturales ſenſibiles,tales enim animæ ſeparatæ ſunt uirtutes ſpirituales, quæ cum non habeãt prohibens, & cognoſcant omnes cauſas, & omnes motus particulares, & per conſequens effectus futuros, maiorem habent potentiam, & facilius exeunt ad actum operandi,quàm uirtus in corpore exiſtens.Ideo non eſt mirandum,ſi homines in hoc mundo uident effectus naturales ſenſibiles cauſatos ab iſtis ſpiritibus,& demonibus,quos effectus uirtus in corpore non poteſt efficere.Et ideo uidemus in experientia ſtrepitus, & mutationes corporum fieri de loco ad locum,& alias mutationes præter mutationes ſubſtantiales fieri a ſpiritibus, & demonibus prædictis notanter dixi præter mutationes ſubſtantiales,quia theologi, & philoſophi tenẽt ꝙ licet fiant diuerſæ mutationes localiter & accidentales ab iſtis ſpiritibus,non tamen mutatio ſubſtantialis,puta trãſmutatio de ſpecie in ſpeciẽ & de indiuiduo ad indiuiduum eius ſpeciei,poteſt fieri a demonibus,& a ſpiritibus.Patet etiam qualiter ſpiritus, & demones uexant corpora hominum inducendo accidentia mala in eis,& intrando corpus ipſorum,& quare tales homines uexati a ſpiritibus loquuntur uarijs linguis,& uario idiomate,& prædicunt futura.& narrant:quæ nunquam uiderunt,& loquuntur in ſcientijs latino ſermone,quas nunquam didicerũt,quæ omnia cauſantur ſecundum opinionem prædictam ab animabus ſeparatis a corpore habituatis circa ſenſibilia,& continuatis cum hominibus, & cũ anima ipſorum,ut ſupra dictum eſt.Si enim aliqua animarum prædictarum ſeparatarum a corpore habituata fuerit in aliquo ydiomate, & multũ unita fuerit cũ aliquo homine,tunc talis homo loquitur illo ydiomate,& ydiomate proprio,& ſic loquitur uarijs linguis. Si uero anima prædicta fuerit

habituata in ſermone latino, aut aliqua concluſione alicuius ſcientiæ, & unita fuerit in alio homine ignoranti, tunc ille homo ignorans loquitur latine, & declarat concluſiones in ſcientia, quas non didicit. Et quia tales animæ ſeparatæ ſecundum hanc opinionē cognoſcunt præterita, & futura, ut dictum eſt, ideo non eſt mirum, ſi homines uexati a ſpiritibus, qui ſecundum opinionem iſtam prædictam ſunt animæ a corpore ſeparatæ retentæ in hoc mundo, tales dico homines uexati a ſpiritibus prædicunt futura, quia animæ prædictæ ſeparatæ a corpore cognoſcunt cauſas, & motus particulares, & per conſequens effectus earum uenturos; quare tales animæ ſeparatæ unitæ cum anima hominum uexatorum a ſpiritibus imprimūt in ea cognitionem futurorum: & propter hanc unionē multi homines prædicunt futura, & aliqui non prædicunt, neq; cognoſcunt ex hoc, q̃ nō habēt unionem cum anima ſeparata, quæ imprimat talem cognitionem futurorum. Et ex his patet etiam qualiter ſecundum Auicennā prima fen tertij: melancolia, quæ eſt ægritudo cerebri, poſſit cauſari a demonio, & Auicenna ibi apellat demonium gen, quia ex continuatione alicuius animæ ſeparatæ cum corpore uiuente imprimuntur ab illa anima ſeparata diuerſæ imaginationes extraneæ, & diuerſæ cognitiones. Vnde talis homo efficitur patiens melancoliam, & accidentiam melancoliæ prædictæ, & cum hoc aliquando talis homo prædicit futura, & narrat præterita. Et ſicut ſecundum Auicennam aliquis eſt patiens melācolicam ægritudinem a demonio, & uexatur a demonio, & a ſpiritu, ita ſecundum aliquos auctores Arabicos, qui ſcripſerūt in philoſophia, & in medicina poſſibile eſt q̃ aliquis ſit epilēticus a demonio, quia ex impreſſione phantaſmatum a demonio prædicto unito cum corpore uiuēte diſcragiatur cerebrū, & opilatur & cauſatur epilentia paroxiſmaliter ſecundum magis, & minus, ſecūdū q̃ a demonio uel ab anima ſeparata imprimuntur in illo epilentico paſſiones ſecundum magis & minus. Et ſecundum opinionem prædictam patet qualiter uexentur homines a demonio. Et q̃ ſpiritus domeſtici nominati uulgariter Venetijs mazaroli ſunt animæ a corpore ſeparatæ nō male habituatæ retentæ in hoc mundo, ut ſupra dictū eſt, et q̃ diaboli, & demones ſunt ſpiritus mali: a quibus multas operationes mirabiles experientia homines cauſari affirmant. Et licet ſecundum hanc opinionem ita ſit, tamē ſecundum theologos Chriſtianos: & ſecundum ueritatem: ſpiritus boni et non boni a quibus proueniunt operationes prædictæ non ſunt animæ ſeparatæ a corpore uagantes in hoc mundo inferiori, ut dictum eſt, & ſecundum q̃ multi heretici tam Chriſtiani, quàm non Chriſtiani tenent hodiernis temporibus: quia ſcriptum eſt Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & animæ malorum detinentur in inferno, aut purgatorio, ſed tales ſpiritus ſunt ſubſtantiæ ſpirituales immateriales diſtinctæ & diuerſæ a quacunq; anima intellectiua. Sed dubium ē qualiter magici poſſint cogere ſpiritus,

& demones, qui ſunt ſubſtantiæ intellectuales digniores, quàm ſit anima intellectiua hominis. Reſpondetur *breuiter, quod tales ſpiritus ſiue ſint digniores, quàm anima intellectiua, & quàm homo, ſiue non ſint, poßunt cogi ab hominibus magicis uirtute uerborum uel nominum diuinorum, quæ ab ipſis magicis proferuntur, & uirtute etiam figurarum, quæ fiunt ſub influentia cœleſti. Vnde tam uirtute cœleſti impreßa quàm uirtute uerborum prædictorum ſpiritus prædicti coguntur, a magicis ad multas operationes naturales uel ſenſibiles exercēdas. Et uerba illa diuina ſunt occulta, & fuerunt reuelata, & ſimiliter nomina diuina uocabulis incognitis. Et huiuſmodi uerba & nomina, quibus magici utuntur in quocunque idiomatē tam Greco, quàm Arabico, quàm Latino, & ſic de alijs ſunt nomina inuſitata, quorū interpretatio ignoratur. Quidam autem dixerūt ſicut algazel, quod aliquæ ſunt animæ; quæ habēt uirtutem imperādi non ſolum iſtis inferioribus, ſed etiam ſpiritibus, & hanc uirtutē habent a Deo glorioſo, & ab influxu cœleſti. Et ſicut non eſt mirum, quod aliquis homo uilis et famulus uirtute, et uoluntate regis ciuitatis cogat, et imperet uirtute et nomine regis: ita; ut principes ciuitatis cogantur obedire illi famulo non ratione famuli, ſed ratione; et uirtute, ac nomine regis, cuius nomine; et uirtute famulus ille imperat primatibus prædictis, et non uirtute propria, quia illi primates non mouerētur, neq; cogerentur uirtute famuli illius per ſe. Eodem modo licet ſpiritus ſint ſubſtantiæ immateriales, et digniores et digniorem gradum obtinentes, quàm homo, tamen tales ſpiritus: et diaboli coguntur a magicis non uirtute propria ipſorum magorum; ſed uirtute diuina, et nomine diuino, cui omnes ſpiritus ſubiacent, et obediunt. Ideo bene ſcriptum eſt. In nomine Ieſu omne genu flectatur terreſtrium, cœleſtium, et infernorum. Et ſicut primates ciuitatis nō coguntur a famulo imperante nomine regis, et uirtute regis, niſi ſciant famulum illū habere talem uirtutem a rege. Eodem modo ſpiritus non mouentur, neq; coguntur a quocunq; homine imperante ipſis ſpiritibus nomine Dei, aut uirtute Dei, ſed ſolum coguntur, et mouentur ab illis hominibus magicis, quos ſciunt habere talem uirtutem imperandi a Deo glorioſo. Sicut ergo primates ciuitates prædicti non obediunt, neq; coguntur a famulo per ſe, ſed a rege per ſe: et a famulo per accidens. Ita ſpiritus non obediunt, neq; coguntur a magicis per ſe, ſed a uirtute diuina per ſe coguntur, et per accidens coguntur ab hominibus magicis.*

Redeundo *ad propoſitum: animæ ſeparatæ a corpore ſecūdum opinionem prædictam ſupra ſunt egreßæ a materia, et a corpore impedienti motu ſuo, quia corpus, et materia corporea impeditur in omnibus ſuis motibus propter reſiſtentiam corporum aliorum, quæ illi occurrunt, et reſiſtūt, Vnde ex tali reſiſtentia operationes corporum non fiunt niſi in tempore, et cum difficultate, et anima intellectiua coniuncta corpori, et materiæ in-*

diget phantaſmatibus, & ſenſibus diuerſis, & motibus diuerſis pro cognitione ſua. Sed quando anima eſt egreſſa a materia, nihil ei occurrit, & obuiat uel impedit in ſuis operationibus. Et ideo ſunt magis operantes: & habent maiorem uirtutem operandi operationes diuerſas a nobis ſenſibiles, quàm dum erant coniũctæ cum corpore: Quare cum nihil impediat operationes ſuas, & nihil impediat etiam cognitionem ſuam, ex quo omnia ſunt eis præſentia, ideo tales animæ ſemper remanent ſecundum unam ſemitam, & ſecundum unam diſpoſitionem. Quare ſi tales animæ fuerint malæ ſemper operabuntur malum, ſi uero bonæ operabuntur bonum. Litera patet ex prædictis.

ET SAPIENTES *quidem conueniunt & affirmant. Ratio huius eſt, quia animæ perfectæ in ſcientijs, quia ex habitu acquiſito in hoc mundo ſunt elongatæ ab hoc mundo inferiori occupatæ circa contemplationem diuinorum: Ideo ex tali habitu, & quia etiam ſunt innoxiæ poſt ſeparationem a corpore, fruuntur diuina cognitione, & ſunt elongatæ a cognitione iſtorum inferiorum.* T

ET QVIDAM *ſapientes dixerunt. hic ponit aliam opinionem q̃ animæ perfectæ prædictæ & innoxiæ ſeparatæ a corpore habebunt cognitionem iſtorum inferiorum: propterea, q̃ in ſubſtantia animarum prædictarum, & aliarum animarum, quæ non ſunt perfectæ, neque innoxiæ, remanet uirtus cogitatiua, & imaginatiua ſimul cum uirtute intellectiua, quare tales animæ cum omnino non poſſint expoliari a qualitatibus, ſeu impreſſionibus ſenſibilibus corporeis, præcipue quia in eis remanet etiã uirtus memoratiua. Ideo tales animæ ſeparatæ a corpore mediante uirtute cogitatiua, & memoratiua, quæ remanſerunt in ſubſtantia animæ cognoſcunt, & imaginantur iſta inferiora: Imaginantur enim hominem mortuum, in quo prius ipſæ ante mortem reperiebantur, & imaginantur illum hominem, & corpus ſuũ, qđ informabãt ſecundum formam, & figuram, ſecundum quam prius erat, & tunc poſt mortem, ſi ſunt non beatæ, imaginantur dolores: quos imaginabantur ſecundum ſemitam cruciatus pœnæ ſenſibilis in hac uita, & imaginantur nõ ſolum has pœnas, & hos cruciatus ſenſibiles, quos in hac uita ſenſerunt, & experientia cognouerunt, immo etiam imaginantur & cognoſcunt ueram pœnam, & uerum cruciatum eis conuenientem pro demeritis ſuis. Et in ſumma, animæ ſeparatæ a corpore. imaginantur bonum, uel malum, dolores, & delectationes ſecundum q̃ in hac uita erant habituatæ. Si enim animæ ſeparatæ a corpore fuerint beatæ, tunc imaginantur delectationes ſenſibiles, & non ſenſibiles, quas imaginabãtur, dum eſſent in corpore. Et imaginantur etiã, & cognoſcunt ueram fœlicitatem, quã in hac uita perfecte cognoſcere non potuerunt. Si uero animæ fuerint malæ uitioſæ damnatæ ad pœnam, tunc imaginantur ſecundum contrarium: imaginantur enim dolores ſen-* A

ſibiles cognitos in hac uita, & alios dolores, & cruciatus non ſenſatos, ut dictum eſt. Et talis imaginatio dolorum, aut delectationum, quas diximus, eſt pœna ſepulturæ, aut delectatio in ea, ſcriptum eſt enim in libro Alcoran, *q. animæ ſeparatæ a corpore delectantur, aut cruciantur in ſepultura corporis ſui ſecundum merita aut demerita. Dicit ergo* Auicenna *q. imaginatio prædicta eſt præmium, aut pœna animæ in ſepultura.*

X ET DIXERVNT *&c. Auicenna uolens imponere finem operi connumerat diuerſas opiniones de* Mahad *ſermone ſuccinto compendioſo, & eas confutat. Et litera patet.*

Y SERMONES *autem metaphorici &c. Vult inferre* Auicenna, *q. propter uarios ſermones metaphoricos in libris prophetarum uarie ac diuerſimode intellectos cauſatæ ſunt diuerſæ opiniones de* Mahad. *Sed qđ dicit ſcilicet diſpoſitiones paradiſi, & mulieres, & quæ currunt hoc curſu, loquitur ſecundum q. ſcriptum eſt, in libro* Alcoran, *propter uulgus, ut ſupra dictum eſt.*

Z QVOD *autem affirmauit* E bencora *philoſophus clariſſimus non poteſt uerificari, niſi uerba ſua ſint ſub enigmate dicta. Litera patet.*

FINIS DECLARATIONVM LIBELLI AVI-*cennæ de diſpoſitione animarum poſt earũ ſeparationem a corpore collectarum ex auctoribus Arabicis per* Andream Bellunenſem Phiſicum.

LIBER APHORISMORVM AVIcennæ de anima, & de manifeſtatione quarundam diſpoſitionum eius ex Arabico in Latinum deductus per Andream Bellunenſem phyſicum.

Declarationes aphoriſmorũ Auicennæ de anima aſſumptæ per Andream Bellunenſem ex libris philoſophorum Arabicis.

CIRCA *titulum huius libri ſciendum, qd' ideo appellatur liber aphoriſmorum de aĩa, quia ſicut liber aphoriſmorũ Hip. dicitur liber ſeparatorum ſermonum. Et aphoriſmus eſt ſermo breuis ſententiam auctoris exprimens, ſicut Gal. in cõmẽto primi aphoriſmorũ aphoriſmo primo, ſicut ẽt liber Rabi Moyſes, in quo aggregata ſunt dicta Gal. appellatur liber aphoriſmorum. Similiter liber iſtæ Auicennæ, in quo facit ſermones breues ſeu capitula breuia de anima, & de diſpoſitionibus, & operationibus eius merito appellari poteſt liber aphoriſmorũ, quia capitula ſunt ſecũdum plurimũ diſſeparata in ſententia, & breui ſermone exprimunt diſpoſitiones animæ, & operationes eius.*

Aphoriſmus primus.

COgnitio quidem ſeu apprehenſio non conuenit niſi animæ, & ſenſui non conuenit niſi ſenſatio rei ſenſatæ, & paſſio ab ea. Et ſignum huius eſt, quod ſenſus quandoq; patitur a re ſenſata: & tunc eſt anima occupata in re alia: quare tunc eſt aliquid non ſenſatum neq; apprehẽſum ſcilicet ab anima vel non cognitum. Et anima quidem cognoſcit ſpecies ſenſatarum per ſenſus, & intelligit ſpecies earum intelligibiles mediante ſpecie ipſarum ſenſata. Et homini nõ ineſt cognoſcere [res intelligibiles] abſq; medio ſenſatarum ipſarum. Et illud propter diminutionem, ſeu imperfectionẽ animæ ſuæ. Primum vero ens & intelligentiæ ſeparatæ, quia ſunt intelligentes per eſſentiam ſuam, cognoſcunt ſpecies rerum intelligibilium abſq; q indigeãt medio ſpecierum ipſarum ſenſatarum: neq; acquirunt eas, ſeu neq; acquirunt cognitionem earum ex ſenſatione ipſarum: immo ex cauſis earum, & ex principijs ipſarum. Et cognitio quidem humana fit ex via ſenſuum. Et apprehenſio vniuerſalium ſua fit ex via ſenſus cum particularibus. Et anima ipſius hominis eſt ſciens in potentia. A

Alia lra. intẽtiones itelligibiles rerũ.

potentia.

B potentia. Et in anima quidem infantis ſeu pueri inſunt prima
principia quæ eis adueniunt abſq; auxilio ſenſuum. Et cauſa
aduentus ipſorum eſt præparatio ſeu diſpoſitio: Et quando
ſeparata fuerit anima, & habuerit præparationem ſeu diſpo-
ſitionem ad appræhendendum intelligibilia, tunc eſt ei poſſi-
bilis aduentus ſcientiæ ſeu cognitionis abſq; indigentia uirtu-
tum corporearum quas dereliquit ſeu dimiſit, immo aduenit
ſcientiæ cognitio eis abſq; intentione, & per modum [q; non
C ſcitur qualiter, & vnde adueniat,] ſicut eſt diſpoſitio in aduen
tu primorum principiorum in pueris. Et ſenſus quidem ſunt
viæ ex quibus anima humana acquirit ſcientias.

Alia lra. q; non præcognoſcit ea neque deſiderat cognitionē.

A COGNITIO *quidem non conuenit &c. Nota q; ubi habetur cogni
tio, in Arabico habetur aladarech. Et aladarech idem eſt, qđ appræhen
ſio ſeu cognitio, Et talis quidem appræhenſio uel cognitio principaliter
conuenit animæ, & non inſtrumentis ſenſuum: non enim dicimus oculum
appræhendere ſeu cognoſcere, niſi ſimilitudinarie, & largo mō, pro quan-
to oculus, & ſenſus ipſi, qui patiuntur a rebus ſenſatis ab extra, producūt
ſpecies earum, & ipſas offerunt ſeu preſentant animæ, & ſunt medium,
quo anima cognoſcit. Anima enim ut dixit Ar. eſt principium ſentiendi,
& intelligendi: anima ergo eſt illa, quæ ſentit, & intelligit: ſenſus uero
ſunt inſtrumenta, & medium, quo anima intelligit, & ſentit: appræhen-
ſio igitur ſeu cognitio ſupradicta principaliter conuenit animæ. Et alda-
rech. i. appræhenſio ſeu cognitio diffinitur ab Auicēna in ſua philoſophia
ſic his uerbis Arabicis.*

*Ideſt aladarech. i. appræhenſio ſeu cognitio eſt aduētus formæ uel ſpe
ciei appræhenſæ apud appræhendentem ſeu cognoſcentem, qui percipit
eas mediante eo, quo ipſe appræhendit. i. apprehēſio ſeu cognitio eſt ad-
uentus formæ, ſeu ſpeciei appræhenſæ aduētus formæ, ſeu ſpeciei appræhē
ſæ ad appræhendentem, qui quidem percipit eas. ſ. ſpecies & formas, quæ
ei adueniunt mediāte eo &c. i. mediantibus ſenſibus: Nam ſenſus ſunt id
quo anima appræhēdit, & cognoſcit aliquid. Et dixit Auicenna in compē
dio de anima cap. 2. q; corpora animalium communicant in hoc, q; ſentiūt
& appræhendunt, ſeu cognoſcunt quadam ſpecie appræhenſionis ſenſiti
uæ, deinde differunt; quia quædam eorum cū hac appræhendūt appræ-
henſione intellectiua. Ex quibus uerbis apparet, qđ appræhenſio, ſeu co-
gnitio eſt communis ad appræhenſionem ſenſitiuam, & ad appræhenſio
nem intellectiuam, ſed cognitio proprie dicta eſt cognitio intellectiua. Co-
gnitio ergo ſiue ſit intellectiua ſiue ſenſitiua non conuenit niſi animæ. Sē
ſui uero. i. organo ſenſus non conuenit, & non attribuitur, niſi ſenſatio a
re ſenſata, quæ ſenſatio non eſt, niſi paßio inſtrumenti uel organi ſenſiti-*

*ui, inſtrumenti uel ſignum huius eſt: quia oculus, & organum tactus
quandoq; patitur a re ſenſata, & quia tunc anima eſt occupata in re aliã
ideo anima tunc non recipit ſpeciem rei ſenſatæ, quare tũc eſt aliquid im-
primens in ſenſu, & tamẽ non eſt ſenſatum, neq; cognitum ſupple ab ani
ma: quia in anima occupata non imprimitur ſpecies illius, a quo ſenſus ex
terior patitur, ut infra declarabitur cap. 2. Reſiduum literæ patet.*

ET ANIMAE *quidem infantis, ſeu pueri inſunt prima principia.* B
*Nota q; per animam infantis ſeu pueri expoſitores in hoc loco intelligunt
animam hominis, qui non habet cognitionem aut ſcientiam acquiſitam ar
te uel experientia, & quia pueri ſe habent hoc modo, ideo exemplificauit
de anima pueri, qui ſcit. q; totum eſt maius ſua parte, & ſic de alijs, quæ p
ſe, & a natura cognoſcuntur, ideo appellata ſunt prima principia, quia
ſunt prima ex his, quæ intellectus appræhẽdit.* ET INTELLIGIT
*ſpecies earum intelligibiles. i. intelliget ſpecies intentionales ſenſibilium
ſicut ſpecies inimicitiæ, & ſimilia.* ABSQVE *q; indigeant medio ſpe-
cierum ipſarum ſenſatarum. i. abſq; q; indigeant medio ſpecierum ipſarũ
ſcilicet rerum intelligibilium, quæ quidem ſpecies rerum intelligibilium
ſunt ſenſatæ.*

IMMO *aduenit eis cognitio abſq; intẽtione & abſq; præcognitione.* C
*Nota q; quando habetur ſcientia uel cognitio de aliquo per acquiſitionem
tunc antequam ſciatur illud, anima deſiderat, & intendit illud ſcire, &
ſic habet de illo prius cognitionem confuſam. Cognitio uero non acquiſita
cum diſcurſu & auxilio ſenſuum, ſed infuſa a Deo, & ab intelligentijs ſi-
cut eſt cognitio animarum ſeparatarum a corpore aduenit animæ abſq;
intentione, & abſq; deſiderio, quia talis cognitio aduenit ſubito, & eſt co-
gnitio rerum, de quibus anima non intendebat ſcire, ſicut eſt diſpoſitio in
aduentu primorum principiorum in pueris, in quibus cognitio principio
rum aduenit abſq; diſcurſu, & abſq; q; intendant habere talem cognitio-
nem, & neſciunt pueri, qualiter aduenіat eis talis cognitio, quæ quidem
aduenit eis a natura non cum diſcurſu & auxilio ſenſuum, ut infra decla-
rabitur cap. 5. Reliqui aphoriſmi ſubſequentes uſq; ad aphoriſmũ ſextum
non uidentur indigere declaratione quare &c.*

Aphoriſmus ſecundus.

Senſatum quando non appræhenditur, vel nõ cognoſcitur ab anima, tunc cauſa illius eſt, quia anima eſt ab eo diſtracta, & occupata cũ cogitatiua, aut ex inaduertentia. Et quandoq; aduenit. ſ. ſpecies ſenſata in ſenſu communi, & non eſt poſſibilis eius peruentio ad ipſam. ſ. animam intellectiuam. Aut cauſa eſt, quoniam anima occupat, ſeu exercet ſenſum communẽ circa ea ad quæ ipſa inclinatur, quare ſenſata non imprimunt

ſpeciem in ea.

Aphoriſmus tertius.

Anima quamdiu induit heiulæ.i.materiam,non cognoſcit denudationem eſſentiæ ſuæ,& qualitatem, vel conditionem ſuam,quæ ineſt ei dum ipſa eſt denudata a materia, & res diſpoſitionum ſuarum apud denudationem: quoniam ipſa non poteſt redire ſeu ſe conuertere[ad proprietatem ſuæ eſſentię, &]ad denudationem ab eo qđ ipſa induit. Immo ineſt ei intermedians per qđ ipſa efficitur impedita a quidditatibus, & a vera cognitione [ſuę eſſentiæ] & a conſideratione alicuius ſuarum diſpoſitionum. Cum vero denudata fuerit a materia, & remotum fuerit ab ipſa hoc impedimentum, tunc ipſa cognoſcit ſuam eſſentiam & diſpoſitiones ſuas, & qualitates ſeu conditiones ſibi proprias: & ipſa tunc percipit ſeu cognoſcit res abſq; inſtrumento corporali,et ipſa tunc excuſatur ab eo,vel & ipſa tunc non indiget eo. Illud a utem qđ ipſa anima nunc imaginatur,non eſt eius quidditas, vel eius eſſentia. & non imaginatᷣ nunc niſi corpus ſenſatum. & putat nunc ꝙ non inſit eſſe alicui præter ipſum corpus ſenſatum quod totum eſt falſum.

Alia litera. i cognoſcēdo ꝓprietatē ſuę eſſentiæ &c.

Alia lr̃a. per ſe.

nunc.i. dū eſt corpori vnita

Aphoriſmus quartus.

Virtutes corporales prohibent animam a ſola, ſeu vnica, vel pura conſideratione ſuæ eſſentiæ, & a propria cognitione ſua.quia ipſa cognoſcit res imaginabiles,non intelligibiles propterea ꝙ ipſa attrahitur ad ipſas res imaginabiles ſenſatas propter dominium earum ſuper ipſam.ſ.animam: quoniam ipſa non eſt aſſueta circa intelligentias, ſeu circa intelligibilia. & non cognoſcit niſi ſenſus: & ipſa inclinatur ad eos: & exiſtimat ꝙ intelligibilia non habent eſſe: & non exiſtimat niſi opiniones falſas.

Aphoriſmus quintus.

Prima principia aduenìunt intellectui humano abſq; acquiſitione,& non percipit intellectus vnde aduenìant in eo, et qualiter aduenìant in ipſo.

Aphoriſmus ſextus.

Quoties accidit in materia complexio conueniens alicui animæ,tunc accidit ſeu fit ſine dubio anima. Aut quando accidit præparatio materiæ ad recipiendum formam igneam,aut

aeream aut aqueam aut terream: tunc accidit ſeu fit in ea illa D forma, a principio ſeparato. ſ. a materia. Quare ſermo Altenaſach eſt falſus ex hac ratione.

Aphoriſmo ſexto.

TVNC *fit in ea illa forma a principio ſeparato, quare ſermo* Altena D*ſach &c. pro declaratione iſtorum uerborum ſciendum, ſecundum opinionem* Auicennæ, & Platonis, *q unicuiq; ſpeciei generabilium ineſt intelligentia propria, quæ regit & gubernat illam ſpeciem, & quæ in materia inducit complexionem, & lineamenta, & figuram ſecundum conuenientiam iſtius uel illius formæ, quæ debet introduci in materia, & conſequenter ab ea introducitur ſeu infunditur forma ſpecifica in illa materia proportionata complexioni inductæ in materia prædictæ: talis autem intelligentia gubernans ſpeciem appellatur ab* Auic. *pater ſpeciei ſeu gubernator ſpeciei:* Ratio *uero propter quam mouetur* Auicenna *ad ponendum in unaquaq; ſpecie eſſe intelligentiam propriam, quæ regit, & gubernat ſpeciem ſibi appropriatam diſponendo materiam pro forma, & conſequenter introducendo in ea formam ſpecificam eſt, quia uirtus quælibet naturalis eſt accidens carens cognitione, ipſa igitur uirtus naturalis de ſe nõ poteſt lineare & figurare corpus ſecundum exigentiam formæ introducẽdæ: & propter hoc cõmuniter dicitur a phyloſophis, q natura dirigitur ab intelligentia non errante.* Neceſſariũ *eſt ergo ponere in unaquaq; ſpecie generabilium intelligentiam propriam, quæ habet conſeruare, & gubernare ſpeciem ſibi propriam diſponendo materiam, & inducendo lineamẽta, & figuram corporis in materia, & poſtmodum inducẽdo formã ſpecificam in ea, ut dictum eſt.* Et *ſicut una ſpecies eſt altera nobilior, ita, una intelligentia appropriata ſpeciei nobiliori eſt nobilior, quàm ſit intelligentia appropriata ſpeciei minus nobili: & omnes huiuſmodi intelligentiæ ſunt inferiores ad intelligentiam mouentem ſeu aſſiſtentem orbi lunæ: & quicquid agunt intelligentiæ inferiores prædictæ non agũt niſi auxilio & influxu intelligentiæ aſſiſtentis orbi lunæ, quæ quidem intelligentia etiam non agit niſi influxu, & auxilio* Dei, *& intelligentiarum ſuperiorum ad ipſam. ſicut ergo formæ mixtorum, & animæ brutorum ſecundum* Auicennam *adueniunt ab extra, ut patet in compendio* Auicennæ *de anima cap.* 3. Et *animæ ſecundum ipſum infunduntur de nouo in materia diſpoſita. & complexionata ſecũdum exigentiam illius uel illius animæ, ita etiam in materia complexionata pro forma humana introducitur & fit in ea de nouo anima intellectiua.* Et *ſic ſecundum* Auicẽnam *animæ humanæ non fuerunt ab æterno, neq; permutantur de corpore ad corpus, ſicut opinati ſunt quidam, qui nominantur de ſecta* Altenaſach. i. *de ſecta qui credunt permutationem animarum de corpore ad aliud corpus, ſicut*

bene

bene in lib. Auic. de Mahad ſcriptum eſt. Et ſic patet qualiter ſermo Altenaſach eſt falſus.

Aphoriſmus ſeptimus.

E Anima humana a natura inſitum habet ꝙ cognoſcat, uel ſciat entia: & a natura ſcit quædam eorum quare ipſa inſunt ei actu ſemper [vel quare ſcit ipſa actu ſemper propterea ꝙ cognoſcit ea per ſe:] & ſcit quædam eorum in potentia per hoc, ꝙ ſcit ea per acquiſitionem. ſicut cognitio eius ꝙ ipſa ſcit per ſe, & ſimiliter quandoq; non ſcit ꝙ ipſa ſciuit per ſe, & ſimiliter reliqua quæ poteſt ſcire, donec ſciat ea. Et illud quia qđ non aduenit ei, indiget vt adueniat. Et videtur ꝙ operatio illa ſeu regimen ipſius animæ, & illud qđ attribuitur parti practicæ, ſeu parti opatiuæ & virtutibus corporeis, ſit opatio eius ſecundum naturã. Et operatio eius quæ attribuitur parti ſpeculatiuæ, ſit operatio eius in potentia. Et operatio quidem eius quæ attribuitur virtutibus corporeis, quamuis inſit ei ſecundum naturam, tamen operatio eius prædicta quæ ineſt ei ſecundum ſemitam perfectionis & complementi ineſt per acquiſitionem.

Alia lra. ſicut cognitio eorum per ſe

Aphoriſmo ſeptimo.

E ANIMA *humana a natura inſitum habet &c. i. anima humana habet ex natura ſua aptitudinem ad cognoſcẽdum entia, uerum ipſa anima cognoſcit ex natura ſua quædam entia. Nam cognoſcit ex natura ſua prima principia, & cognoſcit ea actu ſemper, & per ſe. Quædam uero cognoſcit non ex natura ſua, neq; actu ſemper, ſed cognoſcit ea in potentia, & per acquiſitionem, ideo non cognoſcit ea actu ſemper, quia ſi cognoſcit per acquiſitionem, ergo ante acquiſitionem tales cognitiones nõ cognoſcebat. Exempli gratia anima ex natura ſua, & in actu cognoſcit prima principia, ſed tamen, ꝙ ſciat ſe cognoſcere huiuſmodi principia, hoc non cognoſcit in actu ſemper, & a natura, ſed per acquiſitionem, & in potentia, nã ante acquiſitionem logicæ, & philoſophiæ non cognoſcit, quæ ſint prima principia, neq; cognoſcit ſe cognoſcere naturaliter prima principia, ſed poſt acquiſitionem ſcientiæ logicæ, & philoſophiæ, & metaphiſicæ tunc cognoſcit prima principia, & cognoſcit ſe cognoſcere illa per ſe, & a natura, & ante acquiſitionem ſcientiarum prædictarum anima non cognouit, ꝙ ipſa ſciret ſeu ſciuerit huiuſmodi prima principia per ſe, & a natura ſua. Et per hoc patet ſenſus literæ, quæ dicit,* ET A NATVRA *ſcit quædam earũ quia ipſa inſunt ei. ſ. animæ actu ſemper, ſicut cognitio eorũ per ſe. i. ſicut cognitio eorum, quæ anima cognoſcit per ſe, et a natura ſua.*

ET QVAEDAM *eorum.ſ.entium anima poteſt ſcire in potẽtia per acquiſitionem,ſicut cognitio eius.ſ.animæ* QVOD IPSA.*ſ.anima ſcit per ſe.i.cognitio animæ, ꝙ ipſa cognoſcit ſe cognoſcere prima principia per ſe,& a natura ſua.Cognitio enim animæ, ꝙ ipſa ſciat ſe cognoſcere, & ſcire prima principia per ſe, & a natura habetur per doctrinam, & acquiſitionem,ut ſupra dictum eſt.*ET SIMILITER *reliqua, quæ poteſt ſcire,donec ſciat ea.i.& ſimiliter anima cognoſcit in potentia, & per acquiſitionem reliquas res,quas ipſa poteſt ſcire: huiuſmodi enim cognoſcuntur in potentia ab anima,donec ſciat ea.Nam poſtquam anima ſciuerit eas res,quas in potentia cognoſcebat,tunc cognoſcit ea in actu.Et ꝙ anima cognoſcit in potentia, & non in actu reliquas res, quas ipſa poteſt ſcire,donec ſciat in actu,declarat Auic.dicens.& quia qđ non aduenit ei ſcilicet animæ indiget,ꝙ adueniat:cognitio enim,quæ adhuc non aduenit ipſi animæ ad hoc,ut inſit ipſi animæ in actu,oportet ꝙ adueniat per acquiſitionem,& per diſcurſum,et diſciplinam.Patet ergo qualiter anima humana a natura inſitum habet, ꝙ cognoſcat entia,& quædam entia nõ cognoſcit niſi in potentia,& non cognoſcit ea niſi per acquiſitionem.*ET VIDETVR *ꝙ operatio illa, ſeu regimen illud &c. Quia dictum eſt, ꝙ anima cognoſcit quædam a natura,& in actu,& cognoſcit quædam in potentia,et non ſcit ea niſi per acquiſitionem, In hac parte declarat Auicenna,ꝙ operatio animæ,quæ attribuitur parti practicæ, & uirtutibus corporeis ſit operatio animæ ſecundum naturam.Nam comedere, & aſſumere cibum, proſequi bonum,& fugere malum,& aliæ operationes ſimiles,quæ fiunt ab anima,& attribuũtur parti practicæ, ſunt operatiões, quæ fiunt ab anima ſecundum naturam, & non per acquiſitionem ſecundum uiam diſciplinæ:Homo enim licet ſtultus,& careat omni doctrina,tamen quando oportet,aſſumit cibum,& mouetur ad ipſum quærendum,qñ non habet,ſicut faciunt cetera animalia,quæ mouentur a natura.Operationes ergo animæ circa regimẽ corporis, quæ ſunt operationes practicæ & quæ attribuuntur uirtutibus corporeis,ſunt operationes animæ ſecũdum naturam,quæ inſunt ei actu ſemper,quando oportet. Operationes uero animæ quæ attribuuntur parti ſpeculatiuæ,ſicut cõſiderationes animæ,& diſcurſus rationis circa ſciẽtias ſpeculatiuas,ſunt operationes animæ in potentia:Huiuſmodi enim operationes non inſunt animæ ſecundũ naturam,& in actu,ſed inſunt ei in potentia,& adueniũt animæ per acquiſitionem. Addiſcẽdo enim in philoſophia,& in alijs ſcientijs anima acquirit cognitiones rerum,quas prius non cognoſcebat, & acquirit terminos,ſeu nomina rerum,unde poſtea diſcurrit,& operatur anima operationes ſpeculatiuas.Patet ergo qualiter operatiões ſpeculatiuæ inſunt animæ in potentia.Et operatiões practicæ inſunt animæ ſecũdum naturam. Verũ opatiões practicæ,quæ attribuũtur uirtutibus corpeis,quãuis iſint*

ale ſecundũ naturam, tñ operationes prædictæ ſecundum ſemitã cõplemẽ ti i. ſecũdum q̃ ipſæ operatiões practicæ ſunt cõplete, et perfectæ, inſunt animæ per acquiſitionem, & in potentia non ſecundum naturam. Nã operationes circa regimen corporis licet inſint animæ a natura, tamen tales operationes non efficiuntur completæ & perfectæ, niſi per acquiſitionẽ, & per doctrinam philoſophiæ moralis, in qua docetur de regimine, familiari, & ciuili, & qualiter anima regere debeat proprium corpus, & familiam, & ciuitatem, & ſimilia. Et operationes quidem morales, quæ inſunt animæ ſecundum naturam, & ſunt imperfectæ, per doctrinam moralem, & per conſuetudinem ſeu conuerſationem hominum morigeratorum efficiuntur perfectæ.

Aphoriſmus octauus.

Homo in vita ſua occupatur in corpore, vel alligatur corpori, & in his quæ conſequuntur ipſum, quare nõ verificat, ſeu non affirmat eſſe niſi illud qđ videt oculata fide, et qđ percipit ſuis ſenſibus. Et credit q̃ illud q̃ non percipitur cum eis non habeat eſſentiam, neq̃ eſſe propter vehementem cõſuetudinem animæ ſuæ cum ſenſibus eius. & credit ipſam animam ignorare, & non poſſe cognoſcere illa quæ ſunt præter illa ſenſata: & credit ipſam animam eſſe immerſam in corpore, et in virtutibus eius: & illud totum prouenit, quia ipſa nõ cognoſcit per ſe, ſeu non cognoſcit eſſentiã ſuam, immo ipſa diuertitur: ſeu elongatur ab eſſentia ſua, ſeu a cognitiõe eſſentiæ ſuæ. Quumque anima ſeparata fuerit, & cognouerit
F per ſe tunc appræhendit ſeu cognoſcit illud qđ ei in hac vita videbatur falſum, non habens eſſentiam, et appræhendit ſeu cognoſcit entia per ſe non per inſtrumẽtum corporeũ. Quare ſciet q̃ inſtrumenta erant impediẽtia ipſam a propria operatione ſua.

Aphoriſmo octauo.

F QVVMQVE *anima ſeparata fuerit. ſ. a corpore, & cognouerit per ſe. i. cognouerit abſq; inſtrumento mediante.*

Aphoriſmus nonus.

Homo quia conſuetus eſt appræhendere ſeu cognoſcere res cum ſenſu, efficitur credens, q̃ illud, qđ non cognoſcitur ſenſibiliter, non habeat eſſentiam. Et non credit eſſe animę, et eſſe intelligẽtiæ, & eſſe formarum ſeparatarum. quoniam ipſæ eſt cõſuetus videre formas corporeas, & videre eas adhęrentes in re non denudata a corpore. Hæc eſt conſideratio

& ex compoſitione, ſeu aggregatiõe materiæ cum forma, quare illic ſunt tres res. ſ. materia & forma, & aggregatio, ſeu unio materiæ cum forma, ex quibus patet, q. ſecundum Auicennam in cœlo eſt materia eiuſdem rationis cum materia iſtorum inferiorum, quia dixit, q. cœlum eſt compoſitũ ex materia, cuius natura eſt priuatio. Patet autem quod natura materiæ iſtorum inferiorum eſt priuatio, & propria paſſio eius: quare &c.

H VT APPROXIMETVR *uel adiungatur ei forma alia ſpecifica, ex quibus uerbis patet ſecundum Auicennam, q. in materia ſunt duæ formæ, quarum una eſt forma generis. inſeparabilis ab ea, puta forma corporeitatis, altera eſt forma ſpecifica, quæ ſuperadditur formæ corporeitatis, quæ dicitur forma generica, quia eſt forma communis, cum qua ſtant ſucceſſiuæ formæ diuerſæ ſpecificæ, Et ſicut genus contrahitur per hanc, uel illam differentiã, ita forma corporea contrahitur: per hanc uel illam formam ſpecificam. Litera patet. Nota q. tenendo cœlum eſſe compoſitum ex materia, cuius natura eſt priuatio, ſequitur, q. materia in cœlo ſit eiuſdem rationis cum materia iſtorum inferiorum, ſicut dixit Egidius Romanus, non tamen ſequitur, q. cœlum ſit corruptibile, quia in cœlo non ſunt qualitates contrariæ elementorum, ſicut in iſtis inferioribus, quæ qualitates contrariæ ſunt cauſæ corruptionis. Aliqui tamen, ut Arabes appellati Suffi, quorum ſcientia eſt per infuſionem ab intelligentijs, nõ per acquiſitionem doctrinæ, dixerunt cœlum eſſe compoſitum ex materia, & forma & ex ſubtilioribus partibus elementorum tali proportione, q. cœlum non ſit corruptibile, uel ſit difficiliter corruptibile, ſicut enim aurum propter certam compoſitionem, & mixtionem elementorum eſt difficiliter corruptibile, ita, & multo amplius dicatur de cœlo.*

Aphoriſmus decimus.

Quia homini non eſt poſſibile cognoſcere eſſentiam ſeu veritatem rerum præcipue earum quæ ſunt ſimplices: Immo homo non apprehendit niſi aliquod inſeparabile, aut aliquã proprietatem ex proprietatibus rerum prædictarum ſimplicium. Et cum primum ens ſit ſimpliciſſimum rerum omniũ: ideo illud qđ in vltimo eſt ipſi homini poſſibile cognoſcere de eſſentia eius, eſt hoc inſeparabile videlicet eſſe neceſſe eſſe ſeu eſſe, qđ eſt neceſſe eſſe: cum hoc ſit magis proprium inſeparabile ipſius.

Aphoriſmus vndecimus.

Conſiderare eſſentias rerum non eſt in poteſtate hominis, quare ipſe non ſcit de rebus niſi proprietates, & inſeparabilia, & accidentia, & non ſcit differentias [quibus conſiſtit vna quæque ipſarum rerum ſignificãtes eſſentias rei ipſius.] Immo

Alia lra. eſſẽtiales, vel ſubſtantiales vniuſcuiuſque earũ ſignificãtes eſſentias ſuas.

ſcit ꝙ rebus inſunt proprietates, & accidentia. Nos enim non ſcimus eſſentiam primi entis altiſſimi, neque eſſentiam intelligentiæ, neq; animæ, neq; cœli, neq; elementorum: neq; ſcimus, etiam eſſentias accidentium. Et huius exemplificatio eſt ꝙ nos non ſcimus eſſentiam ſubſtantię: immo non ſcimus niſi ꝙ ipſa ſit res cui ineſt iſta proprietas, videlicet, ꝙ ipſa eſt ens non in ſubiecto, & hoc quidem non eſt eius eſſentia. Neque ſcimus eſſentiam corporis, immo ſcimus, ꝙ ipſum corpus eſt res cui ineſt hæc proprietas, videlicet qđ ipſum eſt lōgū, et latum, & profundum, neq; ſcimus eſſentiā animalis, immo ſcimus rem cui ineſt proprietas appræhendendi, ſeu cognoſcendi, et operandi. Et propter hoc quandoq; cadit diuerſitas in quidditatibus rerum, quoniam vnus quandoq; percipit inſeparabile aliud vel diuerſum ab eo, qđ alius homo percipit quare iudicat ſecundum ꝙ exigit illud inſeparabile, vel ſecundum qualitatem illius inſeparabilis. Et nos non affirmamus niſi rem propriam. & tunc ſcimus, ꝙ ipſa eſt ei appropriata ex ꝓprietatibus: deinde ſcimus ex hoc aliquid propriū aliud mediante illo quo ſciuimus primum. deinde peruenimus ad cognitionem eſſentiæ ipſius, ſicut eſt res de anima, & de loco & de alijs ab ambobus ex eis per quæ peruenimus in cognitionem eſſentiæ non per eſſentiam eius, immo ex proportione quæ ineſt ei ad res, cognoſcimus eam, aut ex accidentibus quæ inſunt ei, aut ex inſeparabilibus. Exemplum eius in anima. Nam nos videmus corpus moueri, tunc affirmamus ꝙ illi motui ineſt materia. Et videmus motum diuerſum a motibus reliquorum animalium: tunc ſcimus, ꝙ ei ineſt mouens proprium: aut ꝙ ei ineſt conditio, ſeu qualitas propria, quæ non eſt in reliquis[mouentibus]deinde proſequimur de proprietate ad proprietatem, & de inſeparabili ad inſeparabilem. & peruenimus per ea ad eſſentiam eius. Et ſimiliter non ſcimus eſſentiam primi entis. Nos enim non ſcimus niſi, ꝙ ipſum habet neceſſe eſſe. Et hoc quidem eſt ei inſeparabile, & non eius eſſentia. & de eo mediante hoc inſeparabili ſcimus alia inſeparabilia, ſicut eſt vnitas Dei: & reliqua attributa. Et eius quidem eſſentia ſi eſt poſſibile appræhendi, eſt ens per ſe ideſt illud cui ineſt eſſe per ſe, & intentio ſermonis noſtri videlicet cui ineſt eſſe per ſe, eſt innuens, vel ſignificans aliquid

Alia lra. mobilibus.

1 cuius eſſentia ignoratur. Neq; eius eſſentia eſt ipſum eſſe, neque eſt diffinitio aliqua ex diffinitionibus, ſeu neque Dei ipſius eſſentia eſt aliqua ex diffinitionibus, vel ex deſcriptionibus Dei quoniam ipſis deſcriptionibus competit eſſe [qđ eſt extrinſecum ab eſsentia ipſius. ſ. Dei qui eſt per ſe cauſa eſſe.] Et in diffinitione quidem Dei ipſius ingreditur eſse, aut quia ingreditur eſse in diffinitione eius ingresſione qua ingreditur genus & differentia in diffinitione ſimplicium, ſecundũ qđ noſter intellectus præſupponit, ſeu conſiderat de ipſis, extra eſsentialia ipſarum. ſ. diffinitionum, vel deſcriptionum, quare eſſe eſt pars diffinitionis ipſius Dei. & non pars eſſentiæ eius, ſicut dicimus, ꝙ genus, & differentia inſunt partes diffinitionibus ſimplicium, & nõ eſsentijs ipſarum. Aut quia eius eſsentia eſt ſupra eſse, & tunc eſse eſt ex inſeparabilibus ipſius eſsentiæ, & partes diffinitionis eius ſimplicis ſunt partes diffinitionis eius, & non conſiſtentiæ ipſius, vel naturę ſeu eſsentiæ ipſius. Et ipſum eſse eſt quid præſuppoſitum, & attributum ei ab. ſ. noſtro intellectu. Illud autem qđ eſt in eſſentia ipſius Dei, non eſt pars eius. Et nos quidem cognoſcimus de primo ente, ꝙ ipſæ eſt neceſse eſse per ſe cognitione prima abſq; acquiſitione. Et nos diuidimus. eſse in neceſsariũ & contingẽs: deinde ſcimus, ꝙ neceſse eſt per ſe, oportet, vt ſit vnicum, ita: ꝙ ſit ſpecies eſse ipſius diuerſa a ſpecie eſse alterius. & ſcimus vnitatem Dei mediante re, quæ conſequitur ad ipſum primo: & ipſa res eſt neceſse eſse, vel quæ quidem res eſt neceſse eſse. Et diffinitio habet partes ſed diffinitum quandoq; non habet partes: & illud, quando fuerit ſimplex, & tunc intellectus inueſtigat aliquid, qđ ſtet loco generis, & aliquid qđ ſtet loco differentiæ. in compoſito autem [genus ſtat loco materiæ, & differentia loco formæ.]

Alia litera. extra eſſentialia ipſarũ. Et ipſæ. ſ. Deus ē ꝑ ſe cā eſſe.

Alia lřa. ꝑdicto illud ēe componit diffõnem, & diffinitio ñ ē ſimplex pura qm̃ genus ꝓportionatur materię, & differẽtia ꝓportionatur formę.

Aphoriſmo undecimo.

1 NEQVE *eius eſſentia eſt ipſum eſſe &c.* Nota ꝙ licet *eſſe, & alia inſeparabilia, quæ attribuuntur ipſi Deo, ſint idem eſſentialiter cũ Deo, tamen ſecundum intellectum noſtrum, & ſecundum rationem diſtinguuntur, nam ut infra declarabitur, diffinitio rerum ſimplicium, & diffinitum diſtinguuntur ſecundum rationẽ, quia diffinitum puta Deus eſt quid ſimpliciſſimum non habens partes, diffinitio uero habet partes puta aliquid poſitum loco generis ab intellectu noſtro, & aliquid loco differentiæ.* Et

*berum arbitrium, & motus ipſius animæ etiã ſunt uoluntarij,[a] ſicut mo-
tus ſunt naturales, [b] quoniã ipſi ſunt ſecundum intentiones, & appeti-
tus, quare ipſa uult eos, & inclinatur ad eos, uerum eſt differentia inter
ipſos motus uolũtarios, & inter naturales: quoniam ipſi uoluntarij motus
ſequuntur cum intentionibus ipſius, ſimiliter eſt diſpoſitio in motibus cœle
ſtibus, quoniam ipſi ſunt uoluntarij, quamuis non ſint propter intẽtiones
ſicut ſunt intentiones noſtræ, & operationes quidem alacthiarie.i. quæ ꝓ
cedunt ex libero arbitrio ſecundum ueritatem non uerificãtur niſi in pri
mo ente ſolum.* ANIMA *eſt agens de neceßitate etiam &c.* Pro decla-
ratione iſtorũ uerborum Auicennæ dixit E*benemechi phyſicus inter oẽs
Arabes primarius, ꝙ inter Maumethanos ſunt tres opiniones, quidã.n.
dicunt, ꝙ operationes hominis, & animæ ipſius procedunt non ex libero
arbitrio, ſed de neceßitate, & ex uoluntate* Dei, *& ex operatione ip-
ſius, ita:ꝙ omnes operationes hominis attribuuntur* Deo, *qui ſecundũ opi
nionem iſtorum eſt agens principale, & homo tanquam agens inſtrumen
tale motum a* Deo, *qđ quidem agens inſtrumentale non mouet niſi moued
tur a* Deo, *& huiuſmodi agens ex ſe non operatur aliquid, neq; operatur
libere, & contingenter, ſed de neceßitate, neq; homo ſecundum hanc opi
nionem habet liberum arbitrium, neq; poteſtatem ex ſe, neq; ex ſe aliquid
operatur, ſed omnis operatio hominis ſecundum hanc opinionem a* Deo,
cauſatur, & quicquid agit homo de neceßitate agit, & non contingẽter.
E*t huiuſmodi opinio dicitur opinio albaſari, & communiter apud Mau-
methanos* Damaſcenos *obſeruatur, & exiſtimatur opinio uera, unde per
totam Syriam cõmuniter tenetur omnia de neceßitate euenire, & omnia
ſcripta eſſe in fronte hominis.* E*t ſicut* Damaſceni *hodiernis temporibus
dicunt attributa* Dei *diſtingui realiter ab eßentia* Dei, *ita etiam tenent
opinionem prædictam erroneam, ut patet. Secunda opinio eſt huic oppoſi
ta dicẽs, qđ qcquid agit homo, libere agit, et contingẽter ex mero ſuo arbi
trio, non de neceßitate. neq;* Deus *concurrit in aliqua operatione hominis
tanquam agens principale, ut dicebat prima opinio, ſed homo tanquam
agens principale liberum nõ coactum agit, quicquid agit. Et propter hoc
homo meretur præmium, et pœnam ſecundum merita, et demerita opera,
quæ ab ipſo homine libere operata fuerunt. Tertia opinio fuit Auicennæ
et Algazel, qui poſuerunt ꝙ* Deus *dedit homini poteſtatem, et liberũ ar-
bitrium operandi bonum, et malum, et ex hoc, ꝙ homo habeat liberum ar-
bitrium eligendi uirtutes, et uitia, et quicquid operatur homo, operatur
ex ſuo libero arbitrio, abſq; ꝙ* Deus *concurrat in electione, quã facit homo,
et in operatiõibus eius. Ideo ſtatutum eſt, ꝙ ſi homo operabitur opera uir
tuoſa ſecundum præcepta legis, conſequetur præmium, et ſi homo eliget,
et operabitur opera uitioſa etc. conſequetur pœnam.* D*iffert autem hæc
opinio Auicennæ ab opinione ſecunda ſupradicta, quia licet anima huma-*

a. ſicut motus ſupple elemẽtorũ ſunt naturales.

b. qm̃ ipſi .ſ. motus aiæ.

na habeat à Deo poteſtatem, et liberum arbitrium, et ſit agens ex ſe cum libero arbitrio eligens opera mala, aut bona, et ſit agens liberum ſecūdū reſpectum, et rationem, quam diximus, tamen ſecundum reſpectum alium eſt agens de neceßitate, et ſic anima humana ſecundum unum reſpectum et ſecundum unam diſpoſitionem, et formam eſt agens liberum, et ſecundū alium reſpectum, et aliam formam, ſeu diſpoſitionem eſt agens de neceßitate. Qualiter autem anima ſit agens liberum, et ſecundum quem reſpectū, et diſpoſitionem ſit agens liberum declaratum eſt, quia Deus donauit homini, et animæ humanæ poteſtatem, et liberum arbitrium eligēdi, et operandi hoc uel illud. homo igitur, & anima humana ſecundum hunc reſpectum, & ſecundum hanc formam ſeu diſpoſitionem eſt agens liberum, & agens per ſe. Reſtat igitur declarare qualiter homo, & anima humana ſit agens de neceßitate, a quo procedunt operationes de neceßitate. Et ad hoc manifeſtandum præſupponitur, ꝙ Deus ab æterno cognouit omnia futura, & ꝙ talis cognitio Dei ſit infallibilis, futura enim omnia ſunt Deo, præſentia, & illud, qđ eſt futurum, repræſentatur cognitioni diuinæ tanquam præſens. Omnia enim relucent in diuina eſſentia, tāquam in ſpeculo. Et Arabes Suphi dicunt, ꝙ Deus radiatione, et lumine ſuæ eſſentiæ omnia cognoſcit, & omnia futura illi repræſentantur non imprimendo, neq; agendo in eſſentiam diuinam, ſicut ſenſibilia; & intelligibilia imprimūt ſpecies, & agunt in ſenſus, & intellectus noſtros, ſed intelliguntur, & cognoſcūtur omnia uirtute, & illuminatione cognitionis diuinæ, cui omnia ſunt ſibi præſentia, & cognoſcūtur abſq; impreßione, et abſq; impedimēto aliquo. Deus igitur cognoſcit futura oīa, et eius cognitio eſt certa infallibilis, ut ſupra dictū ē. Hoc præſuppoſito ponatur, ꝙ Deus ab æterno ſciuerit Platonem uitioſum, et legem diuinam non obſeruaturum: in hoc caſu Plato, et aīa ipſius de neceßitate furabitur, et erit uitioſus, quia præſuppoſito ꝙ Deus ſciuerit hoc, de neceßitate erit ita, ſicut cognouit Deus. Aliter eius cognitio nō eßet certa, ut præſuppoſitum eſt. Anima ergo Platonis præſuppoſita Dei cognitione prædicta de neceßitate erit uitioſa, et operabitur malum, et tamē anima prædicta quicqđ agit libere agit et cōtingenter. Nam anima Platonis habet poteſtatem, et liberum arbitrium; ergo ipſa de ſe et ex libero ſuo arbitrio poteſt furari, et non furari, et pōt exercere opera uirtuoſa, ſicut opera uitioſa. Et cognitio Dei ab æterno non communicat in aliqua opatione bona, aut mala ipſius Platonis, neq; cogit ipſum Platonem, uel animam eius eligere, et uelle opera uitioſa, ſed Plato ex ſe, et anima ipſius eligit ex libero ſuo arbitrio opera uitioſa, et uult furari, & operari malum. Et Deus quidem ab æterno cognouit uoluntatem Platonis, & cognouit, ꝙ anima Platonis ex poteſtate, et uoluntate ſua eliget mala opera uitioſa, & ꝓpter hoc cognouit Deus, ꝙ anima Platonis damnabitur & punietur. Nam Deus ab æterno ſtatuit, ꝙ anima, quæ

obſeruabit legem diuinam, & erit uirtuoſa, ſaluabitur, & præmiabitur, & quæ non obſeruabit legē prædictam, punietur, quia Deus dedit animæ humanæ poteſtatem, & liberum arbitriū obſeruādi præcepta legis, Deus enim non præcipit niſi illud, qd' homo poteſt: quia igitur Deus cognouit, ꝙ anima Platonis poteſt obſeruare præcepta legis, et non uult: immo operatur contra præcepta. Ideo Deus ab æterno cognouit animam Platonis debere damnari, non ꝙ ſcientia Dei ſit cauſa damnationis, et malorum operationum: quia ut dictum eſt, operationes malæ uitioſæ cauſantur ſolū ab anima Platonis, et a uoluntate ipſius, et non a ſcientia Dei, ut dictum eſt: huius autem exemplificatio eſt. Ponatur ꝙ rex habeat ſeruū, cui non præcipit niſi poßibile, et ꝙ rex prædictus ſtatuerit, ꝙ ſi ſeruus ille obſeruauerit præcepta, præmiabitur, ſi uero non puniatur. ponatur etiā, ꝙ rex prædictus præcipiat ſeruo illi, ut uadat extra ciuitatem in locum longinquum ad exigendas pecunias, et ut ſeruus ille nō poßit excuſari, et recuſare iter ſibi commiſſum. Rex tribuit illi æquum, et alia neceſſaria, ſeruus autem ille malignus non uult ire, et obſeruare præceptum regis. Et rex ipſe cognoſcit malam uoluntatem ſerui ſui, qui quidem ſeruus licet poßit equitare extra ciuitatē, ad exigendas pecunias regis, tamen non uult, unde rex damnat ipſum ſeruum, & punit. Et patet ꝙ licet rex cognoſcat malam uoluntatem ſerui ſui, tamen cognitio regis non eſt cauſa illius malæ uoluntatis in ſeruo illo, neq; cognitio prædicta cogit ſeruum ad non obſeruādum præcepta regis, ſed omnis mala operatio procedit ex uoluntate ſerui, non ex cognitione regis, qui præcipit ſeruum illum itinerari, et præcognouit ſeruum prædictum non uelle obedire mandatis. Similiter dicatur, ꝙ Deus tāquam rex præcepit hominibus legem ſuā obſeruari, & Deus cognouit homines, qui uolunt obſeruare legem prædictam, & eos, qui nolunt obſeruare, & cognitio quidem Dei non eſt cauſa, ꝙ ille homo uelit obſeruare, & alius non uelit, quia homo quilibet liberum habet arbitrium, & poteſtatē obſeruandi legem, & non obſeruandi, ut ſupra dictum eſt. Et ſicut dum uideo te ambulantem, de neceßitate tu ambulas, non tamen iſta propoſitio tu ambulas, eſt neceßaria abſolute, ſed eſt neceſſaria conditionaliter. ſ. dū uideo te ambulare, et eſt neceſſaria neceßitate præſuppoſitionis. ſ. præſuppoſito, ꝙ ego uideam te ambulare, de neceßitate tu ambulas, & tamen uiſio mea non eſt cauſa, ꝙ tu ambulas, immo tu ex libero tuo arbitrio, & ex uoluntate tua ambulas, & abſolute tu contingenter ambulas. Eodem modo dicatur, ꝙ ſi Deus ab æterno cognouit animam Platonis uitioſam, talis aīa de neceßitate erit uitioſa, dico de neceßitate ñ abſoluta, ſed de neceßitate præſuppoſitionis. ſ. præſuppoſito, ꝙ Deus cognouerit animam prædictam eße uitioſam, quia cognitio Dei de futuris eſt cognitio certa, ſicut de præſentibus, quia omnia futura ſunt præſentia cognitiōi diuinæ. Et ſicut dum uideo te ambulare in præſenti, cognitio mea de tua ambulatione eſt

certa, multo amplius cognitio diuina eſt certa, & infallibilis. Et ſicut dum uideo te ambulare uiſio mea nõ cogit te abſolute, neq; eſt cauſa tuæ ambulationis, ſimiliter ſi Deus ab æterno cognouit, q anima Platonis erit uitioſa, cognitio Dei non cogit animam Platonis, neq; eſt cauſa, q anima Platonis operabitur uitioſe; immo anima Platonis libera uoluntate, et ex ſe operatur uitioſe, & contingenter ut ſupra dictum. Apparet igitur qualiter anima Platonis per reſpectum ad cognitionem Dei ab æterno prædictam erit uitioſa de neceſſitate, & erit agens de neceſſitate, & erit in ſe & abſolute agens liberum, & ſic anima Platonis eſt agens de neceſſitate in forma ſeu in diſpoſitione libera ſeu habente liberum arbitrium, & ſicut dicitur de anima Platonis, ita dicatur de qualibet anima humana. Apparet ergo q anima humana ut dixit Auicenna eſt agẽs de neceſſitate in forma ſeu in diſpoſitione libera ſeu habente liberum arbitrium, & econtra aïa humana eſt agẽs ex libero arbitrio in forma ſeu in diſpoſitione neceſſaria ſeu includente neceſſitatem, quia anima ut ſupra dictum eſt ſecũdum unũ reſpectum eſt agens ex libero arbitrio non coactum, et ſecundum alium reſpectum eſt agẽs de neceſſitate. Ex prædictis igitur apparet, qualiter ſecundum Auicennam, & Algazel operationes animæ ſint neceſſariæ, & qualiter non uoluntariæ, & qualiter opinio Auicennæ conformatur opinioni Chriſtianæ circa hanc materiam. Et licet prima opinio dicat omnia de neceſſitate euenire, tamen opinio philoſophorum Arabum ſicut Auicẽnæ et Algazel, ſicut patet ex ſupraſcriptis, et ſicut retulit mihi Rays ebẽmechi præceptor meus eſt conformis opinioni Chriſtianæ.

ET MOTVS *etiam ipſius animæ ſunt uoluntarij i. ſicut motus elementorum ſunt naturales, ita motus ipſius animæ ſunt uoluntarij, & procedunt ex libero arbitrio ipſius animæ. Patet enim ſecundum Auic. q motus omnis eſt aut naturalis, aut uoluntarius, & ſicut motus elementorum eſt naturalis procedens a natura, quæ inclinat elementa ad unum terminum tantum. ſ. aut ſurſum aut deorſum, ita motus uoluntarius procedit ab anima ex libero arbitrio ipſius, quæ mouet ad motus diuerſos, & contrarios eis, ad quos mouet natura elementorum. Et differentia quidem inter motus naturales, & uoluntarios eſt: quia motus uoluntarij prænoſcuntur, & intenduntur ab anima antequam fiant, motus uero naturales non prænoſcuntur a natura, neq; intenduntur intentiõe cognoſcitiua.* L

SIMILITER *ẽ diſpõ ĩ motibus cœleſtibus, quia ſicut motus aïæ humanæ ſunt uoluntarij, ita motus cœleſtis cauſati ab animabus corporum cœleſtium ſunt uoluntarij cum intentione cognoſcitiua. Verum motus uolũtarij in corporibus cœleſtibus non ſunt propter intentiones, ſicut ſunt intentiones noſtræ, quia animæ corporum cœleſtium non poſſunt eligere, & intendere indifferenter bonum, & malũ. ſicut faciunt animæ noſtræ, quia animæ corporum cœleſtium ſunt ſicut angeli boni, qui habent uoluntatẽ incommutabilem* M

incommutabilem ad bonum.

N ET OPERATIONES *quidem Alacthiarie.i. quæ procedũt ex
libero arbitrio ſecundum ueritatem non uerificantur niſi in primo ente
C ſolum. Sciẽdum pro declaratione huius: ꝙ licet anima habeat liberum ar
bitrium, ſicut dictum eſt, tamen influxus cœleſtes, & conſuetudo, uel habi-
tus, & regio, et aer inclinãt animam licet non neceſſitent, unde liberum
arbitrium animæ non eſt ita purum et uerum, ſicut in Deo glorioſo, qui nõ
inclinatur neq; mouetur ab aliquo, et quicquid agit ex uera, et libera; et
mera uoluntate agit, non ab aliquo commotus. Ideo operationes, quæ pro-
cedunt a libera uoluntate, et ex libero arbitrio non uerificantur niſi in
primo ente: qui eſt Deus glorioſus.*

Aphoriſmus decimustertius.

Anima mouet hanc materiam, ſicut animæ cœlorum mo-
uent corpora ipſorum. Et ſicut illæ animæ cœlorum non mo
uẽt vt adueniat qđ eſt ſub eis, ſimiliter iſtę animę terrenę non
mouent vt adueniat complexio, aut aliud a complexione qđ
ſit ex diſpoſitionibus corporis: immo vt ipſæ ſint ſecũdum no
bilius vel dignius eſſe qđ ſit eis poſſibile. Quare ſunt iſta. ſ.
complexio et diſpoſitio corporis conſequentia: ſeu ordinata
ad illud qđ ipſa quærit vel intendit vel deſiderat. Et propter
hoc dicitur ꝙ anima ipſa eſt finis intentus, & anima mouet p-
pter ſeipſam, quoniam ipſæ eſt non propter aliquid aliud. Et
finis eius indiuidualis ſeu ſibi proprius eſt: ꝙ ipſa ſit ſecũdum
nobilius eſſe qđ ſit ei poſſibile.

Dixit auic. ꝙ aĩæ corporũ cœleſtiũ ſunt agẽtes volun tarie, non tñ agẽtes ex ar bitrio libero. Aĩa vero hu mana ẽ agẽs ex arbitrio.

Aphoriſmus decimusquartus.

Anima quãdo percipit ſeu cognoſcit aliquid, tunc ipſa in-
tendit & exquirit perfectionem non propter appręhenſionẽ
eſſentiæ alicuius appræhenſi, immo eſt illud ex conſequenti-
bus ad illam.

Aphoriſmus decimusquintus.

Anima vegetatiua hominis eſt in corpore. quare non veri
ficatur, ꝙ adueniat ab ea aliquid qđ non ſit in corpore. Qua-
re complexio, & compoſitio membrorum, et formæ, et figu
O ræ, & diſpoſitiones, non adueniunt ex anima vegetatiua, niſi
cũ aduẽtu eius ĩ corpe. Et iſta qdẽ aduẽiũt ĩ corpe poſt motũ
q̃re pp. hoc nõ verificat̃ ꝙ iſtę res ſint finales cauſæ, ĩmo ſunt
ex cõſequẽtibus vel ex ordinatis ad finem. Et finis quidẽ qui

iſta.ſ.complexio & cōpoſitio. verificatur eſſe in anima eſt exquirere perfectionem ad quā iſta conſecuntur ſeu ordinantur.

Aphoriſmo. 15.

ET ISTA *quidem adueniunt in corpore poſt motum. Nota q. iſta li tera exponitur tribus modis* POST *motum.i.poſt motum animæ intelle ctiuæ. Præſupponendo enim, q. anima intellectiua quælibet fuerit ab æter no, ſicut tenet Plato, tunc ſecundum hanc opinionē anima antequam unia tur corpori, mouet elementa ad commixtionem adinuicem, & ad comple xionem generandam, & compoſitionem, & figuram. Poſt talem motum igi tur aduenit in corpore cōplexio et cōpoſitio &c.* Et *tandem anima unitur corpori, & ſedet in eo, ſicut fabricans ſibi domum mouet operatores ad la pides, & ligna, et eſt cauſa, q. fiat domus, poſtea quieſcit in tali domo. Verū autem ſequatur* Altenaſach *ponendo animas creatas ab æterno dicetur infra. Aliter exponitur* POST *motum.i. poſt motum animæ intellectiuæ de nouo creandæ, quæ licet ſecundum Ariſt. & fidem nō fuerit ab æterno, ſed de nouo creatur, tamen quia ipſa antequam crearetur eſt finis inten tus, qui eſt primū in intentione, & ultimum in executione, finis eius mouet agens &c. dato igitur, q. anima non ſit ante generationem embrionis, cū qua debet uniri, tamen quia ipſa anima eſt finis generationis embrionis, ipſa ergo tanquam finis intentus in mente* Dei, *aut intelligentiarum mo uet elementa ad commixtionem. & propter talem finem generatur cōple xio, & compoſitio membrorum. Anima ergo licet non præexiſtat ante ge nerationem ſui corporis, cum quo debet uniri, tamen ipſa tāquam finis in mente* Dei *mouet.* Et *poſt motum. iſtius finis adueniunt in corpore comple xio & cōpoſitio mēbrorum. Aliter exponitur* POST *motum.ſ. animæ ue getatiuæ.* Nam *complexio & compoſitio non fit niſi poſtquam uirtus uege tatiua, quæ in ſe includit nutritiuam, & augumentatiuam, & generati uam mouerit attrahendo uel expellendo uel mouerit extendendo uel augē do membra, uel mouerit figurando & componendo membra.* Et *intentio* Auicennæ *in hoc cap. eſt demonſtrare, q. anima uegetatiua nō eſt propter complexionem compoſiti &c. tanquam propter finem, immo iſta fiunt, ut dictum eſt, poſt motum animæ uegetatiuæ ſeu poſt motum uirtutis uegeta tiuæ, quæ in corpore humano eſt uirtus animæ intellectiuæ.* Patet autem, *q. cōplexio & compoſitio corporis eſt propter animam intellectiuam. ſ. ut anima intellectiua uniatur corpori mediante complexione, & cōpoſitio ne ſibi conuenienti, & ut mediantibus ſenſibus, quæ ſunt principium co gnitionis anima proficiatur.* Complexio *ergo & compoſitio quæ corpori adueniunt cum anima uegetatiua, & poſt motum animæ uegetatiuæ ordi natur ad animam uegetatiuam, quæ in corpore humano ordinatur ad ani mam intellectiuam, & per conſequens non uerificatur, q. complexio, & compoſitio ſit cauſa finalis animæ uegetatiuæ, immo iſta ordinantur ad*

animam intellectiuam tanquam propter finem, & tu conſidera meliorem expoſitionem. Et hoc qđ dictum eſt uerificatur in corpore hominis. In plantis autem complexio, & compoſitio eſt propter perfectionem ipſius animæ uegetatiuæ tanquam propter finem, ut infra declaratur ab Auic. ꝙ anima eſt efficiens motum, & finis motus. Sciendum ſecundum Platonem non eſſe inconueniens, ꝙ ſit numerus animarum infinitus: dato enim, ꝙ mũdus ſit æternus, & animæ omnium hominum qui fuerunt: & qui erunt, ſint ab æterno, ſequitur, ꝙ ſit numerus animarum non habens terminum, & hoc non eſt inconueniens in non quantis, ſed dari infinitum in actu in rebus quantis eſt impoßibile, neq; inconuenit, ꝙ animæ, quæ adhuc non ſunt corpori unitæ, remaneant imperfectæ uſq; ad ipſam unionem cum corpore, et ſicut conceditur aliquas animas infantium mortuorum poſt earum ſeparationem remanere continue imperfectæ, ita non eſt incouueniens animas, quæ ab æterno fuerunt, remanere imperfectas cum debili cognitione, uſq; quo uniantur cum corpore: & per ipſum acquirant perfectionem. Et ſic ſecundum opi. Platonis non oportet ponere permutationem animarum fieri de corpore ad corpus, immo ſecundum Platonem unicuiq; homini ineſt anima propria, quæ ab æterno fuit, et unitur huic, illi, uel illi corpori, ſecũdũ proportionem ad hanc uel illam complexionem embrionis conuenientem illi animæ, et quoties in embrione eſt complexio proportionata pro aliqua determinata anima: tunc Deus uel intelligentia agẽs unit illam animã cum illo embrione, & dicitur ſecundum hanc opi. ꝙ homines in hoc mundo ſe diligunt, quia animæ ipſorum ante unionem ſe prius cognouerunt, licet debilem cognitionem pro tunc habeant. Et quædam ſecta Maumethanorũ nominata Suffi tenet opinionẽ ſupradictam, & pp hoc magnus Rex Perſiæ noĩatus Iſmael Suffi inſequens hanc ſectam, & ſcribens ad illuſtrißimum dominium Venetorum in principio ſuæ æpiſtolæ confirmat opinionẽ prænominatam ſub his uerbis uidelicet. Multitudine de ſalutation &c. La intẽtion noſtra ue auiſemo, che l'è certificato, & manifeſtato appreſſo di noi. l'amor uoſtro e la beniuolentia uoſtra, & uoi ſete à noi, come buoni parẽti, per cauſa de Chriſto, & della immaculata Vergine, che ſono cauſa dell'amor che ui portemo &c. Habbiamo conoſciuto, che queſto amor, auanti il fabricar del mondo è naſciuto dalla prĩa cauſa dal dì, che ſi cõgregorno gli ſpiriti d'auanti al Signor Dio, auanti il ſuo congiungerſi nelli noſtri corpi, che doueua uenir, dice il ꝓpheta nell'Alchoran, che gli ſpiriti erano ſimili allo eſſercito, ꝑte ſi accordauão, et q̃lli al preſente nelli corpi noſtri ſe amano, & parte ſi diſcordauano, che al preſente non ſi amano, & per la lontanãza della forma & del corpo nõ n'è cauſa; che non ſia amor &c. Et huiuſmodi quidem uerba ſupradicta, & alia contenta in epiſtola ut ſupra ex Arabico in Latinũ de uerbo ad uerbum. Fideliter fuerunt traducta &c.

Aphoriſmus decimusſextus.

Omnis diſpoſitio ex diſpoſitionibus corporis corporalibus eſt conſequẽs ad perfectionem. Et illa quidem perfectio eſt anima.

Aphoriſmus decimusſeptimus.

Anima mouetur ad finem quem habet in natura ſua, vel in eſſentia ſua. Et finis eius eſt ꝙ ipſa ſit ſecundum nobilius eſſe qđ ſit ei poſſibile, & finis ſuus quẽ ipſa habet in ſua eſſentia, vel natura eſt illud qđ ipſa acquirit, ſeu deſiderat. Et finis qdẽ aut ẽ in re exteriori determinata, aut in ipſo mouẽte. Et oportet ꝙ cuilibet motui ſit finis determinatus ad quẽ mouetur aliquid: qui quidem finis eſt aut a re exteriori determinata, aut in ipſo mouente. P

Aphoriſmo. 17.

Nota ꝙ finis extrinſecus a mouente, & qui eſt in re exteriori. eſt, ſicut ſi quis mouetur ut uadat domũ, tũc finis extrinſecus eſt domus, quæ eſt quid extrinſecum a mouente. Finis autem, qui eſt ĩn ipſo mouente, eſt ſicut fabricator, qui fabricat, & mouet propter ſe. ſ. ut habitet in domo, & ſe cõſeruet in domo &c. P

Aphoriſmus. 18.

De demonſtratione ꝙ anima ſit. & talis demonſtratio aſſumpta eſt ex parte finis motus elementorum ad congregationem, ſeu ad mixtionem perducentem ad eſſe animæ.

QVia motus aduenit poſt eſſe finium qui ſunt in re extrinſeca terminata ſicut ſunt termini terminantes rem corpoream extrinſecam: aut ſunt in ipſo mouente ſicut eſt in ipſo fabricante: & fuit neceſſarium, ut ſit finis particularis exiſtens,: ita vt verificetur eſſe motus paricularis. Ideo oportet vt ſit motus elementorum ad congregationem, vel mixtionem propter finem alium diuerſum ab aggregatione quoniam aggregatio, ſeu mixtio aduenit poſt motum. & ille finis eſt forma vel eſſentia animæ, cuius eſſe verificatur & pficitur per corpus. Et aggregatio, ſeu mixtio, & complexio, & compoſitio, & figuratio, & aliæ diſpoſitiones, quæ adueniũt corpori poſt motum ſunt de conſequẽtibus illum finem, qui eſt ipſe mouens: quare eſt faciens motum, & finis eius. quare faciens, ſeu efficiens, & finis ſunt vnum in homine, & eſt aĩa. Q R

Aphoriſmo

Aphoriſmo. 18.

Q AGGREGATIO & mixtio aduenit poſt motũ.ſ. animæ, quæ eſt finis intẽtus a datore formarũ, ut ſupra dictũ eſt, aliter exponitur POST motum.ſ. elementorum, aliter POST motum.i. poſt motum animæ intellectiuæ ab æterno præexiſtenti, quæ, ut ſupra dictum eſt, mouet elementa ad mixtionem, & ad complexionem ſibi conuenientem in corpore, ut cum ea uniatur, & perficiatur.

R SVNT DE conſequentibus illum finem.i. ſunt de his, quæ ordinantur ad illum finem, QVARE ipſe eſt faciens motum.i. quare ipſe.ſ. finis, qui eſt anima, eſt efficiens motum, & finis motus. Sicut enim aliquis fabricans domum propter ſeipſum.ſ. ut in ea cõmode uiuat &c. Eſt cauſa efficiens domus, & finis domus, ita anima eſt efficiens, & finis motus in homine. Si ergo anima eſt faciens motum, & finis, igitur anima eſt. Et ſic patet qualiter ex parte finis motus demonſtratur animam eſſe: & patet etiã intentio Aphoriſmi. 19. & aphoriſmi. 20. Vtrum autem animæ fuerint ab æterno creatæ, eſt diuerſitas opinionum. Tenentes enim opinionem Altenaſach, ut uiſum eſt in lib. de Mahad, affirmant animas numero terminatas fuiſſe ab æterno, & permutari de corpore ad corpus. Alij uero tenent animas non fuiſſe ab æterno, ſed creatas de nouo ſecundum mentem Ariſtotel. Et quidam ſequentes hanc opinionem dicunt animas de nouo creari in quolibet embrione, & in inſtanti, in quo embrio eſt organizatus & aptus ad recipiendum animam, pro tunc a Deo creatur in illo embrione anima de nouo, & hanc opinionem tenet fides Chriſtiana. Maumethani uero Suffi tenent animas omnes creatas fuiſſe ab initio mundi, & quando generatur corpus habens complexionem proportionalem alicui animæ, tũc intelligentia ſeu dator formarum infundit, & applicat illam animam illi corpori. Et ſic in qualibet generatione cuiuſq; hominis. Neq; ex hac ſequetur Altenaſac.i. permutatio animarum de corpore ad corpus, quia unaqueq; anima exigit corpus habens complexionem ſibi proportionatum ſecundũ hanc opinionem, & animæ, quæ nondum fuerũt unitæ corporibus, & fuerunt ab initio mũdi creatæ, expectant, donec ex influxu cœleſti generetur corpus cum complexione ſibi proportionata, & ſic in generatione hominis, anima, quæ prius non fuit unita corpori, unitur, & in hora mortis ſeparatur a corpore, & non reunitur corpori alio diuerſo a primo. Et ſi dicatur ꝙ tunc darẽtur infinitum in actu, quia homines a principio mundi uſq; ad finem ſunt infiniti &c. Dicendum, ꝙ licet numerus hominum, qui fuerunt, & qui generabuntur de nouo non ſit a nobis cognitus terminate, tamen ſecundum rem numerus hominum a principio uſq; ad finem mundi eſt finitus, & ſic animæ ſunt finitæ, & non permutantur de corpore ad corpus. Et ſi dicatur, ꝙ tunc animæ quæ non unientur corpori niſi apud finem mundi non acquirant cognitionem niſi apud finem mundi, quia ani-

ma humana non unitur corpus,niſi pro ut perficiatur, & acquirat diſpoſitionem ad recipiendum ab intellectu agente cognitionem, quam prius non habuit,& ſic animæ illæ longo tempore permanebunt abſq; cognitione,& abſq; perfectione.Dicendum q̄ ex hoc non ſequitur inconueniēs.Et nota q̄ Auicenna quandoq; in ſuis dictis uidetur tenere animas ab æterno fuiſſe,quandoq; uero dicit animas de nouo fuiſſe,quia Auicēna loquitur quandoq; diuerſimode ſecundum uarias opiniones,et hanc ſententiam ſcribunt quidam expoſitores Arabici ſuper canticam Auicennæ de anima:in qua quidem cantica Auicenna uidetur innuere quaſdam animas fuiſſe ab æterno,et quaſdam alias animas eſſe de nouo creatas.et expoſitores ſupra ſcripti dicunt,q̄ Auicenna loquitur ibidem ſecundum opiniones aliorum diuerſas.

Aphoriſmus.19.

Quælibet diſpoſitio corporea accidit poſt motum: quare non verificatur q̄ ipſa ponatur cauſa finalis motus: quare ipſę mouens eſt finis: & eſt anima.

Aphoriſmus.20.

Si complexio eſſet anima: tunc oporteret q̄ complexio eſſet ens ante complexionem: cum ipſa ſit mouens elementa ad mixtionem.

Aphoriſmus.21.

Omnis appræhenſio non completur niſi cum actione, & paſſione.Et paſſio quidem eſt aduentus diſpoſitionis cum remotione diſpoſitionis: & verificatur q̄ appræhendens ſeu cognoſcens ſit ipſamet res ſeu diſpoſitio quæ aduenit, & remouetur.Et corpus quidem, & diſpoſitiones eius ſunt inſtrumēta.quoniam appræhendens,ſeu cognoſcens oportet vt ſit res firma.Et caliditas quidem aduenIens ab extra exempli gratia conuertit ad ſe, & permutat caliditatem complexionalem. & non aggregant ſimul, quia non aggregantur duæ caliditates in corpore,quare tunc cadit & fit ſenſatio cum qualitate alterante ſeu conuertente.Et ſimiliter appręhendens ſolutionem continuitatis,eſt aliud a continuitate ſoluta, & aliud a continuitate adueniente.quare non appræhendit ipſam niſi res tertia.Et ſimiliter eſt diſpoſitio in eo qđ reſoluitur de corpore quoniam id qđ quęrit̄ loco eius qđ reſoluitur, eſt res alia ab ea quæ remanet poſt reſolutionem:quoniam a re remanente non fuit reſolutum aliquid,vel quoniam a reſiduo remanentē

non fuit reſolutum aliquid. Illud ergo a quo fit reſolutio partium corporis, non eſt niſi res ſtabilis permanens, & illa eſt aliud a corpore. Immo eſt conſeruans complexionem corporis. Et illud nominatur perfectio eius. Et ſimiliter in ordine membrorum, vel in ordinante, ſeu componente membra, id qđ ordinat eſt aliud a complexione. Et ſimiliter in augmentatione quoniam faciens eam, eſt aliud a complexione. et eſt uirtus regens corpus. Et quæ accipit ex latere, & addit in latere donec membra compleantur. Et infirmus quando ſanatur, nõ reducitur ad ſcientiam, quam habebat niſi propter conſeruationem eorum quæ ſciebat in virtute conſeruante. Et hæc virtus erat impedita a ſuis operationibus in hora ægritudinis, propterea ꝙ locus in quo firmatur virtus conſeruatiua, fuit obfuſcatus, & velatus a vaporibus, & ab humoribus. Et quoties remouet ab ipſo loco vapores & humores, tunc ab eo remouetur impediens.

Aphoriſmo. 21.

S *Omnis appræhenſio etc. In hoc cap. etiam probat animam eſſe per ra-*
tiones multas. Primo ex parte cognitionis, quia cognoſcens oportet ut ſit
res firma, et eſt anima: C V M *actione. i. cum inclinatione animæ ad acqui*
rẽdam cognitionem, et talis inclinatio animæ eſt motio et actio, qua anima
mouet ſeipſam ad inquirendum, et cognoſcẽdum. A D V E N T V S *diſpo*
ſitionis. ſ. cognoſcitiuæ. R E M O T I O N E *diſpoſitionis. ſ. ignorantiæ.*
Et caliditas quidem adueniens ab extra, hæc eſt ratio ſecunda. Q V A R E
tunc cadit, uel fit ſenſatio cum qualitate alterante. i. quare tunc non ſenti
tur niſi caliditas extranea adueniens, quæ alterat, et conuertit caliditatẽ
naturalem ad ſe. quare cum ſentiens non ſit caliditas alterans, neq; calidi
tas alterata, ſequitur ꝙ ſentiens ſit aliquod tertium, et eſt anima. E T S I
M I L I T E R *appræhendens ſolutionem. hæc eſt tertia ratio,* N I S I *res*
tertia et eſt anima. E T S I M I L I T E R *eſt diſpoſitio in eo, qđ reſolui*
T *tur etc. hæc eſt ratio quarta,* A R E M A N E N T E *non fuit aliquid re*
ſolutum. Nota ꝙ *ubi in corpore eſſent partes quinq;, et reſolutæ fuiſ-*
ſent partes duæ, tunc partes tres reſiduæ remanentes ſic ſe habẽt, ꝙ ipſæ
non exquirunt aliquid loco eius, qđ fuit reſolutum, quia partes tres prædi
ctæ ſunt integræ, a quibus non eſt facta reſolutio: Illud ergo, qđ exquirit ali
quid loco eius, qđ fuit reſolutum, eſt res tertia. ſ. anima, quæ conſeruat, et
regit totum corpus, quia ipſa exiſtens in corpore perficitur, & non fit ta-
lis perfectio animæ in corpore, niſi quando corpus eſt debite diſpoſitum in
partibus, & ſpiritibus: ubi ergo fuerit facta reſolutio ſpirituum uel alte-

rius membri, tunc illud, a quo ſit reſolutio partium corporis, quæ ſunt inſtrumenta, & medium acquirendi perfectionem, non eſt niſi res ſtabilis permanẽs: & talis res eſt aliud a corpore, quia exquirens perfectionem mediãte corpore, & mediantibus membris, & ſpiritibus eius nõ eſt corpus, neq; membra, immo eſt res tertia .ſ. anima, quæ eſt conſeruans complexionem, & nominatur perfectio eius .ſ. corporis. ET SIMILITER *in ordinãte hæc eſt ratio quinta. Complexio enim non ordinat, ſed aĩa, quare etc.* ET SIMILITER *in argumentatione &c. Hæc eſt ſexta ratio, & patet.* ACCIPIT *ex latere quia accipit ſanguinem ex concauo epatis, & adiungit lateri, quia conuertit eum in ſubſtantiam membri in parte alia, & in latere alio.* ET INFIRMVS *&c. Hæc eſt ultima ratio. Virtus conſeruans ſcientiam non eſt membrum, neq; complexio alterata ab egritudine, & talis uirtus conſeruans, & quæ reducit ſcientiam, quam infirmus oblitus erat propter infirmitatem, & propter uapores impedientes, non eſt niſi anima, quæ utitur membro, & parte cerebri poſteriori tãquam inſtrumento, qđ quidem inſtrumentum, dum eſt obfuſcatum uaporibus, impedit operationem uirtutis conſeruatiuæ: ſicut oculus male diſpoſitus a uaporibus non eſt inſtrumentum conueniens uirtutis uiſiuæ, et impedit uiſionem. Quando uero remouentur ab oculo, & a loco qđ eſt inſtrumentum conſeruatiuæ uirtutis, tunc remouetur probibens, & tunc uirtus uiſiua, & uirtus conſeruatiua, ſeu memoratiua exercet operationes ſuas perfecte.*

Aphoriſmus .22.

Anima humana quamuis ſit exiſtens per ſe, tamen non pmutatur de hoc corpore ad aliud corpus, quoniam quælibet anima habet proportionem propriatam corpori ſuo. & proportio, ſeu conueniẽtia propria huic animę, eſt alia a proportione ſeu conuenientia propria illi animæ. Et proportionem quidem ſeu conuenientiam appropriatam illi corpori nos nõ ſcimus. T

Aphoriſmo .22.

QVONIAM *quælibet anima habet proportionem appropriatam corpori ſuo. Nota q, ultra diuerſitatem complexionũ in indiuiduis ſpeciei humanæ exiſtentium eſt alia diuerſitas proportionum propriorum, quæ ſunt inter unumquodq; corpus indiuidui humani, & inter animam eius, quæ quidem proportio reſultat non ſolum ex mixtione elementorum, ſed etiam ex influxu cœleſti: & huiuſmodi quidem proportionem propriam, quæ ineſt animæ ad corpus ſuum, et corpori ad animam, nos ignoramus. Et unaquæq; anima habet proportionem propriatam corpori ſuo, & diſtinctam a proportione, quam habet quælibet alia anima ad ſuum corpus: &* T

talis proportio acquiritur ipſi animæ a corpore ex unione ipſius cum eo, ut infra declarabitur, & per talem proportionem fit diſtinctio animarū indiuidualiter. Et quando in embrione reperitur proportio appropriata alicui animæ, quæ ſecundum q dictum eſt ſupra fuerunt ante corpora, tūc ab intelligentia unitur anima cum illo embrione, uel ſecundum opinionē aliam, quando in embrione fuerit complexio & proportio appropriata, tunc Deus ſeu dator formarum creat animam conuenientem illi corpori, & illi complexioni.

Aphoriſmus.23.

V Anima non eſt complexio, quoniam ipſa quando alterat a ſua ſanitate, & a ſua æqualitate, tunc ipſa non ſentit alteratio nem ſuam, & ipſa eſt non remanens ſecundum ſuam ſanitatē. Immo quandoq alteratur, ſeu mutatur. Quare percipiens, ſeu compræhendens alterationem ſuam eſt res ſtabilis, & eſt anima, quæ eſt eius perfectio. Et ſimiliter quando ſeparatur continuitas, tunc ſentiens eam, eſt res alia a complexione quę alteratur, & res alia a ſolutione continuitatis. immo eſt res ſta bilis, quæ eſt anima. Et ſimiliter virtutes quæ ſunt in corpo ribus noſtris, quando mouent ad contrarium, vel diuerſum ab eo ad qđ ipſa declinant, tunc non mouent ea, niſi res alia ab eis, & ipſa eſt anima. Et ſimiliter quando ſenſus ſenſerit aliquid, tunc compræhendens illud eſt anima [ſentiens, quæ iam paſſa eſt apud ſenſationem. quare ipſa] nō remanet in ſua diſpoſitione. Alia lſa. & ſenſus iam paſſus ē apud ſēſationē q̄re ipſæ.

Aphoriſmo.23.

V *ANIMA non eſt complexio &c. In hoc cap. Auicenna reuertitur ad probandum animam eſſe per rationes alias a ſupradictis, & litera patet, & percipiens, & appræhendens eſt res ſtabilis, quæ eſt anima. Senſus er- go .i. organum ſenſus non ſentit, quia iam alteratur, & patitur apud ſen- ſationem, quare cum ipſe non remaneat in ſua diſpoſitione, ideo non ſen- tit principaliter ſed eſt inſtrumentum uirtutis ſenſitiuæ: & talis uirtus, et principium principale ſenſationis eſt anima.*

Aphoriſmus.24.

X Anima humana nō intelligit eſſentiam ſuam niſi quia ipſa eſt denudata. Et animæ quidem brutorum animaliū nō ſunt denudatæ: quare nō intelligunt eſſentias ſuas, quoniam intelli gēs aliquid eſt denudatum a materia. Et hoc eſt illud per qđ demonſtratur, ſeu ſignificatur remanētia animæ, vel q anima remaneat. Et anima quidem appræhendit mediantibus inſtru

mentis ſenſibilia, & imaginabilia. Res autem denudatæ apprę̃hendunt per ſe abſq; inſtrumento. Et inſtrumẽta quidem fuerunt poſita vt per ea appræhendantur particularia, & ſenſata. Vniuerſalia vero, et intelligibilia compræhenduntur per ſe. Et ipſamet anima quamuis ſit particularis: tamen ipſa eſt intelligibilis. Non enim omne intelligibile eſt intentio vniuerſalis, ſicut eſt intelligentia & anima.

Intelligẽtia & aia intellectiua i're eſt qd pticulare itelligibile, & nõ eſt intẽtio vniuerſalis.

Aphoriſmo. 24.

INTELLIGENS *aliquid eſt denudatum a materia. Nota q; animæ brutorum ex hoc, q; non ſunt denudatæ a materia, non intelligunt eſſentiam ſuam ut infra dicit Auicenna aphoriſmo. 26. Et non cognoſcunt niſi per uirtutem exiſtimatiuam, quæ in brutis tenet locum intellectus. Anima igitur humana non intelligit uera intellectione eſſentiam ſuam, niſi quia eſt denudata a materia. Et hoc eſt illud, per qđ demonſtratur, q; anima humana remaneat poſt ſeparationẽ, ſeu poſt mortem hominis. Nam ſi anima humana eſt denudata a materia ergo ipſa nõ dependet a materia, & per conſequens ipſa quando ſeparatur a corpore & a materia, tunc remanet in eſſe ſuo.*

NON ENIM *omne intelligibile eſt intentio uniuerſalis. Nam intelligentia & anima intellectiua in re ſecluſo opere intellectus eſt quid intelligibile, & non eſt intentio uniuerſalis ut patet. Aphoriſmo. 25.* CORPUS *eſt res præſuppoſita in eſſe animæ. Iſta litera exponitur dupliciter, uno modo in eſſe animæ ſupple in corpore, quia anima non poteſt intelligi eſſe in corpore, niſi præſupponatur corpus, & hæc expoſitio ualet ſecundum opinionem eorum, qui tenent animas fuiſſe ab æterno, uel animas a principio mundi creatas.* SED IN *remanentia animæ. i. ſed in remanentia animæ poſt mortem. Aliter exponitur: corpus eſt res præſuppoſita in eſſe animæ. i. in creatione animæ de nouo. Non enim creatur anima de nouo, niſi præſupponatur corpus diſpoſitum receptione ipſius animæ.* ET EST *poſſibile ei quando ſeparatur &c. Circa hoc dubitatur, quia ſi anima non perfecta poteſt perfici abſq; ipſo corpore, ergo anima intellectiua non eſt ut uniatur corpori pro perfectione acquirenda: dicendum q; anima intellectiua per unionem cum corpore acquirit diſpoſitionem, & præparationem ad recipiendum emanationem, & cognitionem infuſam ab intelligentia, ſeu ab intellectu agente. Anima ergo per unionem cum corpore acquirit maiorem, aut minorem præparationẽ etc. Et illa, quæ in hoc mundo acquiſiuit præparationem completam ſicut illa que eſt perfecta moribus & ſcientijs ſeparata a corpore recipit beatitudinem: illa uero anima, quæ in hoc mundo non fuerit complete perfecta tamẽ aliquam habet perfectionem, et præparationem, poſt ſeparationem a cor*

pore poſſibile eſt, q ei adueniat perfectio, & preparatio a Deo, & ab intellectu agente, & ſic poſſibile eſt, q anima, quæ in hoc mundo non fuerit complete perfecta, in alio mundo perficiatur abſq; corpore, ut infra declarabitur; ſed anima antequam uniatur corpori, non habet aliquam perfectionem, & præparationem, & ideo animæ infantium, & ſtultorum, cum non habeant talem præparationem, non ſunt aptæ habere beatitudinem in alia uita naturaliter, ſed dicitur q uadunt ad limbum. Supernaturaliter uero, & per potentiam diuinam animæ eorum, qui moriuntur in infantia poſſunt per baptiſmum habere cognitionem Dei, & conſequi beatitudinem. Et ſi teneatur, q animæ omnes fuerint creatæ a principio mundi, tunc dicendum, q animæ antequam corpori uniantur, remanent indiſpoſitæ abſq; perfectione aliqua tamdiu, donec corporibus uniantur, & non habent niſi cognitionē quādam naturalē confuſam, & p unionem cū corpe & mediantibus ſenſibus acquirunt cognitionē, & præparationē ad recipiendum ab intellectu agente cognitionē infuſam, & cognitionē Dei.

Aphoriſmus.25.

Corpus eſt conditio, ſeu res conditionalis, ſeu res præſuppoſita in eſſe animæ abſq; dubio. Sed in remanentia animæ tunc ipſa non indiget ipſo corpore. Et eſt poſſibile ei, quando ſeparatur ab ipſo corpore, et non ſit perfecta, q perfectiones aduenant ei abſq; ipſo. ſ. corpore cum ipſum non ſit res conditionata, vel res præſuppoſita pro perfectione ipſius, ſicut ipſū eſt res conditionata pro eſſe vel in eſſe ipſius. ſ. animæ.

Aphoriſmus.26.

Animę brutorum animalium ſunt aliud ab homine ſeu ab anima humana, quia ipſæ non ſunt denudatæ, quare ipſæ non intelligunt eſſentias ſuas. Quod ſi appræhenderent eſſentias ſuas, non appræhendunt eas niſi per virtutem exiſtimatiuam, quare eſſentia ipſarum non eſt ab eis intelligibilis, & exiſtimatiua in eis eſt loco intellectus.

Aphoriſmo.26.

QVARE eſſentia ipſorum. ſ. brutorum non eſt ab eis. ſ. brutis intelligibilis ſupple uera intellectione, quia ut ſupra dictum eſt, animæ brutorū non ſunt denudatæ a materia, et ideo non habent ueram intellectionem, ſed quandam cognitionem, quæ fit a uirtute exiſtimatiua, quæ non eſt uirtus intellectiua, ſed in eis eſt loco intellectus, et uirtutis intellectiuæ: quare eſſentia brutorum non eſt intelligibilis, ſeu apta intelligi uera intellectione ab ipſis brutis, quia ipſæ non habent intellectum, ut dictum eſt.

Aphoriſmus.27.

Nos quando videmus aliqua in ſomnio, tunc intelligimus ea primo.poſtea imaginamur ipſa. Et cauſa huius eſt,quia intellectus agens infundit ſuper intellectum noſtrũ illa intelligibilia.deinde ab eo infunduntur ad imaginatiuam noſtram, ſeu ad virtutem phantaſticam noſtram. Quando autem addiſcimus aliqua, tũc imaginamur ea primo.poſtea intelligimus ipſa per contrarium primi. Et nos quando volumus addiſcere aliqua, & diſponimus,ſeu præparamus animam ad recipiẽdum illa,remouendo prohibens impediens ipſam animam ab hoc deſiderato,ita vt ſit eius præparatio appropriata: tunc ingeniamur ſecundum plurimũ in occupando,ſeu exercẽdo virtutem imaginatiuam ab eis quæ occurrunt, & impediunt ab eo,ſicut quando volumus ſcire quęſitum in mathematica,occupamus virtutem imaginatiuam cum figuris linealibus, vt non procedat ipſa ad rem aliam, & impediatur. Et animæ quidem humanæ quando acceperint a virtute imaginatiua principia ſcientiarum ſuarum,ita vt non indigeant in re quam ſcire deſiderant, accipere principia a virtute imaginatiua: tunc ſunt iam perfectæ. Quando vero animæ ſunt ſeparatæ, tunc habent diſpoſitionem appropriatam ad recipiendum emanationem,ſeu cognitionem infuſam ab intellectu agente. quoniam intellectus agens operatur operationem continue: & non retinet,ſeu non tardat operationem ſuam in aliquo: quãdo materia eius recipiens habet præparationem appropriatã ad recipiendum emanationem ſupradictam. Et propter hanc intentionem oportet vt homo conetur in hoc mundo vt cõſequatur hanc perfectionem,ſeu hanc optimam præparationem. Z

Aphoriſmo.27.

PER CONTRARIVM *primi.ſ. per contrarium cognitionis primo dictæ.ſ.cognitionis eorum,quæ in ſomno uidentur, quia illa primo intelliguntur,poſtea imaginantur: ſed quando addiſcimus, primo imaginamur,poſtea addiſcimus.* Z

Aphoriſmus.28.

Huiuſmodi ſomnia & viſiones ſunt ſigna. ꝙ anima humana continuatur cum intelligentia prima naturaliter non acquirendo.

Aphoriſmus.29.

Scientiæ quando appręhenſę fuerint poſſibile eſt ꝙ firmẽtur in mente cum imaginatione,& ſenſu.ſicut figuræ mathematicæ,& alia ex eis quæ dependent aliquo modo ab imaginatione.

Intelligibilia autem quia diuerſificantur ab illis,cum imaginatiua impediat, & prohibeat, vincunt vel ſuperant virtutem imaginatiuam,quæ impedit ea.

& non oportet quidem ꝙ fiant figuræ mathematicæ ſuper tabulam cum volumus addiſcere demonſtrationem, niſi vt occupetur cum eis imaginatiua eis mediantibus, & non lædat, vel faſtidiatur intellectus in acquirendo, vel complendo demonſtrationem. Et vt imaginatio ſit occupata in re aliqua de genere rei cuius quæritur demonſtratio, quare nõ ĩpediatur neq; prohibeatur. Et doctrina ſeu acquiſitio ſcientiæ completur occupando imaginatiuam, & ſenſus cum re de genere illius in quo eſt ſpeculatio: ſeu conſideratio,ita vt non impediatur anima ab eo ꝙ ipſa quærit vel deſiderat.

Aphoriſmus.30.

Conſideratio ſeu cõtemplatio eſt ꝙ anima occupetur ſuis virtutibus cum re ex genere eius qđ quærit, vel deſiderat vt perficiatur præparatio eius ad recipiẽdum formas ſeu ſpecies quæſitas a datore formarum ſeu ſpecierum.

Aphoriſmus.31.

Anima moralis virtuoſa quæ bona opera egerit, quando ſeparata fuerit a corpore,tunc influunt ſuper eam intelligentiæ agentes perfectionem ad quam conſequitur appræhenſio intelligibilium.quare ei repræſentantur res ſubito. & non indiget re propriata.

Aphoriſmus.32.

Non eſt demonſtratio ꝙ animæ non perfectæ quando ſeparatæ fuerint, habeant ea quæ ipſam perficiunt,ſicut crediderunt quidam ꝙ animæ planetarum habent perficientem ſuũ. & ꝙ illæ animæ habeant perficientem. Similiter nõ eſt demõſtratio ꝙ animæ perfectæ quando ſeparatæ fuerint, non habeant ea quæ ipſas perficiant poſt earum ſeparationem.

Aphoriſmus.33.

Diuiſiones vel contemplationes dormientium ſunt ema-

nationes, vel cognitiones infuſæ ab intellectu agente ſuper animam primo: deinde infundũtur ab ea ſuper virtutem ima ginatiuam ſecundo, tunc ſecundum[hanc emanationem, ſeu infuſionem cognitiõis]eſt licitum, & poſſibile ꝙ ſuper illam animam ab intellectu agente infundatur cognitio illa quæ ipſam perficiat cum anima ſit diſpoſita, & pręparata in qualibet duarum diſpoſitionum ad recipiendum illud, qđ ab ipſo intellectu agente emanat vel infunditur. Neq̃ indiget in receptione illius emanationis ſeu infuſionis aliqua virtutum corporis, cum ipſa recipiat illud, qđ ipſa recipit ab intellectu agẽte abſq̃ ꝙ ipſa indigeat medio inter medio. Cum ergo illud, ita ſit, videtur ergo ꝙ anima poſt ſeparationem a corpore recipiat ab intellectu agente emanationem, ſeu infuſionem cognitionis abſq̃ ꝙ indigent aliqua virtutum .ſ. corporis. Amplius ſi anima non efficitur complete virtuoſa, & non mundificatur, ſeu non purgatur, & non perficitur niſi propter ſeparationem eius a corpore, oportet ꝙ ipſa apud ſeparationẽ a corpore, cum tunc non ſit perfecta, habeat muad, vnde perficiatur, vel beatificetur, & inſit vel adueniat ei diſpoſitio poſt diſpoſitionem renouatam. Et ſit, ſeu permaneat ipſa in caliditate .i. in amore igneo feruenti cum hæc ſit eius qualitas, ſeu conditio ipſarum.

Alia lra hoc iudicium eſt licitũ, vel tũc ſecũdum hoc qđ dictũ eſt.

Aphoriſmo.33.

AMPLIVS ſi anima. ſupple non complete perfecta in ſpeculatione & et in moribus.

HABEAT muad .i. principium, per qđ imaginetur .i. habeat ſpiritus, per quos imaginetur, ſeu cognoſcat ſcibilia, ut addiſcat, uel cognoſcat ex imaginatione uel ex principio imprimente imaginationes.

ADVENIAT ei diſpoſitio .ſ. cognoſcitiua.

PERMANEAT ipſa .ſ. anima prædicta. CVM hæc .ſ. caliditas ſeu amor igneus in Deum etc.

Aphoriſmus.34.

Sapientia diuina, vel iudicium diuinum vult, ſeu exquirit ꝙ vnumquodq; conſequatur perfectionem ſuam exiſtentẽ in ſua eſſentia, vel conuenientem ſuæ eſſentiæ: vel ſuę naturę: & non perfectionem quæ pertranſeat ſuam eſſentiam, vel & non perfectionem quæ ſit dignior ſupra eſſentiam ſuam, quoniã hoc eſt impoſſibile. Si enim nos putamus, vel exiſti

ma nus ꝙ corpus conſequatur perfectionem, quæ non ſit in ſuo termino, vel quæ non ſit conueniens ſuæ eſſentiæ. ſ. ꝙ corpus efficiatur intelligens: tunc illud eſſet error exiſtimatiuæ. Et erroneum eſſet putare ꝙ diſpoſitio in animabus non perfectis apud earum ſeparationem a corpore cõſequeretur gradum perfectionis animarum perfectarum, hoc enim pertranſiret terminum, & eſſentiam ſuam ſeu naturam ſuam.

Aphoriſmus. 35.

Anima dum eſt coniuncta materiæ, non intelligit eſſentiã ſuam. Si enim intelligeret eam, tunc perfectio ſua eſſet ſicut perfectio intelligentiarum, quæ intelligunt eſſentias ſuas, aut ſi eſt ei poſſibile ꝙ intelligat eſſentiam ſuam. Tunc [eius intelligere eam per ſeipſam eſt illi eſſentiale] ſed ipſa non intelligit ꝙ ipſa intelligat eſſentiam ſuam. Quoniam ſcit hoc per acquiſitionem & [excitationem] in ea ſeu per manifeſtationem de ea ſeu animaduertentiam de ea.

Alia lit. intelligere eã p eſſentiã ſuã eſt illi eſſentiale.

Alia litera. exercitationẽ

Aphoriſmus. 36.

Quælibet anima habet præparationem vel poſſitatẽ appropriatã ad recipiendum emanationẽ, ſeu infuſionem cognitionis verũ q̃dam anima eſt quę habet poſſibilitatem longinquã quare ipſa indiget præparante appropriato ab extra, & quædam anima eſt quæ habet poſſibilitatem propinquam, quare ipſa eſt præparata per ſe. & habet per ſe præparationem appropriatam ad recipiendum emanationem, ſeu cognitionem infuſam.

Aphoriſmo. 36.

PRAEPARANTE *appropriato ab extra. Præparans ab extra eſt ſicut ieiunium, & orationes, & uita moralis, omnia iſta præparant animam ad cognitionem infuſam ab intelligentijs.*

Aphoriſmus. 37.

Anima ſeparata a corpore non appropriatur ſitui, neq; corpori. Neq; eſt dubium ꝙ vnicuiq; animæ ſeparatæ ineſt appropriatio diſpoſitionis, ſeu qualitatis quam ipſa acquiſiuit ex indiuiduo humano: in quo ipſa erat ante eius ſeparationẽ. ſed nos neſcimus illas appropriationes, ſeu qualitates appropriatas.

Aphoriſmo. 37.

Anima in corpore luxurioſi acquiſiuit habitum luxuriæ, & anima aut

ti acquiſiuit habitum uel inclinationem ad auaritiam: & anima in corpore uirtuoſo acquiſiuit habitus uirtuoſos, & animæ ſeparatæ a corpore diſtinguuntur numero ſecundum Auic. per habitus diuerſos & per inclinationes diuerſas acquiſitas a corporibus ſuis, & licet ita exemplificatum fuerit, tamen nos non ſcimus eſſentiam qualitatum prædictarum a corpore acquiſitarum.

Aphoriſmus. 38.

Quia indiuidua humana ſunt facta non æterna, et fuerunt diuerſa vel diſtincta, & non eſt hoc negandum, quare oportet ꝙ indiuidua prædicta diuerſificentur, etiam in ſanitate cõplexionis & corruptione ipſius, & in tẽperamẽto cõpoſitiõis vel elõgatiõe ipſius ab eo et defectu ipſius, & nõ eſt hoc violentum, A & propter illud oportet ꝙ indiuidua diuerſificentur etiam in reliquis diſpoſitionibus ſuis in bono, & malo, & in acuitate ingenij, & velocitate appræhenſionis. Et in ignorantia: & hebetudine ingenij.

Aphoriſmo. 38.

ET NON *eſt hoc uiolentum .i. illa complexio, & compoſitio inæqualis non eſt uiolenta .i. non eſt præternaturalis huic uel illi indiuiduo, immo eſt naturalis a principio generationis ſecundum proportiones elementorũ adinuicem.* A

Aphoriſmus. 39.

De quidditate prẹmij & pœnæ, ſeu de quidditate beatitudinis, vel fœlicitatis, & infœlicitatis.

Beatitudo ſeu prẹmium beatitudinis eſt aduentus perfectionis animæ quam ipſa deſiderat, ſeu eſt ꝙ animæ adueniat perfectio quam deſiderat. Pœna vero ſeu pœna infelicitatis eſt ꝙ anima non perfecta conſideret perfectionem, vel ꝙ ipſa fuit apta perfici: in hoc conſequitur nocumentum, ſeu pœnam propter ignorantiam ſuam, & diminutionem ſuam, quam in ſeipſa exiſtere cognoſcit, & eius diſpoſitio in hoc ſimilatur diſpoſitioni ægri, quando ipſæ curatur.

Aphoriſmus. 40.

Tactus dum non alteratur eius complexio, non appræhendit, ſeu non ſentit ſicut eſt manus, exempli gratia. Et alteratũ non eſt permanens, ſeu & complexio alterata non eſt permanens, qualiter ergo illud qđ non eſt appræhendit, ſeu ſentit. B Appræhendens ergo eſt aliquid exiſtens, & eſt aliud a complexione.

plexione. Etiam complexio radicalis, ſeu naturalis non appꝛ-
hendit eſſentiam ſuam. Quomodo ergo complexio adueniẽs
de nouo, ſeu accidentalis non naturalis appræhẽdit eſſentiam
ſuam? Et iterum motus tremoris membri exigit duos moto-
res cum ſciamus ꝙ motus naturalis ſit ſecũdum ſemitam cõti-
nuam, vel ſecundum ſemitam vnam inſeparabilem. & ꝙ tre-
a mor membri ſit duo motus contrarij: quare vnicuiq; ambo-
rum motuum . inſunt duo motores: quorum vnus eſt forma
complexionalis: & ſecundus motor eſt intentio alia, & eſt
anima ſine dubio. Et iterum: quia motus ſpirituum eſt diuer-
ſus, & diuerſitatis eius ſunt cauſæ diuerſæ, quæ ſunt aliud a
complexione. Ipſa ergo cauſa eſt anima. Et iterum ſi motor
a in animalibus eſſet complexio, tunc non cauſaretur laſſitudo,
quoniam non oportet ꝙ aliquid vnum moueat, et prohibeat
ipſum motum. Et laſſitudo quidem eſt ſenſatio læſionis, vel
doloris ſequentis ad alterationem complexionis motę ad cõ-
trarium eius qđ exquirit complexio.

Aphoriſmo.40.

B *DVM non alteratur .ſ. a re tangibili.* NON *ſentit .ſ. rem tangibilẽ.*

Aphoriſmus. 41.

C Res non patitur a ſuo ſimili, ſicut non patitur a calido qđ
ei ſimilatur. Manus enim non ſentit caliditatem niſi quando
ipſa pertranſiuerit, ſeu ſuperauerit caliditatem ſuam, addens
ſuper eam vel intenſior ea. Si enim fuerit ſicut caliditas ſua,
tunc manus non ſentiet eam, quoniam aliquid non aduenit in
aliquo vicibus duabus.

Aphoriſmo.41.

C *MANVS enim &c. Nota ꝙ ſi manus calida ſentiret caliditatem ſibi
ſimulem, tũc caliditas una numero, uel una in gradu aduenirct manui dua
bus uicibus, qđ eſt falſum: nam caliditas ſimilis, quæ ſentitur a manu, acci-
dit manui, ut patet, & ſic in manu ſunt duæ caliditates ſimules in gradu,
& una caliditas in gradu accidit manui duabus uicibus.*

Aphoriſmus. 42.

Ea quæ generantur & eueniunt, ſunt impreſſa vel cognita
in animabus planetarum, & cœlorum non fieret
generatio. Et ſi animæ noſtrę imaginarentur cum virtute ima
ginatiua planetarum & cœlorum, tunc ipſæ viderent, ſeu co-
gnoſcerent omnia quæ eueniunt & fiunt.

Aphoriſmus.43.

Homo appræhendit imaginata, & ſentit mediantibus rebus extrinſecis. Planetæ autem in appræhenſione, ſeu cognitione ſua, non indigent extrinſecis. Immo aduenit cognitio in imaginatiua ſua ab intelligentijs. quoniam intelligentiæ influunt cognitionem ſuper intelligẽtias ipſorum planetarum, deinde ab eis aduenit cognitio in imaginatiua ipſorum planetarum ſicut eſt diſpoſitio in dormientibus. In nobis autem vigilantibus non aduenit aliquid, niſi prius adueniat in ſenſibus noſtris: deinde eleuetur ab eis ad imaginatiuam noſtram: deinde ad intellectus noſtros. D

Aphoriſmo.43.

SICVT eſt diſpoſitio in dormientibus &c. Sicut in ſomnio primum influitur cognitio ab intelligentijs in intellectum noſtrum, deinde ab intellectu ad ſenſus noſtros, ita intelligentiæ ſuperiores influunt cognitionem ſuper intelligentiam planetarum, deinde ab intelligentia appropriata planetis, quæ eſt quid extrinſecum ab eis, influitur cognitio talis in imaginatiua animarum planetarum, quæ anima eſt intrinſeca planetis. D

Aphoriſmus.44.

Anima humana eſt ſubſtantia exiſtens per ſe non immerſa in materia. Immo eſt ab ea ſeparata. Et ipſa quidem anima humana non indiget hoc corpore, niſi vt per ipſum acquirat aliquam perfectionem ſibi.

Aphoriſmus.45.

De cognitione cauſæ propter quam, aliquæ preces exaudiuntur, & aliquæ non.

CAuſa propter quam exaudiuntur preces, eſt conueniẽtia, ſeu aggregatio cauſarum ſimul cum ſapientia diuina. Et eſt ꝙ conueniant, ſeu aggregentur, cauſa deprecationis hominis. Verbi gratia, in eo qđ ipſe deprecatur: & cauſa eſſendi illius rei ex creatore. Quod ſi dicatur vtrum ſit poſſibile ꝙ verificetur eſſe illius rei abſqꝫ deprecatione, & abſqꝫ cõuenientia ipſius cum illa deprecatione. Dicemus ꝙ non. quoniam cauſa ipſius eſt vna. & eſt creator altiſſimus. Et ipſe eſt qui ponit, ꝙ cauſa eſſendi illius rei ſit deprecatio ſicut põit, ꝙ cauſa ſanitatis iſtius infirmi ſit potio medicinæ. & dum non bibet medicinam, non ſanabitur: ſimiliter eſt diſpoſitio in deprecatione, & conuenientia ipſius, vel aggregatione ipſius illi E

rei. Quare propter [præſentiã] duorum quæ ſimul cõueniũt ſecundum illud qđ eſt iudicatum & determinatum, deprecationes ſunt neceſſariæ, et caſus, ſeu aduētus exauditionis ipſarum eſt neceſſarius. Si enim incitamur, ſeu mouemur ad deprecationem cauſa huius. eſt exinde, & efficitur deprecatio noſtra cauſa exauditionis. Et conuenientia deprecationis, vt adueniat res precibus expoſtulata, eſt propter ipſum. & ambo ſunt duo cauſata ab vna cauſa. Et quandoq; eſt vna amba rum cauſa alterius. Et iam ex hoc quidam exiſtimant ꝙ cœleſtia patiuntur a terrenis. & illud quia deprecamur, ipſa & exaudiunt. Dicendum ꝙ nos ſumus effectus ipſorum. & ipſa ſunt cauſæ ſeu principia noſtra. & effectus non agit in cauſam ſuam omnino. & cauſa deprecationis non eſt niſi exinde etiam quoniam ipſa excitant, vel mouent nos ad deprecationem. & ambæ ipſorum ſunt effectus cauſæ vnius. Quando aũt non exaudiuntur deprecationes illius hominis, hoc nõ eſt niſi quoniam intentio, ſeu finis conferens quidem eſt ſecundũ ordinem vniuerſi, & nõ ſecundum voluntatem illius viri. Et fortaſſe intentio, ſeu finis ſecundum voluntatē ipſius viri p̃dicti, non eſt conferens ſeu iuuans. Ideo non verificatur exauditio deprecationũm illius viri. Et ſuper animam quidē virtuoſam, ſanctã, qñq; in hora deprecatiõis īfundit̃ a prima cauſa virtus, per quam anima prædicta imprimit in elementis generabilium. quare obediunt ei elemēta ſubdita voluntati ipſius. quare illa obediunt dep̃cationi. quoniam elementa ſunt ſubiecta operationibus animæ quæ agit in eis. & conſideratio illius verificatur in corporibus noſtris. Nos enim quandoque imaginamur res, & ex hoc alterantur corpora noſtra ſecundum ꝙ exigunt diſpõnes animarum noſtrarum, & imaginationes ſuæ. Et quandoque eſt poſſibile ꝙ homo per imaginationem animæ ſuæ imprimat in corpus aliud ab eo ſicut dicitur de opinionibus quæ ſunt apud habitantes Indiam ſi verum eſt id qđ dicitur. Et quandoq; principium primum eſt exaudiens illam animam quando deprecata fuerit cum fuerit finis eius propter qđ ipſa deprecatur iuuatiuus ſecundum ordinem vniuerſi.

Alia litera. præſcietiam.

Aphoriſmo. 45.

E ESSENDI *illius rei ſupple quæ deprecatur.*

Aphoriſmus.46.

Impreſſiones ab animabus planetarum in animabus noſtris non fiunt quidem niſi cum actione & paſſione ſicut fiũt cum motibus. quoniam ipſæ animę planetarum imaginantur aliquid. Tunc fit illa res ſubito. Sicut quando imaginamur in nobis ſanitatẽ aut diuitias. et tunc fit ſeu accidit nobis illa res. Et quandoq; animæ planetarum prædictæ appræhendunt ſpeciẽ alicuius rei, & fit illud cauſa ꝙ appræhendamus ſpeciẽ illius rei, quare excitamur ad operandum illud. quia imaginatio noſtra ſeu appræhenſio noſtra ſpecierũ, ſequitur imaginationem ipſarum animarum prædictarum, ſeu ſequitur appræhenſionem ſpecierum ab animabus planetarum prædictis. & illud quia illæ animæ imaginantur ſeu appræhendunt aut vident quod nos deprecamur. & ſciunt quod non eſt illic prohibens. quare ad deprecationes noſtras ſequitur exauditio earum. & illæ animæ appræhendunt, ſeu vident nos. & appræhendunt ea quæ nobis ſunt neceſſaria. Et ex eis quæ ſunt nobis neceſſaria eſt ꝙ nos deprecemur. Quare ad noſtram deprecationem ſubſequitur exauditio. Quando non eſt prohibens. & propter hoc præcipitur nobis deprecatio vt ſequatur exauditio.

Aphoriſmus.47.

Non eſt verum ꝙ creator altiſſimus patiatur a deprecationibus. Immo ſi res quæ deprecationibus expoſtulatur ab eo fuerit in pręcognitione ſua, vel fuerit in numero rerum ab ipſo cognitarum. Tunc deprecationes exaudiuntur, aliter vero non exaudiuntur. Fortaſſe enim fuit in precognitione ipſius Dei ꝙ cauſa illius rei ſit deprecatio.

Aphoriſmus.48.

Quælibet deprecatio non habet prohibens ne exaudiatur. Et via ſeu ratio propter quam non eſt ei prohibens eſt, quia illud eſt pręcognitum a prima cauſa, quamuis ſit mediãte deprecante. Et omne quidem qđ eſt a Deo precognitum, eſt factum vel futurum fieri quando non fuerit illic præcognitio Dei alia prohibens illud. Et intentio quidem precognitionis aliæ quæ prohibet illud, eſt verbi gratia, ꝙ ſit depræcans qui

deprecatur

deprecatur mortem ſuper hominem, Et mors eius completur cum corruptione complexionis eius, et eſt prçcognitum a Deo etiam ex partibus diſpoſitionum illius complexionis, ꝙ eius complexio ſit ſana, tunc non verificatur, ꝙ deprecatio exaudiatur. Et ſermo cum dicitur ex partibus alijs. i. ex cauſis illius complexionis. Et ſi ſciuerit Deus ex cauſis eius, ꝙ non oportet ꝙ complexio prædicta ſit ſana: Tunc deprecatio erit exaudita. Et non erit illic prohibitum præcognitum a Deo aliud. & propter illud oportet vt deprecetur, quoniam abſq; dubio iam ſcit ꝙ iſte deprecans deprecatur. Quare cum deprecatur ſignificat ꝙ fuit precognitum ei, & quodlibet qđ eſt ei precognitum, non prohibetur eſſe ipſius.

TRACTATVS DE DIFFINITIONIBUS, & quæſitis ab Auicenna compoſitus: ac ab Andrea Bellunenſi ex Arabico tranſlatus.

Quid ſit diffinitio.

DIffinitio ſecundum quod dixit Ariſtot. in libro Topicorum, eſt ſermo ſignificans eſſentiam rei, idelt ſignificans perfectum eſſe ipſius eſſentiale. Et talis ſermo eſt qui prouenit ex genere proximo & ex differentia proxima.

De deſcriptione.

Deſcriptio completa eſt ſermo compoſitus ex genere rei, & accidente ipſius inſeparabili. Ita vt coequetur vel conuertat̃ cum ea. Deſcriptio vero abſolute, eſt ſermo, quo ſcit̃ res cognitione non eſſentiali. Verum eſt ſermo proprius. Aut eſt ſermo, quo diſtinguitur aliquid ab eo, qđ non eſt ipſum, non per eſſentialia.

Quid ſit Deus.

A DEVS creator glorioſus, diffinitionẽ nõ habet, neq; deſcriptionem. Quoniam ipſe non habet genus, neq; differentiam. Neq; in eo eſt compoſitio, neq; accidunt, vel inſunt ei accidentia. Verum de Deo reperitur ſermo exponens nomẽ eius: & eſt iſte. Videlicet Deus eſt ens neceſſario exiſtens, cuius eſſe impoſſibile eſt ꝙ ſit ab alio, & eſſe cuiuſcunq; rei

Alia lra. p ptes integrã tes, neq; p ptes diffinitionis, neq; p ptes, q referuntur. Et nõ alterat neq; in eſſentia, neq; i his q cõſequunt eſſentia, q nõ referũt, neq; in his, q cõſequũt relationẽ, vel q includũt intẽtionẽ relationis.

alterius ab eo, non prouenit, ſeu non emanat niſi ab eſſe ipſius. Hæc eſt igitur expoſitio nominis Dei, ad quam ſequitur expoſitio. ſ. q ipſe eſt ens qđ non multiplicatur numero, neq; quantitate, neq; partibus ſubſtantialibus ſiue realibus, vel, neque partibus ſubſtantiæ. ſ. denſæ aut raræ: neq; per partes terminantes, neq; per partes eorum, quæ illi attribuuntur: neq; alteratur in eſſentia, neq; in his quæ ſequuntur eſſentiam, attributis ei, aut non attributis.]

EXPOSITIO.

Quid ſit DEVS.

DEVS *creator glorioſus &c. Litera patet uſq; ibi, qđ nõ multiplicatur numero, neq; q̃titate. i. nõ multiplicatur numero, neq; q̃titate. ſ. continua. i. neq; partibus quantitatiuis continuis.* NEQVE *p partes integrantes. i. neq; per partes, ex quibus aliquid conſiſtit, ſeu componitur.* NEQVE *per partes diffinitionis, quia Deus non habet diffinitionẽ, ut ſupra dixit.* E*t licet nomẽ* D*ei aliquo mõ deſcribatur & dicatur, q* D*eus ſit omnipotens, ſapientiſſimus &c.* T*amen quicquid conuenit: & attribuitur* D*eo eſt idem, qđ ipſe* D*eus.* NEQVE *per partes quæ referuntur.* N*otandum, q* D*eus dicitur dominus, & dicitur creator:* P*atet autem, q tã dominus, quàm creator importat relationem, et ſunt partes totius ſummæ eorum, quæ conueniunt* D*eo, & cum hoc important relationem.* ET NON *alteratur in eſſentia. i.* D*eus nõ uariatur, neq; permutatur in ſua eſſentia, neq; in his, quæ conſequuntur eſſentiam.* S*ciendum ſecundum* A*uicennã, q ſapientia* D*ei, & eius potentia, & eius iuſtitia, et ſimilia conſequuntur eſſentiam* D*ei, & ſunt idem, qđ eſſentia* D*ei: & non referuntur, neq; important relationem, ſicut dominus, & creator.* D*eus igitur non alteratur, & uariatur in ſapientia, & in potentia, quæ conſequuntur eſſentiã ſuam, neq; etiam uariatur in his, quæ conſequuntur relationem, uel quæ important relationem, ſicut eſt miſericordia, & pietas, & liberalitas: huiuſmodi enim licet non ſunt expræſſe relatiue, ſicut ſunt dominus, creator pater, & filius, tamen conſequuntur relationem, uel habẽt in ſe intentionẽ et relationem aliquam, ut patet, & in huiuſmodi* D*eus etiam non mutatur, & non uariatur.* N*otandum, quod* A*uicenna poſuit, quod ſapientia, & potentia, & iuſtitia* D*ei ſunt idem, quod eſſentia* D*ei, ut ſupra uiſum eſt.* S*ed tamen* M*aumethani principales* D*amaſci puta iudices, & ſcribe qui ſunt* A*lſachi in ſecta* M*aumethana tenẽt, q potẽtia* D*ei ſit aliquid ſuper additum, & extra eſſentiam* D*ei, & ſimiliter dicunt de* A

ſapientia, & iuſtitia Dei, & ſic de alijs, quæ conueniunt Deo, & important relationem, & ſunt ſcripta in Alcorano, & ſunt in numero nouem quæ Deo conueniunt, & ſecundum Maumethanos ſupraſcriptos ſunt extra eſſentiam Dei. Et in hoc articulo Auicenna condemnatur ab iſtis Damaſcenis Maumethanis, & habetur pro heretico. Patet autem, quod Auicenna uerum dixerit, quare Maumethani in errore fundantur.

Diffinitio intellectus.

Intellectus eſt nomen commune intentionibus pluribus numero. Dicitur enim intellectus de [ſana complexione, vel creatione radicali] in homine, Et eius diffinitio eſt, quod ipſe eſt virtus, cum qua perfecte diſcernuntur res vituperandæ a rebus bonis vel laudabilibus. Et dicitur intellectus de eo, quo homo acquirit vel cognoſcit cum experimētis ex iudicijs vniuerſalibus: quare diffinitio intellectus iſto modo eſt iſta, videlicet quod ipſe eſt intentiones aggregatæ in mente, quæ ſunt præmiſſæ, ex quibus concludūtur, ſeu eliciūtur illa, quæ ſunt conuenientia, & quæ intenduntur. Et dicitur intellectus ſecūdum aliam intentionē, cuius diffinitio eſt iſta, quod ipſe eſt qualitas ſiue diſpoſitio in homine laudabilis, in motibus, & quiete ipſius, & in ſermone, & in electione. Et iſtæ quidem tres intentiones ſunt illæ [de quibus vulgares prædicant hoc] nomen intellectus. Illud autem quod ſignificatur per nomen intellectus apud philoſophos eſt ſecundum octo intentiones. Quarum vna eſt intellectus, de quo dixit philoſophus in libro demonſtrationum: & differentiam ponit inter ipſum, et ſcientiam. Et intentio eius, quod ibidem dixit philoſophus eſt hæc. Videlicet intellectus eſt formæ uel ſpecies intelligibiles & propoſitiones, quarum cognitio aduenit animæ ex ingenio naturali, ſeu ex cognitione naturali. Scientia vero eſt cognitio, quæ aduenit animæ per acquiſitionem. Et eſt intellectus, de quo dicitur in lib. de anima, quod quidam eſt intellectus ſpeculatiuus, & quidam eſt practicus. Intellectus autem ſpeculatiuus eſt uirtus animæ, qua appræhendit formas rerum vniuerſalium, ſecundum quod ſunt vniuerſales. Intellectus vero practicus eſt virtus animę exiſtens principium motionis, qua mouetur virtus deſideratiua ad illud, quod eligitur de his, quæ ſunt audita propter finem opinatum. Amplius intellectus dicitur de pluribus virtutibus intellectus ſpeculatiui, ex illis enim

B

Alia lſa. ſano ingenio radicali ſeu naturali.

Alia lſa. qbus vulgares attribuūt.

p acqſitionē .i. p diſcurſum rationis.

ex illis .ſ. virtutibus.

eſt intellectus ad Eiulani.i.ſimilis hyle.ſ. intellectus poſſibilis & eſt virtus animæ diſpoſita ad recipiendum formas, vel ſpecies rerum [denudatas] a materijs. Et ex illis eſt intellectus Belmelch Balmelche.i.diſpoſitus vel præparatus, & eſt pfectio iſtius virtutis, ita, vt ſit potētia propinqua actui propter aduentum vel cognitionem illius, ꝙ in libr. demonſtrationū nominatur intellectus, & ex illis eſt intellectus in actu, & eſt perfectio animæ ex forma aliqua, ſeu ex ſpecie aliqua, aut ex formis, ſeu ſpeciebus intelligibilibus, ita vt quando vult, intelligit eas, & eas ſibi repreſentat in actu. Et ex illis eſt intellectus emanatus, ſeu intellectus infuſus, vel intellectus habens cognitionem infuſam. Et eſt intentio denudata a materia impreſſa, vel infuſa in animam ſecundum ſemitam emanationis, vel aduētus ab extra. Et ex illis ſunt intellectus, vel intelligentiæ qui uel quæ dicuntur intellectus, vel intelligentiæ agentes, & ſunt omnes formæ denudatæ a materia omnino. Diffinitio autem intellectus, vel intelligentiæ agentis, ſecundum ꝙ ipſa eſt intelligens, vel ſecūdum ꝙ ipſa eſt intellectus eſt iſta videlicet ꝙ ipſa eſt ſubſtantia formalis, cuius eſſentia eſt forma denudata per ſeipſam: quæ per aliquid aliud ab ea non denudatur a materia, & ab eis quæ dependent a materia. Et ipſa intelligentia prædicta eſt forma omnium entium, ſecundum vero ꝙ ipſa eſt intellectus agens, vel intelligentia agens ſic diffinitur, ꝙ ipſa eſt ſubſtantia, ſecundum ꝙ de ea dictum eſt, cuius natura, vel cuius virtus eſt extrahere intellectum Alheiulani.i.intellectum poſſibilem de potētia ad actū per irradiationem eius factam ſuper ipſum.

Alia litera. denudatarū.

Capitulo quid ſit intellectus.

EX ILLIS *eſt intellectus* Albeiulani.i. *intellectus poßibilis &c. Nota ꝙ anima hominis a principio ſuæ creationis, uel ſui eſſe eſt ſicut tabula raſa &c. ut dixit* Ariſt. *& habet uirtutē, p qua eſt diſpoſita ad recipiendum formas ſeu intentiones rerum, & talis quidem uirtus dicitur intellectus* Heiulani.i. *intellectus poßibilis: q ſimilatur hyle.i. materiæ: ſicut enim hyle eſt in potētia ad formas diuerſas, ita intellectus poßibilis eſt in potentia ad cognitiones diuerſas. Quando autem iſta uirtus eſt perfecta, & acquiſierit cognitionem principiorum: ita, ut ſit facta propinqua actui, ſicut eſt uirtus anime iuuenis, tunc dicitur intellectus* Balmelche.i. *in habitu, ſeu intellectus præparatus bene diſpoſitus ad ſciendum. Intellectus* B

uero in actu ſecundum Auicennam eſt, quando anima eſt perfecta cognitionibus, ſeu intentionibus rerum intelligibiliũ: ita ut quando uult ipſa exit in actu intelligendi, & facit illas intentiones ſibi præſentes in actu, ſicut philoſophus habituatus, quando uult, intelligit propoſitiones philoſophicas: & ſic de alijs ſcientijs, & anima ſic perfecta, & ſic diſpoſita dicitur intellectus in actu. Et eſt intellectus qui dicitur intellectus infuſus, ſeu intellectus habens cognitionem, & ſcientiam infuſam, ſicut eſt intellectus ꝓphetarum & ſanctorum. Et intellectus etiam dicitur de intellectibus, ſeu de ſubſtantijs abſtractis omnino a materia, quæ dicuntur intellectus agentes, ſeu intelligentiæ agentes. Diffinitio uero intellectus agentis, uel intelligentiæ agentis, ſecundum ꝙ eſt intellectus, uel ſecundum ꝙ ipſa eſt intelligens eſt iſta uidelicet, ꝙ ipſa eſt ſubſtantia formalis, cuius eſſentia eſt forma denudata per ſeipſam, quæ per aliquid aliud ab ea non denudatur a materia, & ab eis, quæ dependent a materia. Et ipſa quidem intelligentia prædicta eſt forma omnium entium in hoc mundo inferiori, quia in mẽte ſua, & in conceptu ſuo ſunt formæ omnium entium iſtius mundi inferioris, & ab iſtis intelligentijs emanant formæ rerum prædictarum, & quam primum materia eſt diſpoſita pro aliqua forma, tunc intelligentia prædicta infundit formam ei proportionatam, & ſic patet qualiter intelligẽtiæ abſtractæ quæ dicuntur intellectus agẽs: maxime intelligentia mouens orbem lunæ eſt forma omnium rerum. Secundum uero ꝙ intelligentia ſupradicta eſt intellectus agens, ſic diffinitur: ꝙ ipſa eſt ſubſtantia formalis, cuius eſſentia eſt forma denudata per ſeipſam, quæ per aliquid aliud nõ dependet a materia, & ab eis quæ dependet a materia. Et uirtus talis intelligentiæ eſt extrahere intellectum poſſibilem de potentia ad actum per irradiationẽ factã, ſuper ipſum. Et ex hoc apparet, ꝙ intellectus agens, ſecundum Auicennam non eſt uirtus animæ humanæ, ſed eſt ſubſtantia abſtracta mouens orbem lunæ, ut in ſequenti capi. declarabitur. Et talis intellectus agens, de quo loquitur Auic. ita ſe habet ad intellectum humanum, ſicut ſe habet lumen ad uiſum, ſicut Auicenna dicit in compẽdio ſuo de anima.

Diffinitio animæ.

Anima eſt nomen commune cadens ſuper intentionem, in qua communicant ſeu participant homo, & animal, & plantæ, & ſuper intentionem in qua communicant, homo, & angeli regentes corpora cœleſtia. Diffinitio autem intentionis primæ eſt iſta. videlicet. ꝙ ipſa anima eſt perfectio corporis
C naturalis organici habentis vitam in potentia. Diffinitio vero animæ ſecundum intentionem aliam eſt, ꝙ anima, ſubſtantia incorporea, eſt perfectio corporis, mouens ipſum cum volũ

Alia lr̃a. in actu vel in potẽtia a p̃n/cipio ſpirituali.

in actu vel in potẽtia.i.mo uẽs ip̃m cor/pus volũtatis in actu vel in potentia.

Nota q̄ alibi ĩ libris Auic. repit̃ ẽt iſte termin⁹ ſpiri/tus vniuerſa/lis.

tate [a principio ſpirituali.i.intellectuali in actu, aut in poten/tia.] Et illud, qđ eſt in potentia, eſt differentia animæ huma/næ. Illud vero, qđ dictum eſt in actu, eſt differentia angeli. Et dicuntur, ſeu reperiuntur iſti termini, videlicet intellectus vniuerſalis, vel in vniuerſali. & intelligens totum, ſeu omne. vel intellectus totius. Et anima in vniuerſali, et anima totius. Intellectus autem vniuerſalis, ſeu in vniuerſali, eſt intẽtio in/tellecta. quæ dicitur de pluribus intellectibus numero, qui ſunt in indiuiduis hominum. & non habet eſſe realiter, ſed ha bet eſſe in informatione, ſeu in conceptu. Intelligens vero to/tum, ſeu intellectus totius, ſeu intellectus omnis dicitur ſecũ dum duas intentiones, propterea q̄ totum vel omne dicitur ſecundum duas intentiones. quarum vna eſt q̄ per totum vel per omne intelligitur totus mundus. ſecunda eſt, q̄ per totũ, vel per omne intelligatur corpus ſupræmæ ſphæræ cœli, qđ propter corpus ſuum, vel capacitatem ſuam dicitur corpus totius: & cum motu ipſius mouetur totum, ſeu mouẽtur om nia, quoniam totum eſt ſub motu ipſius. Quare ſi conſidera/tur totum, vel omne ſecundum intentionem primam, tũc ex/poſitio nominis huius. ſ. intelligens totum, vel intellectus to/tius, vel intellectus omnis, eſt ſumma ſubſtantiarum expolia tarum a materia omnimode, ſeu omnibus modis: quæ nõ mo uentur per ſe, neq̄ per accidens: neq̄ mouentur niſi cum appe titu. Et vltima in numero iſtius ſummæ eſt intellectus agens in animas humanas. Et iſta quidẽ ſumma eſt principium om nium poſt primũ principium. Primum ergo principium eſt auctor omnium. Conſiderando aũt totum, vel omne ſm intẽ tionem ſecundam, tunc intelligens totum, ſeu intellectus to/tius, eſt intellectus, qui eſt ſubſtantia denudata a materia om nimode, & eſt mouens motu ſuo omnia ſecundum ſemitam appetitus ſui ipſius, cuius eſſe eſt primum eſſe emanatum ab ente primo. De anima autẽ in vniuerſali, & de anima totius, dicamus, q̄ anima in vniuerſali eſt intẽtio, quæ dicitur de plu ribus numero differentibus in reſponſione, qua quæritur, qđ ſit vnaquæq̄ anima appropriata indiuiduo. Anima vero to/tius ſecundum comparationem, vel proportionem ad intelle ctum totius, vel ad intelligens totum, eſt ſumma ſubſtantia/rum incorporearum, quæ ſunt perfectiones regentes corpo/

ra cœleſtia mouentes ipſa ſecundum ſemitam electionis, ſeu voluntatis intellectualis. Aut eſt ſubſtantia incorporea, quæ eſt perfectio prima corporis ſupremi cœli, mouēs omnia cū motu ipſius ſecundum ſemitam voluntatis intellectualis. Et comparatio vel proportio animæ totius ad intellectū totius vel ad intelligens totum, eſt ſicut proportio animæ noſtræ ad intellectum agentem. Et anima quidem totius eſt principiū proximum ipſius eſſe corporum naturalium, & eius ordo in aduētu eſſe, vel in cauſando eſſe eſt poſt ordinem intellectus totius, & eius eſſe emanat ab eſſe ipſius.

Capitulo de diffinitione animæ.

C DIFFINITIO *uero ſecundum intentionem aliam.i. diffinitio animæ, in qua communicant homo & angeli eſt iſta uidelicet. Anima ſubſtantia incorporea eſt perfectio corporis mouens ipſum uoluntarie in actu, uel in potentia a principio ſpirituali.i.intellectuali. Pro declaratione iſtius diffinitionis ſciendum, q corpora cœleſtia ſecundum Auicennam ſunt animata, & habent animam, ſicut corpora humana. Et ſicut anima humana eſt ſubſtantia incorporea, & perfectio corporis humani mouens ipſum uoluntarie, ita etiam anima corporū cœleſtium eſt ſubſtantia incorporea, & perfectio corporis cœleſtis mouens ipſum uolūtarie. Verum eſt differentia inter animam humanam, & animam cœli, quia anima hominis mouet corpus ipſius uoluntarie in potentia, quia non ſemper mouet, ſed anima cœli ſemper eſt in actu mouendi.* A PRINCIPIO *ſpirituali.i.intellectuali. Dupliciter exponitur, uno modo q anima hominis, & anima cœli habet eſſe, & eſt perfectio corporis &c. Non ex ſe, ſed habet eſſe a principio ſpirituali, a quo procedit. Nam, ut infra declarabit, a Deo glorioſo pcedit intellectus uniuerſalis primus, uel intelligentia prima; & ab hoc intellectu procedunt tria.ſ.intellectus, & anima. & corpus cœleſte, & ſic ſucceſſiue uſq; ad intelligentiam orbis lunæ: una intelligentia procedit ab alia, & habet cognitionem ſuam, & operationem ſuam ab alia. Et ſimiliter eſſe animæ hominis procedit ab intelligentia uniuerſali quadam, quæ mouet orbem lunæ, ut infra declarabitur. Alio modo exponitur a principio ſpirituali.i.q motus corporis humani uoluntarius ab anima, & motus uoluntarius corporis cœleſtis ab anima cœli factus procedit a principio ſpirituali.i.ab intelligentia ſuperiori, et ſicut operationes intellectuales animæ humanæ dependent ab intelligentia uniuerſali, ita operationes motiuæ uoluntariæ, quæ fiunt ab anima cœli, & ab anima humana dependēt ab intelligentia uniuerſali.*

ET DICVNTVR *ſeu reperiuntur iſti termini. Videlicet intellectus uniuerſalis &c. Quia communiter apud philoſophos reperiuntur*

iſti termini,intellectus ſeu intelligentia uniuerſalis,& intellectus totius & anima uniuerſalis, & anima totius, & ſimiliter ſpiritus uniuerſalis. Ideo ut recte intelligantur, Auicenna ponit diffinitionem, & declarationem uniuſcuiuſq; iſtorum. Litera patet.

QVARE SI *conſideretur totum ſecundum intentionem primam, ideſt intelligatur totus mundus, tunc ſicut totus mundus includit in ſe res plures principales, & prædicatur maxime de rebus digrioribus ſimul, ita per hoc nomen intellectus totius, uel intelligens totũ, ſeu intellectus oĩs intelligitur ſumma ſubſtantiarum ſeparatarum a materia, quæ ſunt intelligentiæ uniuerſales, quæ mouent cum appetitu, & uolũtate corpora cœleſtia, & huiuſmodi intelligentiæ ſunt nouem, quarum ultima. ſ. illa, quæ mouet orbem lunæ dicitur intellectus agens in animas humanas. i. eſt intelligentia, quæ ineſt operationi intellectiuæ humanæ, ſicut lumen ſe habet ad uiſum, de qua intelligentia loqtur Auicẽna in compendio ſuo de anima cap. ultimo, Et talis intelligentia, quæ influit cognitionem in animas hominum eſt ultima in ordine intelligentiarum mouens orbem lunæ, quæ magis eſt huic mundo inferiori propinqua, & propterea luna magis influit, quàm aliæ ſphæræ. Et intelligẽtia ſimiliter mouens ſphæram lunæ magis influit in hæc inferiora infundendo formas rerum in materia diſpoſita, & adiuuãs etiam animam humanam ad cognitionem eorum educens intellectum poßibilem de potentia ad actum. Verum quicquid operatur intelligentia iſta ultima non operatur niſi ex influxu, & cognitione; & auxilio emanante ab intelligentia ſuperiori.* ET ISTA *quidem ſumma eſt principium omnium. Pro declaratione huius literæ, & eorum, quæ ſupra dicta ſunt. Sciendum, q̃ ordo entium eſt iſte ſecundum ſcolam imitantium Auicennam. Nam primo eſt Deus glorioſus qui cum ſit ens unum, ab eo igitur non procedit niſi unum. Et propter hoc a Deo non procedit ſecũdum Auicennam niſi intellectus primus uel niſi intelligentia prima, quæ eſt ſubſtantia abſtracta intellectiua dignior omnibus alijs ſubſtantijs ſeparatis: & magis proxima Deo glorioſo. Et propterea q̃ in tali intellectu ſupradicto conſiderantur multa diuerſa. Videlicet q̃ intellectus cognoſcit ſe ipſum, & cognoſcit principium ſuum, ſeu cognoſcit ſubſtantiam ſuam pcedere a Deo, & inquantum etiã ſubſtantia intellectus prædicti eſt ens poßibile, & neceſſarium. i. ab intellectu prædicto procedũt plura, & non unũ tantum. Ab hoc enim intellectu procedunt iſta tria. ſ. intellectus ſecundus, ſeu intelligentia ſecunda, & anima, & ſuprema ſphæra. Et ab intellectu ſecũdo, ſeu ab ĩtelligẽtia ſecũda pcedit intellectus tertius, ſeu intelligẽtia tertia, & anima cœli ſecundi, & ſphæra ipſius. Et ab intelligẽtia tertia procedit intelligentia quarta, & anima, & anima tertij cœli, & ſubſtantia ipſius tertij cœli. Et ſic ſucceßiue deſcendendo uſq; ad intellectũ, ſeu ad intelligentiam mouentem orbem lunæ, & uſq; ad animam orbis lunæ,*

Sciẽdũ ꝙ aliqui maumethani de ſecta Sophi tenent ꝙ intellectus ꝑmꝰ de quo hic eſt ſermo aſſumpſerit corpus adæ: poſtea corpꝰ Moyſis, poſtea corpꝰ Ieſu, & ultimo aſſumpſerit corpus maumethi ꝓphetę. Et ſic tenẽt iſti ꝙ Maumethꝰ fuerit intellectus ꝑmus. Et ſicut Chriſtiani tenẽt ꝙ ꝑſona filij Dei aſſũpſerit carnem humanam in Chriſto, ita ſubſtãtia itellectus primi aſſumpſerit corpus maumethi.

& ſubſtantiam ipſius ſphere lunæ,quæ quidem tria.ſ.ſphæra lunæ,et anima ipſius,& intelligentia mouens ipſam ſphæram lunæ procedunt ab intellectu,uel ab intelligentia immediate ſupra ipſam in ordine.ſ. ab intelligentia mouente orbem Mercurij continentem orbem lunæ.Intelligendũ ulterius,ꝙ ſicut intellectus primus,ſeu intelligentia prima ꝓcedit a Deo immediate.ita eius cognitio,et uirtus procedit a . ·immediate.Et ſicut uirtus,& cognitio,& eſſe intelligentiæ primæ ꝓcedit,& emanat a Deo altiſsimo immediate,ita eſſe & cognitio,& omnis uirtus,& omnis actio intelligentiæ ſecundæ procedit a prima intelligẽtia & cognitio,& actio intelligẽtiæ tertiæ dependet a ſecunda,& ſic deſcendendo ſucceſsiue uſq; ad intelligentiam infimam mouẽtem orbem lunæ. Patet ergo,ꝙ cognitio & motus & omnis operatio cuiuſcunq; intelligentiarum mouentium corpora cœleſtia emanat,& dependet ab intelligentia ſuperiori,ut ſupra dictum eſt.Intelligentia ergo mouens orbem lunæ,quæ intelligentia dicitur intellectus agens,qui ſecundum Auicennam educit intellectum poſsibilem hominis de potentia ad actum,& ſe habet ad intellectum hominis,ſicut lumen ad uiſum.Et talis intellectus agens mouens orbẽ lunæ ex uirtute Dei influxa in ipſum mediantibus intelligentijs intermedijs ſuperioribus influit formas rerum in materia diſpoſita in hoc mundo inferiori: ita ꝙ non ſolum influit formas corporum inanimatorum,ſed etiam animatorum,& influit animam intellectiuam in corpore humano: & non eſt mirandum, quia ſicut eſſe intelligentiæ ſecundæ,& cognitio ipſius emanat ab intelligentia prima,ut dictum eſt,& eſſe & cognitio intelligentiæ infimæ mouente orbem lunæ emanat ab intelligentia ſuperiori mouente orbem contangentem orbem lunæ ita,quia anima humana eſt ordine inferior,quàm ſit intelligentia mouens orbem lunæ.dicendum eſt,ꝙ eſſe animæ humanæ & cognitio ipſius procedit,& emanat ab intelligentia mouente orbẽ lunæ,quæ intelligentia ab Auicenna dicitur intellectus agẽs. Et licet intelligentiæ ſuperiores dicantur etiam intellectus,uel intelligentiæ agentes,quia prima intelligentia imprimit,uel influit in ſecundam,& ſecunda in tertiam,& ſic ſucceſsiue de alijs,& corpora cœleſtia etiam quæ mouentur ab intelligentijs ſuperioribus imprimant in hæc inferiora,tñ quia corpus lunæ magis proximum iſtis inferioribus magis,& manifeſtius imprimit in hæc inferiora,ideo intelligẽtia,quæ mouet,& gubernat motũ lunæ per uirtutem influxam a Deo mediantibus intelligẽtijs intermedijs, appellatur intellectus agens,& ipſi magis attribuitur tale nomen intellectus agentis.Quia igitur iſte mundus inferior dependet a corporibus cœleſtibus,& ab intelligentijs mouentibus ipſum,ideo uerũ eſt,qđ dixit Auicenna,ꝙ ſumma intelligẽtiarum eſſentialiter ordinatarum eſt principiũ omnium. Et ſi alibi in dictis Auicẽnæ reperiatur ꝙ anima uniuerſalis,ſeu intelligentia uniuerſalis ſit principium coadiuuãs intellectiones hominis,

hoc intelligitur non immediate,ſed mediante intellectu agēte,qui eſt intelligentia mouens orbem lunæ.Et quia dictum eſt,ꝙ intelligentia ſecunda,& anima ſupremæ ſphæræ cæli,& ſubſtantia ipſius ſupremæ ſphæræ procedit ab intelligentia prima,& ſubſtantia cœli ſecundi,& anima ipſius,& intelligentia tertia mouens cœlum ſecundum procedit ab intelligētia ſecunda,& ſic de alijs ſucceſſiue,ideo quærendum eſt an ex tali pceſſu ſequatur,ꝙ iſta inceperint eſſe,dicendum ꝙ ex dictis non ſequitur ꝙ inceperint eſſe,neq; ꝙ cum inceperint.Sed ſolum ſequitur,ꝙ cauſæ prædictæ nunquā fuerūt abſq; ſuo effectu.Et ſi quæratur:utrum corpus cœli ſit ſubſtantia ſimplex,uel & utrum ſit animatum uel non,dicendum ſecundū Auicennam,ꝙ corpus cœli eſt animatum,& anima,quam diximus procedere ab intelligētia prima,eſt anima corporis cœli ſupremi dās eſſe ipſi,ſicut anima humana dat eſſe homini,& corpus cœli habens per talem animam eſt corpus uiuens,& ſubſtantia cœli eſt ſubſtantia non habens materiam,ſed eſt ſolum ſubſtantia habens quantitatem ſine materia,& eſt informata ab anima,quæ procedit ab intelligētia prima. Et ſicut dictum eſt de corpore ſupremæ ſphæræ cæleſti,ꝙ habet animam procedentem ab intelligentia prima,ita corpus cœli ſecundi eſt animatum per animam,quæ procedit ab intelligentia ſecunda,& ſic ſucceſſiue de alijs dicatur.Et licet anima uniuſcuiuſq; corporis cœleſtis ſit forma ſubſtantialis eius dās eſſe illi,& mouens ipſum,ſicut anima humana mouet corpus humanum,tamen anima cœli non mouet niſi ex uirtute & cognitione infuſa ab intelligentia deputata illi corpori.Nam intelligentia prima eſt omnibus ſupior & influens uniuerſaliter in omnibus:intelligentia uero ſecunda eſt deputata ad motum ſupremæ ſphæræ ſimul cū anima cœli ſupremi.Et intelligentia tertia eſt deputata ad motum,& regimen cœli ſecundi ſimul cū anima illius cœli,et ſic de alijs.Sicut enim anima humana inſpirata a Deo *melius cognoſcit,et melius mouet corpus ad opera exercēda,quā ſi non eſſet inſpirata,ita anima cœli per cognitionem infuſam,et auxiliū infuſum ab intelligentia ſibi propria melius,et rationabilius mouet corpus cœleſte,quàm ſi non dirigeretur,et gubernaretur a tali intelligentia.Et ſicut uirtus motiua.quæ eſt in pede,dependet ab anima,ita uirtus motiua animæ cœli dependet ab intelligentia mouente.Patet igitur qualiter ſumma intelligētiarum eſt auctor omnium etc.* CONSIDERANDO *autem totum etc.Nota ꝙ aliqui per intellectum totius ſecundum hanc intentionem intelligunt intelligentiam primam:alij uero intelligunt intelligentiam ſecundam,quæ eſt ſubſtantia omnino abſtracta a materia,uel a corpore,et eſt mouens eum appetitu et amore,quia delectatur in tali motu,quia talis operatio eſt perfectio intelligentiæ mouentis orbem cœleſtē,qui quidem orbis cœleſtis animatus mouetur,et gubernatur ab intelligentia,ſicut equus gubernatur,et mouetur ab equitāte.Et nota ꝙ ſi per in-*

tellectũ totius intelligitur intelligentia ſecũda, tunc dicatur ꝙ eſſe iſtius intelligentiæ ſecundæ emanat ab ente primo.i.ab intelligẽtia prima, quæ eſt ens primo,et immediate emanans a Deo glorioſo.

DE ANIMA *autem in uniuerſali etc. In hac parte comparat animam in uniuerſali: ſeu animã uniuerſalem ad intellectum in uniuerſali. Sicut enim intellectus ĩ uniuerſali dicitur et prædicatur de pluribus intellectibus nũero, ita anima in uniuerſali eſt intẽtio, quæ prædicatur de pluribus animabus nũero differentibus. Et ſicut intellectus totius intelligendo per totum, ut ſupra dictum eſt, totum mundũ, eſt ſumma ſubſtantiarum ſeparatarum a materia, ita anima totius conſiderando totum ut dictum eſt.ſ.totum mundum, eſt ſumma ſubſtantiarum incorporearum, quæ ſunt perfectiones regẽtes corpora cœleſtia etc. Et tales quidem ſubſtãtiæ ſunt animæ corporum cœleſtium. Summa ergo iſtarum animarum dicitur anima totius, ſicut ſumma entium per ſe, uel ſubſtantiarum expoliatarum a materia omnimode dicitur intellectus totius. Et ſicut intellectus totius intelligendo totum ſecundum intentionem ſecundam eſt intelligentia et ſubſtantia expoliata, a qua omnia inferiora depẽdent, ſicut omnia corpora cœleſtia dependent a corpore ſupremæ ſphæræ, et ab eo continuentur, ita anima totius eſt ſubſtantia incorporea, quæ eſt perfectio prima corporis ſphæræ ſupremæ mouens omnia cum motu ipſius, ſphæræ prædictæ. Et ſic anima totius eſt anima cœli ſupræmi. Patet igitur, ꝙ ſicut per intellectũ totius intelligitur aut ſumma ſubſtantiarũ omnino expoliatur a materia &c. aut intelligitur intelligentia mouens ſupræmam ſphæram, Ita p. animam totius, aut intelligitur ſumma ſubſtantiarum incorporearũ, quæ ſunt perfectiones, & formæ corporum cœleſtium.i.aut intelligitur ſumma animarum cuiuſcunq; cœli, aut intelligitur anima ſupræmi cœli, quæ eſt pfectio & forma ſupræmæ ſphæræ mouẽs illam ſphæram ſupræmam ſecundum ſemitam uolũtatis intellectualis, & ad motum ſupræmæ ſphæræ mouet omnia &c. Notandum ꝙ inter intelligentias mouentes corpora cœleſtia, & inter animas corporum cœleſtium eſt differentia duplex. Prima quia ſubſtantiæ intelligentiarum ſunt omnino abſtractæ a materia, & a corpore, quia non ſunt formæ corporum cœleſtium, ſed animæ ipſorum cœleſtium corporum licet ſint incorporeæ, tamen non ſunt expoliatæ omnino a corpore, quia ſunt formæ ſubſtantiales corporum cœleſtium, ſicut anima humana eſt forma corporis humani. Secunda differentia eſt quia intelligentiæ mouentes corpora cœleſtia mouent cum appetitu ſeu amore, aut delectatione, quia talis operatio eſt perfectio ipſarum, Ideo mouent cum deſiderio & amore, ſeu cum delectatione, ſed animæ corporum cœleſtium cum uoluntate intellectuali, quia uoluntas ipſarum non eſt ſenſualis, ſed rationalis, & cum hac uoluntate obediunt intelligentijs, & mouent ſecundum imperium ipſarum, & ſecundum uirtutem ab eis influxam.*

ET COMPARATIO *quidem ſeu proportio uel ſimilitudo animæ totius ad intellectum totius &c. Iſta litera exponitur dupliciter. Uno modo ꝙ ſicut animæ noſtræ humanæ, dependent in actu intellectionis ab intellectu agente, qui educit intellectum poßibilem noſtrum de potẽtia ad actum, & ſicut lumen ad uiſum noſtrum. Eodem modo anima totius. i. ſumma animarum corporum cœleſtium ſe habent ad intellectum totius. i. ad ſummam intelligentiarum mouentium orbis, quia omnis actio, & uirtus animarum prædictarum dependet, & emanat, ut dictum eſt, ab intelligentijs prædictis aliter exponitur. Eodem modo anima totius. i. anima cœli ſupremi ſe habet ad intellectum totius. i. ad intelligentiam ſecundam mouẽtem ſphæram ſupræmam, quia uirtus & actio animæ cœli ſupremi emanat ab intelligentia ſecunda prædicta.*

ET ANIMA *quidem totius &c. i. & ſumma animarum corporum cœleſtium, quarum uirtus & operatio, ordinate emanat, & procedit ab intellectu totius. i. a ſumma intelligentiarum, talis dico ſumma animarum eſt principium proximum ipſius eſſe corporum naturalium: & eius ordo: ideſt, & ordo ipſius animæ totius in cauſando eſſe iſtorum inferiorum eſt poſt ordinem intellectus totius, quia in cauſando eße intellectus totius eſt prior ordine, quàm anima totius. Et eße eius. i. & eſſe eius. ſ. animæ totius emanat ab eße ipſius. i. ab eſſe intellectus totius.*

Diffinitio formæ.

Forma eſt nomen commune, qđ dicitur de pluribus intentionibus. ſ. de ſpecie, & de omnium eſſentia rei, quomodocũque ſit. & dicitur de perfectione: qua perficitur ſpecies perfectione ſecunda. Et de eſſentia per quam recipiens habens eã per ſe exiſtit vel conſiſtit. Et de eſſentia per quam cõſiſtit vel conſtituitur ſpecies. Diffinitio autem formæ ſecundum intẽtionem primam, quę eſt ſpecies, eſt ꝙ ipſa dicitur de pluribus in reſponſione quid eſt. Et dicitur alio modo [in reſponſione quid eſt, in quo aliquid communicat] cum alio. Diffinitio vero intentionis ſecundæ eſt, ꝙ forma eſt omne ens in aliquo non ſicut pars eius, & non verificatur ſubſtãtia ipſius, vel exiſtere ipſius, abſq; illo, qualitercunq; ſit. Et diffinitio quidẽ formæ ſecundum intẽtionem tertiam, eſt ꝙ ipſa eſt ens in aliquo, non ſicut pars eius, neq; verificatur exiſtere eius abſq; illo. Et propter ipſum eſt res, ſicut ſunt ſcientiæ, & nobilitates ſeu perfectiones, quæ homini attribuuntur. Diffinitio autem formæ ſecundum intentionem quartam, eſt ꝙ ipſa eſt ens in re alia, non ſicut pars eius, neq; verificatur eſſe eius ſeparatum ab ipſo. D

Ali a lẽa. de pluribus i rñſiõe qd eſt cõicatione.

abſq; illo. ſ. in quo exiſtit.

ab ipſo. Verum eſſe illius, qđ eſt in eo in actu, eſt proprium ipſi, ſicut forma ignis in hyle ignis.i.in materia ignis, quoniam hyle ignis.i.materia ignis, non exiſtit in actu, niſi per formam ignis, aut per formam aliam, cuius iudicium eſt iudicium formæ ignis. Diffinitio vero formæ ſecundum intẽtionem quintam eſt, ꝙ ipſa eſt ens in aliquo non ſicut pars eius, neq; verificatur exiſtere ipſius ſeparatum ab eo. Et verificatur exiſtere eius, in quo eſt abſq; ipſa. Verum ſpecies naturalis aduenit ꝑ ipſum ſicut forma humanitatis, & animalitatis in corpore naturali ſubiecto illi. Et quandoq; dicitur forma perfectio ſeparata, ſicut anima, cuius diffinitio eſt, ꝙ ipſa eſt pars incorporea ſeparata, cum qua, & cũ parte corporea perficitur ſpecies naturalis.

Diffinitio formæ.

D DIFFINITIO *ucro intentionis ſecundæ &c.Nota ꝙ forma iſto modo ſecundo eſt ſicut propria paßio, quia ipſa non eſt pars ſubiecti, in quo eſt, neq; uerificatur ſubſtantia ſubiecti exiſtere abſq; propria paßione quare &c. Forma uero tertio modo, ſeu forma ſecundum intentionem tertiam eſt perfectio, & finis ad quem ordinatur res. Et ſic ſcientiæ ſunt pfectio & finis hominis, quia homo ordinatur ad ſcientiam tanquam ad finẽ & perfectionem, et ſic ſcientia dicitur forma ſecundum intentionẽ tertiã.*

EST PROPRIVM *ipſi.i.attribuitur ipſi rei, per quam materia fit in actu.*

SICVT FORMA *humanitatis. Sciendum ꝙ humanitas eſt in corpore, & aliquando uerificatur, ꝙ tale corpus eſt abſq; ipſa humanitate.*

Diffinitio alheiule.i.hyle.

E Hyle abſolute eſt ſubſtantia, cuius eſſe in actu non euenit, niſi quia ipſa recipit formam corpoream, propter potentiam quæ eſt in ea recipiendi formam, neq; habet in ſua eſſentia formam ſibi propriam niſi intentionem potentiæ, & intẽtio eius qđ dixi, ꝙ ipſa ſit ſubſtantia, eſt ꝙ eſſe ipſius ineſt ei in actu per ſe. Et dicĩ hyle de omni re, cuius natura eſt recipere perfectionẽ aliquam. Et rem quæ non eſt in ipſa. quare per comparationem ad illud, qđ non eſt in ipſa, dicitur hyle. per comparationem vero ad illud, qđ eſt in ipſa, dicitur ſubiectum.

Diffinitio alheiule.

CVIVS ESSE *in actu non euenit.i.cuius eſſe in actu formali non euenit &c.* NEQVE *habet in ſua eſſentia &c. niſi intentionem potentiæ. Dicũt enim philoſophi, ꝙ pura potentia eſt propria paßio materiæ,*

quare &c. EST QVOD *eſſe ipſius ineſt ei in actu per ſe. Sciendum q, materia prima ſicut ex ſe eſt ſubſtantia, ita ipſa ex ſe habet eſſe in actu ſubſtantiali & reali, & tamen, ut dictum eſt ſupra, ipſa ex ſe non habet eßſe in actu formali, ſed habet eſſe in actu formali per formam. Et q, materia prima de per ſe ſit in actu ſubſtantiali declaratur, nam aut ipſa eſt ens reale, aut non. Si dicatur ſecundo modo, tunc ipſa non eſſet ſubiectum, nec poſſet recipere formam, ſi eſt ens reale, aut ſubſtantia, aut accidens, non eſt dicendum q, ſit accidens, quia accidens non poteſt eßſe ſubiectum formæ ſubſtantialis: Materia igitur prima eſt ſubſtantia, & per cõſequẽs ipſa ex hoc q, eſt ſubſtantia, habet eßſe in actu ſubſtantiali per ſe.*

Diffinitio ſubiecti.

Dicitur ſubiectum de eo, qđ diximus, et eſt omnis res, cuius natura eſt, ꝙ habeat perfectionem aliquam, quam iam habet. Et dicitur ſubiectum de omni, qđ ſubijcitur per ſe, exiſtens, dans eſſe vel ſubſiſtẽs illi, qđ in eo fundatur. vel illi qđ ei inhæret: ſicut dicit hyle de ſubiecto, qđ non exiſtit ꝑ ſe, ſed exiſtit ꝑ id qđ illi ĩhęret. Et dicit ſubiectũ de oĩ intẽtione ſup quã vel de qua iudicatur, ſeu affirmat negatio, aut affirmatio vel affirmatur quid negatiuum, aut quid affirmatiuum. F

Diffinitio ſubiecti.

SICVT DICITVR *hyle de ſubiecto. Nota q, ſupra dictum eſt, q, ſubſtantia materiæ primæ dicitur hyle, & dicitur ſubiectum ſecũdum diuerſos reſpectus. Nam dicitur hyle per reſpectum ad perfectionem, & formam, quam non habet, dicitur uero ſubiectum per reſpectum ad formam, quam actu habet. Subiectum ergo dicitur multis modis, dicitur enim de re per ſe exiſtente, quæ dat eßſe rei, quæ illi inhæret, & dicitur hyle de ſubiecto, qđ non exiſtit per ſe, ſed per formam, quæ illi inhæret, quia ſubſtantia materiæ non exiſtit per ſe in actu formali, ſed per formam, quæ illi inhæret. Ex quibus patet, q, ſubiectum dicitur de materia prima, & dicitur de compoſito ente in actu. Et materia dicitur hyle, & dicitur ſubiectum.* F

Diffinitio materiæ.

Materia quandoq; dicitur nomine Synonymo de hyle. Et dicitur materia de omni ſubiecto recipiente perfectionem cũ aggregatione ipſius ad rem aliam. Et eius aduentus eſt paulatim paulatim, ſicut ſe habet ſperma, & ſanguis ad formam animalis. Quandoq; enim illud, qđ aggregatur ei vel aſſociatur, eſt de ſpecie ipſius. Et quandoq; non eſt de ſpecie ipſius. G

Diffinitio materiæ.

MATERIA *quandoq; dicitur &c.* Ex dictis *Auicennæ patet, q,* G

materia dicitur ſynonyme de hyle, & de omni ſubiecto, qđ ſimul cum re alia eiuſdem ſpecie, aut alterius ſpeciei cum eo recipit aliquam perfectionem, aut formam.

Diffinitio alhanſor.

H Alhanſor eſt nomen radicis primæ in ſubiectis. Et dicitur alhanſor de ſubiecto primo, qđ cum alteratione ſua recipit formam, per quam ſpecificatur res facta ex eo, aut abſolute. & eſt hyle primum, ſeu materia prima, aut cum conditione corporea, & eſt ſubiectum primum, ex corporibus, ex quo fiunt reliqua corpora, per hoc, ꝙ ipſum recipit formã eorum. ex eo. ſubiecto.

H *Diffinitio alhanſor.*

Alhanſor eſt nomen radicis primæ in ſubiectis. Ideſt hoc nomen alhanſor apud Arabes eſt nomen appropriatum rei, quæ eſt prima radix ſubiectum: Hoc igitur nomen alhanſor dicitur de ſubiecto primo, qđ mediante alteratione ſua recipit formam ſubſtantialem ſpecificam, per quam res facta ex eo ſortitur ſpeciem. Et tale quidem ſubiectum primum eſt duplex; nam tale ſubiectum primum, aut recipit formam prædictam, inquantum eſt quid corporeum, & ſic alhanſor eſt primum ſubiectum ex corporibus, & ſecundum hanc conſiderationem elementa prima dicuntur alhanſor, quia ex ipſis fiunt reliqua corpora, & ipſa elementa cum alteratione ſua, & mixtione ſua adinuicem recipiunt formam ſpecificam mixtorum. Si uero ſubiectum primum recipit formam prædictam abſolute inquantum eſt pura ſubſtantia, tunc hyle, ſeu materia prima dicitur alhanſor. Et ſic patet qualiter hoc nomen alhanſor dicitur de materia prima, & dicitur de quatuor elementis. Et differentia eſt inter ſubiectum, & alhanſor. quia alhanſor dicitur tantum de ſubiecto, qđ recipit formam ſubſtantialem ſpecificam, ſed ſubiectũ dicitur de ſubiecto recipiente formam accidentalem aut ſubſtantialem, quia dicitur de ſubiecto, qđ eſt hyle, & de ſubiecto, qđ eſt ens in actu, & corpus ſimplex, aut corpus mixtum. Sed hoc nomen albãſor dicitur tantum de ſubiecto, qđ recipit formam ſubſtantialem ſpecificã.

Diffinitio alaſtachos.

I Alaſtachos eſt corpus primũ, qđ ẽ ex aggregatione ipſius ad corpora prima diuerſa ei in ſpecie, & dicitur ꝙ eſt alaſtachos, propterea ꝙ ex eo, & ex eis fit compoſitio. Et propter illud dicitur, ꝙ ipſum eſt minor pars eorum, ad quæ peruenit reſolutio corporum. & non reperitur in ea diuiſio, niſi in partes conſimiles, vel homogeneas.

Diffinitio alaſtachos.

I *Hoc nomen alaſtachos proprie conuenit unicuique elementorum, quia*

unumquodq; elementum eſt corpus primum, ex quo ſimul cum alijs elemen
tis aggregatim fit compoſitio, & gignit corpus mixtum, qd' reſoluitur po
ſtea in ipſa elementa tanquam ad partes minores &c. Nota q, elementa p
quanto ſunt partes alicuius mixti dicuntur alaſtaſchos, pro quanto uero
ſunt in ſe partes mundi, & ſunt apta recipere formam, dicũtur alhanſor.

Diffinitio alrachen.

Alrachen eſt corpus ſimplex, qd' eſt pars eſſentialis mundi K
ſicut ſunt planete & alhanſor. Et res quidem per comparatio
nem ad mundum, dicitur alrachen. & per comparationem ad
illud, qd' componitur ex eo, dicitur alaſtachos. Et per compa
rationem ad illud, qd' fit ex eo ſiue ſit eius generatio apud cõ-
poſitionem et alterationem ſimul, aut per alterationem ab eo
dicitur alhanſor, quoniam aer eſt alhanſor nebularum cũ im-
ſpiſſatione ipſius. Et non eſt illi alaſtachos. & ipſe eſt alaſta-
chos, & alhanſor plantarum. Et plantæ ſunt alrachen. & for-
mæ ipſorum non habent alaſtachos, neq; alhanſor. Et formæ
ipſorum habent ſubiectum. ſed tamen non habent alhanſor,
neq; hyle. Et verum eſt, q formæ planetarum habent ſubie-
ctum, ſi per ſubiectum intelligatur ſubſiſtens rei, quæ in ipſo
eſt in actu. & per ipſum ſubiectum non intelligatur ſubſiſtẽs
per ſe exiſtens. Et per hyle in hoc loco intelligitur ſubiectũ,
vel ſubſiſtens. Et per alhanſor etiam intelligitur ſubiectum,
qd' eſt in potentia ad aliquid, qd' fit ex eo. Et per hyle in hoc
loco non debet intelligi ſubſtãtia perfecta cum perfectione,
quæ illi inhæreat. Et huiuſmodi res quæ ſunt hyle, & ſubie-
ctum, & alhanſor, & materia, & alaſtachos, & alrachen, ſic
ſe habent: q vna earum dicitur vel accipitur loco alterius.

Diffinitio alrachen.

PARS *eſſentialis mundi ſicut planetæ. & alhanſor. i. elemẽta apud* K
compoſitionem. i. mixtionem. QVONIAM *aer eſt alhanſor nebularũ,*
ideſt quoniam aer eſt materia uel ſubiectum recipiens formam nebularũ.
Aer enim, quando alteratur, & inſpiſſatur recipit formam nebularum.
Et ſic aer non eſt alaſtachos nebularum, quoniam alaſtachos eſt corpus,
qd' non ex ſe ſolo, ſed cum aggregatione, ſeu mixtione ipſius cum alijs cor-
poribus primis diuerſis ei in ſpecie recipit formam. Sed patet q, aer per ſo
lam alterationem, ſeu inſpiſſationẽ abſq; mixtione alterius elementi reci-
pit formam nebulæ: quare etc. tamẽ dicimus q, aer eſt alaſtachos plantarũ,
quia plantæ componuntur ex aere ſimul cum alijs elementis. Et aer etiam
eſt alhanſor plantarum, quia aer eſt materia: & ſubiectum recipiẽs formã L
plantarum.

plantarum. ET PLANETAE ſunt alrachen.i. & corpora cœleſtia dicuntur alrachen, quia ſunt partes mundi eſſentiales. Et formæ ipſorum corporum cœleſtium non habent aſtachos.i. non ſunt in ſubiecto, qd' dicitur aſtachos.i. non fundantur uel ſubiectantur in elementorum mixtione tanquam in ſubiecto, neq; habent alhanſor intelligendo per alhanſor ſubiectũ uel recipiens in potẽtia ad aliquid, qd' ſit ex eo, ut infra declarabitur. Et formæ ipſorum planetarum habent ſubiectum, & tamen non eſt uerum dicere, ꝙ habent alhanſor, neꝙ hyle, qd' ſit earum ſubiectum. ET VERVM eſt &c. In hac parte Auic. declarat, qualiter ſit uerum ꝙ formæ corporum cœleſtium habent ſubiectum, & qualiter non: Nam ſi per ſubiectum intelligatur ſubſiſtens rei, quæ in ipſo eſt in actu, iſto modo eſt uerũ, ꝙ formæ cœleſtium corporum habẽt ſubiectum, & ſunt in ſubiecto, quia ſubſtantia quædam cum quantitate abſque materia, eſt ſubiectum formæ corporum cœleſtium, nam corpora cœleſtia componũtur ex tali ſubſtãtia quanta, et forma, quæ illi inhæret. Si uero per ſubiectum intelligatur ſubſiſteus per ſe exiſtens, ſicut ſunt corpora naturalia, quæ per ſe exiſtunt, et ſubſtant accidentibus, ut ſic formæ corporum cœleſtium non habent ſubiectũ, quia ſubſtantia q̃ta, cui inhæret forma corporum cœleſtium non eſt ens per ſe. ET PER hyle &c. quia dictum eſt, ꝙ formæ plantarum nõ habent hyle, neq; alhanſor, declarat, quid intelligatur per hyle dicens, ꝙ per hyle intelligitur hic ſubiectum, uel recipiens ſupple, qd' non eſt per ſe exiſtens, qd' eſt in potentia: Et ſimiliter per alhanſor intelligitur ſubiectum, qd' eſt in potentia; Et ſecundum hanc intentionem formæ corporum cœleſtium non habent hyle, neq; ſubiectum, qd' ſit in potentia ad aliquid, quia tunc cœlum eſſet corruptibile. Si uero per hyle intelligatur ſubſtantia perfecta ex perfectione, ſeu forma, quæ illi inhæret, tunc poſſumus dicere, ꝙ formæ cœlorum habẽt hyle, quia habent ſubſtantiam quantam perfectam a ſua forma, & ſic non ſeqtur corruptibilitas, ſicut quando forma habet hyle, quæ eſt ſubſtantia in potentia ad aliquid. Quando ergo dicitur, ꝙ formæ plantarum non habent hyle, non intelligitur de hyle ſecũdo modo, ſed primo modo. ET HVIVSMODI res &c. licet iſti termini prædicti habent ſignificationem propriam, ut dictum eſt, tamen confunduntur, & unus loco alterius accipitur.

Circa iſtos terminos alrachen, & alhanſor, & alaſtaſchos, de quibus ſupra dictum eſt, pro quanto enim corpus eſt pars compoſiti, tale corpus, ut dixit Caſderoni ſuper librum mugerzi, appellatur alrachen, conſiderando uero pro quanto tale corpus eſt principium compoſitionis materiale, appellatur alhanſor, ſ d conſiderando pro quanto in ipſum fit ultima reſolutio, appellatur alaſtaſchos. Medici uero appropriauerunt hoc nomen Alrachen unicuique elementorum. Vnde elementa dicuntur Alarchian.

Diffinitio naturæ.

Natura eſt principium primum per ſe motus eius, in quo eſt per ſe, & quietis eius per ſe. Et in ſumma eſt principium omnis mutationis, et fixionis, vel permanentiæ per ſe. Et quidam, qui poſuerunt in hac diffinitione additionem, cum dixerunt, ꝙ ipſa natura eſt virtus in corpore diffuſa quæ eſt principium ſic aut ſic, iam errauerunt. Quoniam diffinitio virtutis quæ adminiſtratur, vel ponitur in hoc loco, non eſt niſi principium mutationis in ipſo alterante, ac ſi ipſi dicant, ꝙ natura eſt principium mutationis, qđ eſt principiũ mutationis, qđ eſt fatuitas. quia dicit idem per idem. Et natura quidem dicitur de alhanſor, & de forma eſſentiali, & de motu, qui fit a natura, a qua deriuatur nomen, vel a qua ſumit denominationem. Medici vero vtuntur hoc nomine natura pro complexione, & pro caliditate naturali, & pro formis membrorum, & pro motibus, & pro anima vegetatiua, & dabimus diffinitionẽ vniuſcuiuſq; iſtorum.

Diffinitio althabba.

Althabba eſt omnis qualitas vel forma, qua perficitur aliqua ex ſpeciebus, ſiue fuerit actiua, ſiue paſſiua, & eſt magis communis, quam natura, & quandoq; eſt aliquid a natura, et tamen non eſt ſecundum althabba, ſicut digitus additus. Et videtur, ꝙ ſit illud ex althabba ſecundum naturam indiuidualem, vel particularem, non ſecundum naturam vniuerſalem. L

Diffinitio althabba.

Nota ꝙ proprietas rei, & qualitas conſequens naturam ſpecificam, ſiue fuerit talis qualitas, aut proprietas actiua, ſiue paſſiua, & in ſumma omnis perfectio aduenicns compoſito dicitur althabba. Et omne qđ eſt a natura eſt etiam a re, quæ dicitur althabba, & non econtra: ideo althabba eſt magis commune, quàm ſit natura. Et licet ſit aliquid a natura, ſicut digitus ſextus, qđ non eſt ex althabba ſecundum naturam uniuerſalem, tamen digitus ſextus additus, qui eſt a natura, dicitur eſſe ex althabba ſecũdum naturam indiuidualem. L

Diffinitio corporis.

Corpus eſt nomen commune, & dicitur ſecũdum plurès intentiones. Dicitur enim corpus de quanto continuo terminato, & commenſurato tribus dimẽſionibus in potentia. Et dicitur corpus de forma, in qua eſt poſſibile, vt præſupponã- M

tur vel fiant dimenſiones qualitercunq; volueris in longum, & latum, & profundum, habentes terminos determinatos. Et dicitur corpus de ſubſtantia compoſita ex hyle, & forma prædicta, vel hoc modo deſcripta. Et differentia inter quantum, & inter hanc formam eſt, ꝙ fruſtum aquæ, aut ceræ ſicut permutatur, ſeu variatur in figura ſua, ita variantur in eo dimenſiones terminatæ commenſuratæ: & non remanet aliqua ex ipſiſmet: ita vt neq; vna numero remanet, ſed remanet forma recipiens iſtas diſpoſitiones, & eſt corporeitas vna numero abſq; permutatione & variatione. Et ſimiliter quando inſpiſſatur & rarefit, non alteratur forma corporeitatis, ſed alterantur eius dimenſiones. Differentia eſt igitur inter formã quæ eſt de genere quantitatis, & inter formam, quę eſt de genere ſubſtantiæ.

Diffinitio corporis.

M DICITVR *enim corpus de quanto continuo. Sciendum ꝙ quantũ de quo hic loquitur* Auic. *eſt quantum in communi abſtrahens ab hac, uel illa dimenſione determinata, & propterea quantum in communi eſt terminatum, & dimenſionatũ tribus dimenſionibus in potentia, quia ipſum in actu non includit aliquas dimenſiones determinatas, ſed eſt in potentia & indifferens ad quaſcunq; dimenſiones.i.* ET DICITVR *corpus de forma.i.de forma ſubſtantiali corporea &c. Sed remanet forma.ſ. de genere ſubſtantiæ.* DIFFERENTIA *eſt igitur inter formam de genere quantitatis, & inter formam de genere ſubſtantiæ, quia forma de genere quantitatis uariatur, forma uero de genere ſubſtantiæ remanet.*

Diffinitio ſubſtantiæ.

Subſtantia eſt nomen commune, dicitur enim ſubſtantia de eſſentia cuiuſcunq; rei, ſicut hominis & albedinis. Et dicitᷓ ſubſtãtia de omni ente, cuius eſſentia non indiget in eſſe eſſentia alia, cui aſſocietur vel coniungatur, vt exiſtat in actu. Et ſecundum hanc intentionem eſt ſermo ipſorum, qui dicunt, ꝙ ſubſtãtia eſt ens per ſe exiſtẽs. Et dicitur ſubſtantia de illo, qđ habet deſcriptionem, vel conditionem iſtam, & cum hoc de natura ipſius eſt, ꝙ recipiat in ſe contraria, ſucceſſiue vnũ eorum poſt alterum. Et dicitur ſubſtantia de omni eſſentia, cuius eſſe non eſt in recipiente. Et dicitᷓ ſubſtãtia de omni eſſentia, cuius eſſe non eſt in ſubiecto. Et philoſophi antiqui ſecundum hoc conuenerunt a tempore Ariſtotelis vſq; nunc,

in vſu huius dictionis ſubſtantia. Iam autem poſuimus ante hoc, differentiam inter ſubiectum et Mahal.i.recipiens qua- N
re intentio ſermonis ipſorum cum dicitur ens nõ in ſubiecto, intelligitur ꝙ eſt ens non aſſociatum eſſe recipientis exiſtentis ꝑ ſe in actu, dantis eſſe illi. Et non eſt inconueniens, ꝙ ſubſtantia ſit in recipiente, & abſq; illa recipiens non eſt in actu, quoniam quamuis ſit in recipiente, nõ tamen eſt in ſubiecto. Omne igitur ens, quãuis ſit ſicut albedo, & caliditas, & motus. Tamen eſt ſubſtantia ſecundum intentionem primam. Et principium primum eſt ſubſtantia ſecundum modum vel intẽtionem ſecundam, & quartam, & quintam: Sed Deus non eſt ſubſtantia ſecundum intentionem tertiam. Hyle vero eſt ſubſtantia ſecundum quartam & quintã intentionem, ſed ipſa non eſt ſubſtantia ſecundum intentionem ſecundam & tertiam. Et forma quidem eſt ſubſtantia ſecundum intentionem quintam, ſed tamen ipſa non eſt ſubſtantia ſecundum intentionem ſecundam, & tertiam, & quartam, & non eſt diuerſitas in nominibus.

ꝑncipiũ primũ.ſ. Deus.

Diffinitio ſubſtantiæ.

DIFFERENTIAM *inter ſubiectum, & Mahal.i.recipiens nã* N
per ſubiectum proprie intelligitur ens in actu ſubſiſtens accidenti: Per Mahal uero intelligitur ens qđ de ſe non eſt in actu, ſed in potentia ſicut materia, quæ eſt ſubiectum formæ: & licet aliquãdo iſte terminus mahal ideſt recipiens & iſte terminus ſubiectum ſic ſe habent, ꝗ unus pro alio accipitur, tamẽ illud, qđ quilibet illorũ ſignificat, eſt illud, qđ dictum eſt. Aliqui tamen per Mahal, ſeu recipiens in hoc loco intelligunt locum, & tu conſidera meliorem expoſitionem. CVM *dicitur ens non in ſubiecto intelligitur ens non aſſociatum &c. Nam albedo, & quodlibet accidens eſt ens aſſociatum eſſe recipientis.i.ſubiecti per ſe exiſtẽtis, in actu dantis eſſe illi albedini, nam accidens de ſe non habet eſſe, ſed ſuum eſſe depẽdet a ſubiecto, in quo eſt, quare accidens ſeparatum a ſubiecto non habet eſſe, ſed eſſe ſuum dependet a ſubiecto. Et ideo accidens eſt ens aſſociatum, uel dependens ab eſſe ſubiecti recipientis ipſum per ſe exiſtentis, qđ quidem ſubiectum dat eſſe ipſi accidenti. Et quia ſubſtantia non eſt in ſubiecto ente in actu, & per ſe exiſtente, neq; ab eo dependet in eſſe, ideo ſubſtantia non eſt in ſubiecto ente in actu, neq; eſt ens aſſociatum eſſe recipientis.i. ſubiecti per ſe exiſtentis, ſicut accidens. Et licet ita ſit, ꝗ ſubſtantia non eſt in ſubiecto exiſtente per ſe, ſicut accidens, ut dictum eſt, tamen non eſt inconueniẽs, ꝗ ſubſtantia aliqua puta forma ſubſtantialis ſit in recipiẽte*

qđ quidem recipiēs abſq; illa.ſ.ſubſtantia formali non eſt in actu, nam materia prima, quæ eſt recipiens formam ſubſtantialem, non eſt in actu abſq; forma ſubſtantiali, quamuis enim talis forma ſubſtantialis ſit in recipiente id eſt in materia, non tamen eſt in ſubiecto.ſ.ꝓpriæ dicto, qđ eſt ens in actu per ſe. Et ſic ex prædictis patet ꝙ per Mahal ſeu recipiens intelligitur ſubiectum, qđ eſt in potentia pura, ſicut eſt materia: & per ſubiectum hic intelligitur illud, qđ propriæ eſt ſubiectum.ſ.ſubiectum, qđ eſt ens in actu per ſe. SED DEVS *non eſt ſubſtantia ſecundum intentionem tertiā, nam licet Deus non indigeat in eſſe ſua eſſentia alia, ut dictum eſt de ſubſtantia ſecundum intentionem ſecundam, tamen quia Deus non recipit cōtraria, ideo Deus non eſt ſubſtantia ſecundum intētionē tertiam.* HYLE NON *ſubſtantia ſecundum intentionem quartā: quia hyle.i.materia nō eſt in recipiente.i.in materia. Neq; etiam hyle eſt in ſubiecto ente in actu per ſe. Ideo hyle eſt ſubſtantia ſecundum intētionem quintam, ſed hyle nō eſt ſubſtantia ſecundum intentionem ſecundam, quia hyle indiget in eſſe ſuo eſſentia alia, neq; etiam hyle eſt ens exiſtēs per ſe recipiēs contraria, Ideo hyle non eſt ſubſtantia ſecundum intentionem tertiam, forma ſubſtātialis eſt ſubſtantia ſecundum intentionem quintam, quia ipſa forma non eſt in ſubiecto ente in actu, ſed eſt in ſubiecto in pura potentia. Sed tamen forma non eſt ſubſtantia ſecundum intētionem ſecundam, quia forma ſubſtantialis materialis indiget eſſentia alia in eſſe ſuo, ut patet, & per conſequens forma prædicta non eſt ſubſtantia ſecundum intentionem tertia. Neq; etiam forma prædicta eſt ſubſtantia ſecundum intētionem quartam, Et tu hoc conſidera.*

Diffinitio accidentis.

Accidens eſt nomen commune, qđ dicitur de omni ente, quod eſt in recipiente. Et dicitur accidens de omni ente, qđ eſt in ſubiecto. Et dicitur accidens de intentione ſimplici vniuerſali, prædicabili, de pluribus in vniuerſal, quæ non per ſe exiſtunt, & quæ ſunt accidens. Et dicitur accidēs de omni intentione exiſtente in aliquo extra naturam ſuam, Et dicitur intentio de omni intentione, quæ prædicatur de aliquo: propterea ꝙ eſſe ipſius eſt in alio, cui aſſociatur. Et dicitur accidēs de omni intentione, cuius eſſe in principio rei non fuit.

o Forma igitur eſt accidens ſecundum intētionem primam tātum. Et album, id eſt res habens albedinem, qđ prædicatur de canfora & niue, non eſt accidens ſecundum modum primū & ſecundū, ſeu ſm intētionem primam & ſecundam: ſed eſt accidens ſecundum modum tertium. Et illud quoniam hoc album qđ eſt prædicabile, non per ſe exiſtens, eſt ſubſtantia,

quæ non eſt in ſubiecto, neq; in Mahal.i.in recipiente. & albedo eſt ita. Amplius albedo non prædicatur de nachanas.i. de canfora & de niue, niſi denominatiue, vel deriuatiue, Et nõ prædicatur ſicut eſt. Et motus quidem terræ ad inferiora eſt accidens ſecundum modum primum, & ſecundum, & tertium, ſed non eſt accidẽs ſecundum modum quintum, & ſextum, & quartum. Immo motus eius ad ſuperiora eſt accidẽs omnibus iſtis modis, vel ſecundum omnes modos. Et motus ſedentis in nauicula, eſt accidens ſecundum modum ſextum, & quartum.

Capitulo de accidente.

FORMA *igitur &c.i.forma ſubſtantialis eſt accidẽs ſecundum primam intentionem, quia ipſa eſt in recipiente.i.in materia.* Et album *non eſt accidens ſecundum intẽtionem primam, quia album non eſt in recipiẽte, ut patet, neq; album.i.res alba, eſt accidens ſecundum intentionem ſecũdam, quia res alba non eſt in ſubiecto, ſed album in uniuerſali eſt accidens tertio modo, quoniam hoc album.i. album hoc modo acceptum.ſ. album in commum, eſt prædicabile non per ſe exiſtens, quia prædicabile, & commune eſt per opus intellectus, quia non eſt quid reale, neq; per ſe exiſtit, & tale album in communi eſt ſubſtantia.i.ſignificat ſubſtantiam.* Album *enim in communi eſt intentio, quæ prædicatur de hac re alba, & de illa, & de illa re alba, & ſic de ſingulis. & album etiam ſignificat rem albam, quæ eſt ſubſtantia, quæ non eſt in ſubiecto.ſ.ente in actu, neq; in recipiente.* E *t albedo eſt ita, quia ipſa eſt in ſubiecto.* O

Motus terræ ad inferiora non eſt accidens ſecundum modum quintum, quia talis motus non fit a re alia ab ipſa terra, ita, q; ſit motus uiolẽtus etc.

Diffinitio angeli.

Angelus eſt ſubſtantia ſimplex habens vitam, & rationem intellectualis immortalis, & eſt medium inter Deum glorioſum, & inter corpora terreſtria. Et ex angelis quidam ſunt intellectuales, & quidam animales rationales, & quidam corporei. P

Diffinitio angeli.

HABENS *uitam, quia omne habens uirtutem appræhẽſiuam, & uoluntariam, dicitur uiuens: & ſic* Deus, *& angelus dicitur uiuens.* P

Angeli intellectuales ſunt angeli mouentes corpora cœleſtia, & aliæ intelligentiæ ſeparatæ. Angeli *uero animales, ſunt animæ humanæ ſeparatæ a corpore.* S*ed angeli corporei, ſunt animæ in corpore humano, aut animæ corporum cœleſtium.*

Diffinitio planetarum vel cœlorum.

Planeta eſt ſubſtantia ſimplex ſphærica non recipiens ge-
Q nerationem,& corruptionem mobilis naturaliter ſuper me-
dium, qđ compræhendit vel continet.

Diffinitio planetarum uel cœlorum.

Q *Mobilis ſupra.i.ſupra terram, quæ cōtinetur a corporibus cœleſtibus.*

Diffinitio ſtellæ.

Stella eſt corpus ſimplex ſphæricum, cuius locus natura-
lis eſt ipſe planeta, vel ipſum cœlū, cuius natura eſt, ꝙ luceat,
R non recipiens generationem & corruptionem, mobile ſuper
medium non compræhendens, vel non ambiens ipſum.

Diffinitio ſtellarum.

R *Mobile ſuper medium.i.ſuper terram nō compræhendens ipſam, quia
ſtella reſpectu corpis cœleſtis eſt ſicut nodus in tabula lignea: quare ſtel-
la, quæ eſt pars corporis cœleſtis, non compræhendit terram.*

Diffinitio ſolis.

Sol eſt ſtella, & eſt corpus maius omnium ſtellarum, & vehementioris luminis. Et locus eius naturalis eſt in quarta ſphæra.

Diffinitio lunæ.

Luna eſt planeta, vel ſtella, cuius locus naturalis eſt cœlū
S inferius. Et ipſius natura eſt, ꝙ recipiat lumen a ſole ſecundū
figuras diuerſas. Et color eius eſſentialis vel naturalis decli-
nat ad nigredinem.

Diffinitio lunæ.

S *Et color eius eſſētialis.i.color, qui conueuit ei per ſe quo ad uiſum no-
ſtrum ſecluſo lumine ſolis, eſt color declinans ad nigredinem.*

Diffinitio gen, ſeu ſpirituum.

Gen ſeu ſpiritus eſt animal aereum rationale, & habens corpus tranſparens, cuius natura eſt, ꝙ figuratur figuris diuerſis. Et hæc quidem non eſt eius deſcriptio, ſed eſt intentio nominis.

Diffinitio ignis.

Ignis eſt corpus ſimplex, cuius natura eſt, ꝙ ipſe eſt calidus & ſiccus, mobilis naturaliter a medio, vt permaneat ſub ſphæra lunæ. a medio ſcilicet mūdi.i. a terra.

Diffinitio aeris.

Aer eſt corpus ſimplex, cuius natura eſt, ꝙ ſit calidus, hu-

midus,tranſparens,ſubtilis, mobilis ad locũ, qui eſt ſub ſphæra ignis ſupra ſphæram terræ, & aquæ.

Diffinitio aquæ.

Aqua eſt corpus ſimplex,cuius natura eſt,ꝙ ſit frigida, & humida,tranſparens,mobilis in loco,qui eſt ſub ſphęra aeris, & ſupra terram.

Diffinitio terræ.

ad mediũ i. admediũ mũdi qđ eſt centrũ mundi.

Terra ē corpus ſimplex,cuius natura eſt,ꝙ ſit frigida,ſicca mobilis ad medium in eo deſcendens.

Diffinitio mundi.

Mundus eſt aggregatum ex corporibus naturalibus ſimplicibus omnibus.Et dicitur mundus de tota ſumma entium homogeneorum , quaſi ſermo ipſorum ꝙ eſt mũdus naturalis vel naturaliũ & mundus animarũ,& mundus intellectuũ. T

Diffinitio mundi.

Quod eſt mundus naturalium.i.aggregatum ex rebus naturalibus.Nã res naturales ſunt homogeneæ in hoc , ꝙ quælibet illarum eſt naturalis. mundus animarum.i.aggregatum ex animabus dicitur mundus,Et ſimiliter aggregatum ex intellectibus dicitur mundus intellectuum, dictum eſt enim ſupra quid et quot ſint intellectus. T

Diffinitio motus.

Motus eſt perfectio prima,ſeu actus primus rei vel entis in potentia,ſecundum ꝙ in potentia.Et ſi volueris, dicatur ꝙ motus eſt exitus de potentia ad actum , non in vno inſtanti. Motus vero totius eſt motus corporis ſupremi ſuper mediũ comprahendens omnes motus , qui ſunt ſuper medium , & eſt velocior ipſis. V

Diffinitio motus.

Motus uero totius &c . Nota ꝙ motus ſupræmæ ſphæræ dicitur motus totius.quia ad motum ipſius mouentur reliqua inferiora . Ideo motus ſupræmæ ſphæræ dicitur motus totius,quia compræhẽdit omnes motus inferiores,& eſt uelocior omnibus motibus inferioribus. V

Diffinitio aldhar.i.ſeculi vel ęui.

Seculum vel ęuum attribuitur creatori vel opifici. Et ęuũ eſt intentio intellecta de attributis firmis ad animam in toto tempore.

Diffinitio temporis.

Tempus attribuitur artificio,& tempus eſt mẽſura motus

ex parte ante, & a parte poſt, vel ex parte anteriori, & parte poſteriori.

Diffinitio alan.i.nunc,ſeu inſtantis.

Nunc ſeu inſtās, eſt extremitas imaginata, in qua communicant tempus præteritum & futurum. Et quandoq; dicitur q̃ eſt tempus paruæ menſurę vel quãtitatis apud imaginationem continuatum per inſtans verũ ex duobus lateribus eius.

Diffinitio termini, vel extremi.

Terminus vel finis ſeu extremitas rei eſt illud, quo res habens quantitatem peruenit ad vbi, in quo non exiſtit poſt eã aliquid ipſius.

Diffinitio infiniti.

X Infinitum eſt quantitas cuius partes quaſcunque acceperis adhuc exiſtunt de ipſo res extra ipſas non reiteratę. Vel aliter infinitum eſt quantum, cuius partes quæcunq; acceptæ fuerũt tamen adhuc exiſtunt vel reperiunt̃ res de ipſo non reiteratę, quæ ſunt extra ipſas vel ſunt aliæ ab eis.

Diffinitio infiniti.

X *Cuius partes quaſcunq; acceperis &c.i.illud dicitur infinitum, de quo licet acceperis quaſcunq; partes uolueris, tamen adhuc reſtant res de ipſo ideſt partes aliæ ipſius infiniti, quæ ſunt diuerſæ a ptibus prius acceptis, & tales partes reſtant nõ reiteratæ.i.abſq; q̃ fiat reiteratio partiũ prius acceptarum. Si enim accipiatur numerus rerum, quæ ſint partes alicuius, puta numerus milenarius, poſtea ultra talem numerum milenarium reperiuntur, & reſtant adhuc aliæ partes a præcedentibus diuerſæ, quæ non ſunt reiteratæ uel cõnumeratę in prioribus, & ultra iſtas partes adhuc reſtant aliæ diuerſæ a prioribus, & ſic in infinitum.*

Diffinitio puncti.

Y Punctus eſt eſſentia indiuiſibilis, & habẽs ſitum, & eſt terminus lineæ.

Diffinitio puncti.

Y *Et habens ſitum ſupple per accidens, quia ſituatur ad ſituationem eius in quo eſt.*

Diffinitio lineæ.

Z Linea eſt quantitas, quę non recipit diuiſionem niſi ex vna parte. Et iterum linea eſt quantitas, quæ nõ diuiditur aliquo modo in parte ſuæ extenſionis. & eſt terminus ſuperficiei.

Diffinitio lineæ.

Z NISI *ex una parte.i. niſi tranſuerſaliter in parte ſuæ extenſionis,*

ideſt ſecundum ſuam longitudinem, ſecundum quam linea extenditur: quia ſecundum ipſam non diuiditur, ſed bene ſecundum latitudinem, ſeu tranſuerſaliter.

Diffinitio ſuperficiei.

Superficies eſt quantitas, in qua poſſibile eſt, ꝙ accidant diuiſiones ſe interſecantes directe. & eſt terminus corporis.


Dffinitio ſpacij.

Spacium eſt omne, qđ eſt inter duos terminos non ſe obuiantes, quando ad eos fit acceſſus. Et eius natura eſt, vt imaginētur in eo etiam termini alij de ſpecie illoru m terminorū. Et differentia quidem inter ſpacium, et inter dimēſiones tres eſt, ꝙ quandoq; eſt ſpacium lineale abſq; linea, et ſpacium ſuperficiale abſq; ſuperficie. Exemplum huius eſt. ſi præſupponantur in corpore non diuiſo intrinſece in actu duo puncta, tunc inter ea erit ſpacium, & non erit inter ea linea. Et ſimiliter ſi imaginantur in eo duæ lineæ oppoſitæ, tunc inter eas eſt ſpacium: & tamen inter eas non erit ſuperficies. quoniam ⌈ ipſum non eſt habens ſuperficiem, niſi quando ſeparatur ⌋ actu aliquo vno modo ſeparationis. Et in eo quidē nō ſunt lineæ, niſi quando ſunt in eo ſuperficies. Differentia igitur eſt inter longitudinem, & lineam, & inter latitudinem, & ſuperficiē: quoniam ſpacium, qđ eſt inter duo puncta prædicta, eſt longitudo, & non eſt linea. Et ſpacium qđ eſt inter duas lineas prædictas, eſt latitudo, & tamen non eſt ſuperficies. quamuis omnis linea ſit habens longitudinem, & omnis ſuperficies ſit habens latitudinem.

Ali a lřa. ipſę.ſ. lineę ñ habent ſupficiē, niſi qñ ipſę ſeparantur.

Diffinitio ſpacij.

Spacium eſt omne qđ &c. i. illud dicitur ſpacium, qđ includitur inter duos terminos, puta inter a & inter b terminos non ſe obuiantes, uel non ſibi approximātes, quando ad eos fit acceſſus. i. quando aliqua mouentur ad illos terminos. ſ. a & b. tunc talia mouentia, uel mota ad illos terminos non obuiant ad ſe inuicem. ET EIVS *natura. i. & poßibile eſt ut in eo. ſ. ſpacio prædicto imaginentur alij termini ſimiles in ſpecie terminis ſupradictis a & b.* Exempli *gratia, in corpore quadrato eſt ſpacium incluſum inter a et b terminos. Similiter poßumus imaginari in ſpacio prædicto aliud ſpacium incluſum inter c & d. & ſimiliter aliud ſpacium incluſum inter e & f. & ſic ſucceßiue ſicut in hac figura quadrata.*



Exemplum huius &c. In hac parte Auicenna declarat per exempla: ꝙ ſit ſpacium lineale abſque linea. Nam in corpore continuo non actu diuiſo præſupponantur, & ſignentur duo puncta, tunc inter talia duo puncta erit ſpacium lineale, & tamen non erit linea: quia ſecundum Auicennam, & geometras non cauſatur linea niſi, quãdo duo puncta in corpore actualiter diuiſo ſe contangunt, & ſunt propinqua. ſimiliter non cauſatur ſuperficies, niſi, quando duæ lineæ in corpore actualiter diuiſo ſe cõtangunt. Si ergo in corpore continuo non diuiſo actualiter, ſignentur duo puncta, tunc inter ea non erit linea, ſed erit ſpacium lineale. ſ. in quo imaginatur linea, & tamen non erit linea. ſimiliter ſi ſignẽtur, & præſupponantur duæ lineæ oppoſitæ in corpore ſupradicto, tunc erit inter eas ſpacium, & non erit ſuperficies: quoniam ipſum. ſ. corpus, in quo ſunt ſignatæ lineæ oppoſitæ, non eſt habens ſuperficiẽ, niſi quãdo tale corpus eſt actualiter diuiſum non continuum. Et in eo non ſunt lineæ ueræ niſi quando in eo ſunt ſuperficies. Differentia eſt igitur &c. Spacium ergo inter duo pũcta ſignata in corpore continuo eſt ſpacium longum ſimile lineæ, & nõ eſt linea: ſimiliter ſpacium in corpore dicto inter lineas prædictas eſt latitudo, & tamen non eſt ſuperficies.

Diffinitio loci.

Locus eſt ſuperficies intrinſeca corporis ambientis, tangẽtis ſuperficiem extrinſecam corporis contẽti, Et dicitur locus de ſuperficie inferiori, ſuper quam firmatur corpus graue. Et dicitur locus ſecundum intentionem tertiam. Verum locus iſto modo non eſt ens reale. Et eſt dimenſiones ęquales dimẽſionibus locati, in quo ingreditur ſpacium locati. ꝙ ſi fuerit poſſibile, ꝙ permaneat talis locus abſq; locato: tũc ipſe erit vacuum. Si vero non poſſibile, niſi cum hoc ꝙ ipſum occupet, vel impleat corpus, tunc ipſe erit ſpacium diuerſum a ſpacio vacui. Verum hæc intentio dictionis, locus, non eſt in rerum natura.

Diffinitio vacui.

Vacuum eſt ſpacium ſeu dimenſio, in qua eſt poſſibile, vt præſupponamus eſſe tres dimenſiones per ſe exiſtẽtes non in materia cuius natura eſt, vt ipſum repleat corpus, quãuis vacuum ſit ab eo.

Diffinitio uacui.

NON IN *materia.i.non in ſubiecto, uel in actu reali, quia talis dimẽſio non eſt ens reale: ſed ens rationis, ſeu ens imaginabile.*

Diffinitio repleti.

Repletum eſt corpus, ſecundum ꝙ dimenſiones eius prohibent aliud corpus ingredi in eo.

Diffinitio priuationis.

Priuatio quę eſt vnum principiorum eſt ꝙ nõ ſit in aliquo eſſẽtia rei, & ipſius natura eſt, ꝙ recipiat eã, et ꝙ ipſa ſit in eo.

Diffinitio quietis.

Quies ẽ priuatio motus in eo, qđ poſſibile eſt, vt moueat̃ ita vt ipſum ſit in diſpoſitione vna quantitatis, & qualitatis, & vbi, & ſitus, tempore aliquo. et reperitur in ipſo diſpoſitio prędicta in duabus horis, vel in duobus inſtantibus, ſeu in duobus paruis temporibus.

Diffinitio velocis.

Velox eſt motus localis ſuper ſpacium longum in tempore breui.

Diffinitio tardi.

Tardum eſt, quando fit motus localis ſuper ſpacium breue in longo tempore.

Diffinitio inclinationis, & ſuſtentationis.

Suſtentatio et inclinatio eſt q̃litas, per quã corpus eſt expellens illud. qđ prohibet ipſum a motu ſuo ad partẽ aliquã.

Diffinitio leuitatis.

Leuitas eſt virtus naturalis, per quam mouetur corpus a medio per naturam.

Diffinitio grauitatis.

Grauitas eſt virtus naturalis, ꝑ quam mouetur corpus ad medium per naturam.

Diffinitio caliditatis.

Caliditas eſt qualitas actiua mouens illud, in quo ipſa eſt ad ſuperius, quia ipſa facit accidere leuitatem. Et accidit ex ea

aggregatio

aggregatio homogeneorum. & ſeparatio æthereogeneorũ. Et facit accidere raritatẽ de genere qualitatis, & denſitatem de genere ſitus propter reſolutionem, & euaporationem ſubtilis.

Diffinitio frigiditatis.

Frigiditas eſt qualitas actiua cauſans aggregationem eorũ quæ ſunt homogenea, & non homogenea aggregando corpora cum inſpiſſatione ſua, & coagulatione ſua, quæ eſt de genere qualitatis.

Diffinitio humiditatis.

Humiditas eſt qualitas paſſiua recipiens aggregationem, & figuras extraneas cum facilitate, ſed non conſeruat illas. immo reuertitur ad figuras ipſas, & ad ſitum, qui ſunt ſecundũ motum corporis eius in natura.

Diffinitio ſiccitatis.

Siccitas eſt qualitas paſſiua, difficiliter recipiens aggregationem, & figuras extraneas, & difficiliter dimittens eas: & rediens ad figuras naturales.

Diffinitio aſperi.

Aſperum eſt corpus, cuius ſuperficies diuiditur in partes diuerſos habentes ſitus.

Diffinitio plani ſeu æqualis vel politi.

Politũ ſeu planum eſt corpus, cuius ſuperficies diuiditur in partes æquales.

Diffinitio duri.

Durum eſt corpus, qđ non recipit depreſſionem, ſuperficiei ſuæ ad interiora, niſi cum difficultate.

Diffinitio lenis.

Lene eſt corpus, qđ recipit illud cum facilitate.

Diffinitio laxi.

Laxum ſeu molle eſt corpus lene velocis ſeparationis.

Diffinitio frangibilis.

Frangibile eſt corpus durum velocis ſeparationis.

Diffinitio tranſparentis.

Tranſparens eſt corpus, qđ in ſua eſſentia non habet colorem. Et de ſui natura eſt, ꝙ videantur ipſo mediante colores, qui ſunt a tergo ipſius.

Diffinitio raritatis.

Raritas eſt nomen commune. Dicitur enim de motu cor/poris ex quantitate ad quantitatem maiorem. Vnde ſequitur ꝙ fiat ipſius ſubſtantia ſubtilior cum permanētia ſuę continui tatis. Et dicitur raritas de qualitate iſtius ſubſtantiæ. Et dicit̃ raritas de motu partium corporis ex appropinquitate ipſarū ad elongationē. Vnde ingreditur in ipſas corpus eis ſubtilius. Et iſte motus eſt in ſitu. Et primus motus eſt in qualitate. Et dicitur raritas de forma ſitus partium ſecundum hunc modū.

Diffinitio denſitatis.

Et ex diffinitione quidem raritatis cognoſcitur vel intelli/gitur diffinitio denſitatis. Nam denſitas eſt nomen commune cadens ſuper quatuor intentiones oppoſitas illis intētionibus quarum vna eſt motus in quātitate, & alia eſt qualitas. Et ter tia eſt motus ĩ ſitu.ᵃ Et quarta eſt ſitus.

a et q̄rta.i.forma ſitus par/tiū in dēſo eſt ſitus.

Diffinitio congregationis.

Congregatio eſt eſſe rerum plurimarum, quas cōtinet ſub ſe ᵇ intentio vna.

b. Intentio vna ſicut hoc nomē exerci/tus.

Diffinitio ſeparationis.

Separatio eſt illi oppoſita.

Diffinitio contigui.

Contangentia vel contigua ſunt quæcunq;, quorum vlti/ma ſunt ſimul in ſitu: & nō eſt poſſibile ꝙ inter ea cadat aliqd habens ſitum.

Diffinitio ingredientium ad ſe inuicem.

Ingredientia ad ſe inuicem ſunt illa, quorum vnum occur/rit alteri totaliter: ita vt eis ſufficiat locus vnus.

Diffinitio continui.

Continuum eſt nomē commune, qđ dicitur de tribus intē tionibus, quarum vna eſt illa, quæ dicitur de ipſa continuitate in ſe, quæ eſt vna ex differentijs quantitatis. Et diffinitio cōti nui ſecundum hanc intētionem eſt illud, cuius natura eſt, ꝙ in/ter partes eius reperitur vnus terminus communis. Et deſcri/ptio continui prædicti eſt, ꝙ ipſum eſt diuiſibile in infinitum. Et eſt intentio continui ſecunda & tertia. Et intentio quidē prima iſtarum ambarum eſt de accidentibus quantitatis cōti/ nu

nuæ ſecundum intentionem primam, ex parte qua eſt quantitas continua, & eſt ꝙ ſint duo continua, quorum amborum vltima ſunt vnum. Et ſecunda intentio continui eſt motus in ſitu, ſed eſt cum ſitu. Vnumquodq; enim cuius vltimum, & vltimum rei alterius, eſt vnum in actu, dicitur eſſe continuū. Sicut ſunt duæ lineæ trianguli. Intentio vero tertia continui eſt de accidentibus quantitatis continuæ ſecundum ꝙ ipſa eſt in materia. Et eſt, ꝙ ſunt duo continua in hac intētione, & terminus cuiuſlibet amborum eſt coniunctus adhærēs termino alterius in motu: quamuis ſit alius in actu, ſicut cōtinuitas mēbrorum adinuicem, & continuitas ligamētorum cum oſſibus & continuitas eorum, quæ ſunt cum colla adhærentia, ſeu incollata.

Diffinitio continui.

℞ EST DE *accidētibus, quia accidit quantitati continuæ ꝙ unus punctus magis ſit terminus duarum partium cōtinui, quàm alius punctus: uel aliter dicatur, ꝙ intentio prima eſt de accidētibus.i. ꝙ talis intentio cōueniat quanto continuo de prædicamento quantitatis: quantitas.n. continua prout eſt in materia idem eſt qđ corpus de prædicamento ſubſtantiæ.*

Diffinitio vnificationis.

Vnitas vel vnum ſeu vnificatio eſt nomen commune, dicitur enim vnitas de communitate rerum in vno inhærente vel prædicabili eſſentiali, aut accidentali. Sicut vnitas ſeu conuenientia alcachones.i. canforæ, & niuis in albedine. Et vnitas vel conuenientia aſini, & hominis in animali, vel in animalitate. Et dicitur vnitas de communitate inhærentium vel prædicabilium in ſubiecto vno. ſicut vnitas ſaporis, & odoris in pomo. Et dicitur vnitas de aggregato ex ſubiecto, & inhærente in eſſentia vna, ſicut ſit homo ex corpore, & anima. Et dicitur vnitas vel vnum de aggregato ex corporibus plurimis, aut ſecundum ſimilitudinem ſicut ciuitas: aut per contactum, ſicut ſcamnum & lectica: aut per coniūctionem vel continuationem ſicut membra animalis. Et qđ eſt verius in hoc capi. de nomine vnitatis vel vnius eſt, ꝙ vnificatio ſeu vnitas eſt, quādo ſit corpus vnum numero ex aggregatione multorum corporum propter deſtructionem proprietatis ipſorum. Et propter ea ꝙ leuati, ſeu remoti ſunt termini ipſorum communes propter deſtructionē terminorum ipſorum factam meri-

to continuitatis.

Diffinitio altheteli.

Altheteli eſt eſſe rerum habentium ſitum, inter quas non
eſt res alia ex genere ipſarum.

Diffinitio althuali.

Althuali eſt eſſe rei poſt rem per comparationem ad prin
cipium terminatum. Et non eſt inter ea aliquid ex genere, vel
capitulo ipſorum.

Diffinitio cauſæ.

Iſtius.ſ.cauſæ
illi⁹.ſ.cauſati.

Cauſa eſt omnis res, ex cuius eſſe i actu eſt eſſe rei alterius
in actu. Et eſſe iſtius in actu non eſt ex eſſe illius in actu.

Diffinitio cauſati.

Cauſatũ eſt omnis res, cuius eſſe in actu eſt ab eſſe alterius.
Et eſſe illius alterius non eſt ex eſſe ipſius. Et intentio ſermo
nis noſtri, cum dicimus ex eſſe ipſius, eſt alia ab intentione ſer
monis quando dicimus, cum eſſe ipſius, quoniam intentio ſer
monis, quando dicimus ex eſſe ipſius, eſt, ꝙ ſit eſſentia quæ ꝑ
conſiderationem ipſius in ſe poſſibilis eſt eſſe. Et ſuum eſſe
non eſt neceſſarium eſſe in actu per ſe: ſed quia ab eſſe in actu
rei alterius vel eſſentię alterius ſequit̃ eſſe iſtius rei, vel iſtius
eſſentiæ. Et ipſa ſecundum ſe habet poſſibilitatem. quare cum
ipſa vel in ipſa ſecundum ſe abſq; cõditione, eſt poſſibilitas.
Et ipſa in ſe vel ſecundum ſe cum conditione cauſæ, habet ne-
ceſſitatem eſſendi. Et ipſa in ſe cum conditione iſta.ſ. ꝙ nõ ha
beat cauſam, eſt habens prohibens, ſeu eſt impoſſibis. Et dif-
ferentia inter ſermonem noſtrum quum diximus abſq; cõdi-
tione, & inter ſermonem noſtrum quum diximus cum cõdi-
tione, non eſt ſicut differentia inter ſermonẽ, quum dicimus
lignum album, et inter ſermonem, quum dicimus lignum nõ
album. Intentio autem quum dicimus, cum eſſe ipſius eſt, ꝙ
quando præſupponimus vnum quodcunq; duarum rerum
eſſe ens: ſequitur ꝙ ſciamus ꝙ alterum etiam ſit ens. Et quã-
do præſupponimus ipſum deficere, vel non eſſe, ſequitur ꝙ
alterum deficiat vel nõ ſit. Et cauſa quidem & cauſatum ſunt
ſimul cum intẽtione, ꝙ iſta duo ſunt ad ſe inuicem conſequẽ
tia, quamuis modi ipſorum ſe cõſequentiũ ſint diuerſi. Quo-
niam quando præſupponimus vnum ipſorum eſſe ens, ſequi-
tur ꝙ alterum iam ſit ens per ſe, quoties reperitur hoc. Sed al-
terum

ipſa.ſ.eſſentia cauſati. ẽ poſſibilitas .ſ.eſſendi.

ꝑ cauſam hic intelligitur cã totalis ꝑfecta nõ cã ꝑtialis diminuta.

rum qđ eſt cauſa quoties ſupponimus ipſum eſſe, ſequitur, ꝙ ad eſſe eius conſequitur eſſe cauſati. Et quando cauſatum deficit, vel non ſit, ſequitur vt iudicetur ꝙ cauſa prius erat deficiens vel prius nō erat, ita vt verificetur remotio iſtius. Verum ſi remouetur cauſatum, oportet remouere cauſam, qñ autem remouemus cauſam, oportet remouere cauſatum cū neceſſitate, q̄ remouendo cauſam, remouet ipſum. ſ. cauſatū.

Diffinitio alabedha. i. primæ inuentionis.

A Alabedha. i. prima inuentio eſt nomen commune ad duas res intellectas, quarum vna eſt intentio rei ſeu aduentus rei nō ab aliquo, neq; mediāte aliquo. Secunda res intellecta, ſeu ſecunda intentio iſtius eſt, ꝙ aliquid habet eſſe abſolute a cauſa abſq; medio. Et in ſui eſſentia habet ꝙ non eſt ens. & iam priuatur illo, qđ habet in ſe, priua tione completa.

Diffinitio alabedha.

A *IN SVI eſsentia. i. conſideratum in ſe abſq; conditione. ſ. cauſæ, ut ſupradictum eſt, non habet eſſe actuale, ſed habet poſsibile eſſe.*

ET IAM priuatur illo. i. quia ipſum eſt actu ex eſſe cauſæ in actu ideo quando eſt in actu, priuatur illo eſſe poſſibili uel in potentia, quam habet conſiderando ipſum in ſe, & in ſui eſsentia nō conſiderādo cauſam.

Diffinitio creationis.

Creatio eſt nomen cōmune. Dicitur enim creatio de emanatione eſſendi, qualitercūq; ſit. Et dicitur de emanatione eſſendi aduenientis ex materia et forma, qualitercunq; ſit. Et dicitur creatio de hac intentione ſecunda de re, quæ poſt quam eſt, non antecedit ad ipſam eſſe aliquod in potentia propter coniunctionem materiæ, & formæ in eſſe. Vel aliter non antecedit ad ipſam eſſe aliquod in potentia, qđ eſſe in potentia ſequatur ad materiam & formam in eſſe.

Diffinitio facti ſeu euenientis.

Facta ſeu euenientia dicuntur ſecūdum duos modos, quorum vnus eſt temporalis. & alter non temporalis. Et intentio quidem facti ſeu rei euenientis temporalis, eſt ꝙ aliquid ſit vel fiat, ſeu eueniat, poſt quam ipſum non habuit eſſe in tempore præcedenti. Sed intentio rei factæ non temporalis eſt emanatio alicuius in eſſe: & ipſum non habet per ſe illud eſſe

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

magis in vno tempore quam in alio tempore. Immo in quolibet tempore.

Diffinitio æterni.

AEternum dicitur ſecundum plures modos. dicitur enim æternum ſecundum comparationem vel per reſpectum, & dicitur æternum abſolute. Et æternum quidem ſecundum comparationem eſt res, cuius tempus in præterito eſt plus, quam tempus rei alterius. Et huiuſmodi dicitur æternum per comparationem ad ipſam. AEternum autem abſolute etiam dicitur ſecundum duos modos. Dicitur enim ſecundum tempus, & ſecundum eſſentiam. Aeternum vero illud qđ eſt ſecundum tempus, eſt res, quæ fuit in tempore præterito infinito. Sed æternum, ſecundum eſſentiam, eſt res cuius eſſentia non habet eſſe a principio cauſante ipſam. Aeternum igitur, ſecundum tempus eſt illud qđ non habet principium temporale. Et æternum ſecundum eſſentiam eſt illud qđ non habet principium cauſans a quo dependet. & huiuſmodi æternum eſt Deus glorioſus.

QVAESITA ACCEPTA EX libello Auicennæ, de quæſitis.

ESSENTIA Altabha quid eſt. Et quæ intentio ſermonis de natura apud medicos. Reſpõſio quod altabha apud philoſophos vel medicos eſt nomen commune cadens ſuper plures intentiones. Dicitur enim Altabha de operatione ſummi opificis, qui inuenit naturam, quam dicemus in materia corporis, vt proueniat operatio, & motus a natura, quã dicemus. Et dicitur Altabha de omni, quod exigit aliquid ſiue illud exigens ſit natura, aut non natura: aut ſit habens naturam, aut non habẽs naturam. Et propter hoc dicitur quod anima eſt diligens rationem, ſeu ratiocinari ex Altabha, Et ꝙ homo eſt ciuilis ex Altabha. Althabia vero, ſeu natura in ſermone philoſophorum dicitur de eo in quo eſt ordo inuentus. Et quum dicunt, ꝙ eſt ſic vel ſic ordinate procedens, ſcitur ꝙ eſt a natura, & ſic apud nos ſcitur, tunc per naturam nõ

volunt,ſeu non intelligunt naturam, quam dicemus. Immo per eam intelligunt modum vel qualitatem permanentē ſtabilem in ordine. Et dicitur Thabia ſiue natura de virtute exiſtente in corporibus, a qua prouenit motus, & quies conuenientes ſecundum modum vnum in eo quod eſt per ſe. Verumme dici dicunt naturam eſſe complexionem. Et natura quæ eſt complexio, non reperitur in corporibus ſimplicibus, quia complexio exiſtit apud compoſitionem, vel mixtionē. Immo poſt ipſam compoſitionem: quando virtutes contrariæ egerint, & paſſæ fuerint, & firmatæ fuerint ad terminum vnum. Et dicunt etiam medici, ꝙ natura dicitur de forma compoſitionis, ſicut dicunt, quod ſunt quædam corpora, quorum natura eſt, ꝙ in eis multiplicentur oppilationes. Et illud eſt ſtrictura pororum ipſorum. Et dicunt, ꝙ natura dicitur de omni virtute corporea mouente abſq; voluntate: ita vt dicant, vel nominent animam vegetatiuam eſſe naturam. Philoſophi vero dicunt animam plantarum eſſe naturam, quoniam ipſa mouet motibus contrarijs ad partes, plures ramos ſpargendo, & eleuando, & radices profundando, & ingroſſando: & operatur mediantibus inſtrumentis organicis & hoc diuerſificatur ei per quod natura diffinitur ei, quod conuenit naturæ.

Quæritur vtrum ſol & luna & reliqui planetæ ſint viuentia, aut non, & vtrum ipſi moueantur dependentiam habentes ab aliquo, aut firmati in aliquo: an ipſi moueantur. abſque ꝙ dependentes ſint ab aliquo. Reſpondetur ꝙ corpus, ſecundum ꝙ eſt corpus, non eſt viuens omnino. Immo ipſum non dicitur viuens, niſi quando in eo eſt principium motus voluntarij & cognitionis. Et principiū talis motus, & regiminis in eo eſt anima. quæ eſt ſubſtantia ſpiritualis. Et iam conuenerunt, fidem proſequentes, & ſapientes antiqui: quod corpus quodlibet habet officium, & operationem deputatam, vel commiſſam ab angelo, ita vt etiam pluuia, & ventus hoc habeat. Et hoc quidem non negauerunt aliqui, niſi quidam egredientes a fundamentis, & radicibus firmis in fide, & a veritate fundata in ſcientijs, vel in philoſophia. Fundatores enim fidei ſcilicet prophetæ tradiderunt, & docuerunt hoc ex inſpi-

ratione diuina. Philoſophi vero & ſapientes poſt ſuper illud quod audierunt, applicare, & adiungere voluerunt diſcurſum demonſtratiuum, & conſiderationem demonſtratiuam. Et fundatores quidem fidei non diſtinxerunt, ſeu non declarauerunt illud, qđ in hoc nobis tradiderunt. Quaſi eorum conſuetudo in pluribus eorum, quæ ipſi tribuunt & docent, eſt, ꝙ ipſi tribuant gentibus radices, ſeu principia, aut fundamenta: & ea tribuunt, & docent, vt exponantur, & manifeſtentur diſtincte. Sed philoſophi, & ſapientes poſtquam ſe applicuerunt ad hoc declarãdum ſtudio, & conſideratione vehementi verificarunt, ꝙ angeli mouentes motu circulari, non ſunt niſi mouentes talem motum cum voluntate. Et qđ angeli ſunt mouentes motum rectum, qui non procedit violẽter. Et motus eius non eſt niſi ſecundum inclinationem naturæ rei motæ, vel ſecundum ꝙ exigit natura rei motæ. ac ſi huiuſmodi natura inclinans ſit inſtrumẽtum angelis, apud quos eſt voluntas & principium regiminis. Quare manifeſtum eſt & verum ex huiuſmodi conſideratione, & demonſtratione poſt diligentẽ conſiderationem habitam, ꝙ mouens corpora cœleſtia, ſcilicet mouens proximum, vel immediatum: eſt ſubſtantia ſpiritualis mouens cum voluntate. Et omne corpus cuius regimen, et mouens eſt ſpiritus, eſt viuens. quare corpora cœleſtia ſecundum hanc ſummam, vel ſecundum hunc modum ſunt viuentia.

Nota ꝙ ſicut aĩa in corpe ẽ ꝑncipiũ regiminis, & ẽ habẽs volũtatẽ & manus, & alia organa, corpis ſunt iſtrumẽtũ aĩe in opatiõib⁹ ita natura grauis eſt inſtrumẽtũ angeli gubernantis et mouentis graue.

Quæritur vtrum ſint plures æterni, quam vnum. Et ſi eſt vnum æternum, vtrum ſit æternum per ſe, aut per aliud. Et ſi ſunt plures æterni quam vnum: Quæritur quæ communitas inter eos ſit in hoc.

Reſpondetur ꝙ omne illud, cuius eſſe dependet ab alio, quod eſt principium eſſe ipſius, eſt poſterius per ſe, vel in ſua eſſentia. Et omne poſterius per ſe, vel in ſua eſſentia, eſt non æternum, niſi per ęternum intelligatur ad quod non pręcedit tempus. Et hoc quidem aut abſolute: aut per comparationem. Illud autem quod eſt abſolute, eſt illud ante quod non fuit aliquid exiſtens in tempore, in quo ipſum non fuerit. Illud vero eſt æternum per comparationem, quod ſic ſe habet, quod poſterius non habet tempus, in quo id quod eſt

prius ad ipſum non ingrediatur. Sed id quod eſt prius iam in-greditur in tempore, in quo non ingreditur id quod eſt poſterius. Vel aliter illud vero eſt æternum per comparationem, quod ſic ſe habet, ꝙ poſterius eo non habet tempus in quo tale æternum, & prius non ingrediatur. Sed huiuſmodi æternũ & prius iam eſt in tempore in quo non ingreditur poſterius. Capiendo autem æternum ſecundum modum primum iſtarum duarum diuiſionum. Tunc corpus & motus vniuerſales & ipſum tempus & omnes res, quæ non euacuantur, vel non abſoluuntur a tempore, neq; tempus abſoluitur ab eis, dicuntur eſſe æterna, quamuis eſſe ipſorum habeat principium. Sed capiendo æternum ſecundum diuiſionem ſecundam: tũc omne illud quod eſt magis præcedens, ſeu quod eſt prius vel antiquius, eſt ęternum per comparationem ad illud, quod eſt magis proximum tempori ſuæ generationis. Sed non eſt noſtra intentio de æterno accepto hac intentione. Immo per æternum intelligimus illud, ad quod non præcedit aliquid in eſſe. Et illud, ad quod non præcedit aliquid in eſſe eſt illud, quod habet neceſſe eſſe non ab alio, quod præcedat ipſum in eſſe, ſed habet neceſſe eſſe per ſe. Subſtantia igitur æterna eſt ens neceſſe eſſe per ſe, vel eſt ens, quod habet eſſe neceſſariũ per ſe. Et eſt vnum, quoniam ens, quod habet neceſſe eſſe, non tolerat multitudinem, & multiplicationem. Nam neceſſe eſſe, ſi aduenit, vel competit alicui, oportet ꝙ ei inhæreat, vel competat per ſe de neceſſitate. & non ab alio. Aliter eſſet poſſibile qđ neceſſe eſſe accideret, vel adueniret ei. Et eſſet poſſibile, ꝙ non adueniret ei. & tunc non eſſet non neceſſarium, ſeu & tunc eſſet aliud a neceſſario, Si ipſum neceſſe eſſe, adueniret ei. Et tunc eius aduentus vnicuique non eſſet, quia ipſum eſſet neceſſe eſſe, ſcilicet per ſe, ſed eſſet neceſſe propter cauſam.

Quæ ſit eſſentia ſeu diffinitio vnius? Reſpondetur ꝙ vnũ dicitur ſecundum multas intentiones. Vnum enim dicitur de illo, in cuius eſſentia propria non communicat aliud. Et dicitur vnum de eo, cuius eſſentia non prouenit ex pluribus partibus ſubſtantiæ: neq; ex partibus alijs, ſicut ſunt attributa, ſeu accidentia [permutãtia illa, quę intelliguntur] in ſe neq; ex eis Alia litera. ꝙ alterãt, vel variãt intellecta.

rica,vel ſpeculatiua non diuiditur per has partes, niſi quoniã res,de quibus eſt conſideratio, aut ſpeculatio, non euacuantur,quin aut ſint res, quorum eſſe & terminatum dependent a materia corporea, & a motu, ſicut ſunt corpora cœleſtia, & elementa quatuor,& quæ ex eis generantur, & reperiuntur ex diſpoſitionibus proprijs eis,ſicut motus, & quies permutatio,& alteratio, & generatio, & corruptio, augmentatio,& decrementum,& decrepitas,vel extenuatio, & virtutes, & qualitates, a quibus procedunt iſtæ diſpoſitiones: & reliqua quæ eis ſimilantur. Hæc igitur eſt vna pars. Aut ſunt res,quarum eſſe dependet a materia,& motu,ſed terminatio ipſarum. vel diffinitio ipſarum. nõ eſt depẽdens ab eis ambobus:ſicut quadrangularitas,& rotunditas, & ſphæricitas, & pyramidalitas,Et ſicut numerus, & eius proprietates. Tu.n. potes intelligere ſphæram,abſq; ꝙ in eius intellectione.oporteat te intelligere,ꝙ ipſa ſit ex ligno,aut auro,aut ferro. Homo vero a te non intelligitur, niſi de neceſſitatę ſcias, & intelligas,ꝙ eius forma ſit in carne, & oſſe. Et ſimiliter intelligitur concauitas, abſq; ꝙ ſit neceſſe intelligere rem, in qua eſt concauitas. Simitas vero naſi non intelligitur,niſi cum neceſſitate intelligendi rem, in qua eſt ſimitas. Et cum toto hoc quadrangularitas,& rotunditas, & concauitas, & linea torta, vel gibboſa nõ eſt niſi ĩ aliquo ſubiecto ex ſumma corporum, in quibus cadit motus. Hæc eſt ergo pars ſecunda. Aut ſunt res quarum,neq; eſſe,neq; terminatio ipſarum, vel cognitio ipſarum coniungitur,vel aſſociatur materiæ,& motui. Exemplum de eſſentijs,vel de his, quæ ſunt per ſe, eſt ſicut eſſentia vnicæ veritatis creatoris mundi. Exemplum de his,quæ attribuuntur alteri eſt, ſicut eſſentialitas, & vnitas, & [multitudo, & paucitas,] & cauſatum, & vniuerſalitas, & particularitas, & complementum, & diminutio, & quæ ſimilantur in hac intentione. Et quia entia ſunt ſecundum has tres diuiſiones,vel ſecundum has tres partes: Ideo ſecundum eas ſcientiæ theoricæ, vel ſpeculatiuæ habent tres diuiſiones, vel tres partes. Scientia igitur propria parti primæ, nominatur ſcientia naturalis. Scientia vero propria parti ſecundæ nominatur ſcientia rihadi ideſt exercitatiua ingenij, ſeu mathe-

Alia ſra. pluralitas & cauſa.

matica. Et ſcientia quæ appropriatur parti tertiæ, nominatur ſcientia diuina.

De diuiſionibus, ſeu partibus ſcientiæ practicæ.

Quia regimen humanum, aut eſt appropriatum vni indiuiduo: aut eſt non appropriatum. Et illud quidem, quod eſt non appropriatum, eſt illud, quod non perficitur niſi cum ſocijs. Et ſocij quidem, aut ſunt ſecundum aggregationem familiarem: aut ſecundum aggregationem ciuilem. Ideo ſcientiæ practicæ ſunt tres. Quarum vna appropriatur diuiſioni primæ, & per eam ſcitur qualiter homo oportet, vt ſit in moribus ſuis, & operationibus ſuis: ita vt vita eius prima, & vltima ſit vita beata. Et hãc partem compræhendit liber Ariſtotelis de moribus. Secunda vero ſcientia ex prædictis appropriatur diuiſioni ſecundæ, & per eam ſcitur qualiter hominis regimen oportet eſſe in domo ſua communi inter ipſum, & inter vxorem ſuam, & filios ſuos, & famulos ſuos: Ita vt ſit eius diſpoſitio bene ordinata, perducens ad poſſibilitatem acquirendi beatitudinem, vel fœlicitatem, & hanc partem compræhendit liberberus de regimine familiari de quo etiam ſcribitur in libris quorundam aliorum. Scientia autem tertia ex ſcientijs practicis appropriatur parti tertiæ, & per eam ſciuntur ſpecies regiminis ciuilis, & regiminis reipublicæ, & dignitatis principum, & ſciuntur diſpoſitiones reipublicæ, quæ bene, aut male gubernatur. Et ſcitur modus, vel cauſa propter quam permanet in republica, & in ciuitatibus bonum aut malum regimen, & ſcitur uia, & cauſa per quam vnumquodq; prædictorum remouetur, & permutatur de vno ad aliud. Et illud quidem, quod ex his pertinet ad reges, compræhendunt libri duo Platonis, & Ariſtotelis de regimine politico vel ciuili. Quod vero ex his pertinet ad prophetas, & ad leges compræhendunt libri de nuamis, ideſt de legibus diuinis. Philoſophi autem per nuamis non intelligunt illud, quod homines, vulgares exiſtimant, ſcilicet ꝙ nuamis vel naimus ſit tyrrannitas, vel vſurpatio rei alterius iniuſta. Immo namus ſecundum ipſos philoſophos eſt illud, quod in lege obſeruari debet diuinitus iam diu reuelatum, & Arabes angelum diuinitus, ſeu miraculoſe deſcendentem, & reuelã-

tem appellant namuſan. Et per hanc partem ſcientiæ practicę ſcitur neceſſitas prophetarum, & ꝙ hominis ſpecies in eſſe ſuo indiget legibus diuinis, quæ doceant qualiter homo viuere debeat in hac vita, & ꝙ homo permutabitur ad aliam vitam, in qua præmiabitur, aut punietur ſecundum merita, aut demerita. Et ſcitur per hanc ſcientiam iudicium, vel ſcientia de terminis, vel canonibus vniuerſalibus communicantibus & de illis quæ appropriantur vnicuiqꝫ legi ſecundum quoſcunqꝫ, & ſecundum quodlibet tempus. Et ſcitur per eam differentia inter prophetas diuinos, & inter Hypocritas falſos, ſeu inter pſeudo prophetas.

Diuiſiones, ſeu partes ſcientiæ naturalis principales.

Ex ſcientia naturali quædam eſt, quæ ſe habet ſicut radix vel ſubalternans. Et quædam ſe habet ſicut ramus, ſeu ſubalternatum, vel ſicut partes ramificatæ. Partes vero eius, quæ ſe habet ſicut radix, ſunt octo. In quarum prima ſciuntur res vniuerſales, vel communes omnibus rebus naturalibus, ſicut materia, forma, & motus, & natura, & cauſæ, & finitum, & infinitum, & dependentia motus a motore, & eius peruentio vel terminatio, vel ſtatus eſt ad motorem primum vnum nõ motum, qui non habet virtutem finitam, vel qui non eſt virtus finita, neqꝫ eſt corpus, neque in corpore. Et hanc partem compræhendit liber Alchian, ideſt liber phiſicorum. Per partem vero ſecundam ſcientiæ prædictæ ſciuntur diſpoſitiones corporum, quæ ſunt Alarchan, ideſt partes componentes mundum. Et ſunt cœleſtia, & quæ ſunt in eis, & elementa quatuor, & natura ipſorum, & motus ipſorum, & loca ipſorum. Et cognitio iudicij ad quem finem ipſa ſint facta, & ſint ordinata, & ſphærice ſe tangentia. Et hanc partem compræhendit liber de cœlo, & mundo. Per partem autem tertiam ſcitur diſpoſitio generationis, & corruptionis, & generationis abſqꝫ ſemine, & generationis cum ſemine, ſcilicet prolificationis: & diſpoſitio augmenti, & decrementi, & alterationum abſolute, abſqꝫ diſtinctione. Et in ea manifeſtatur numerus corporum principalium recipientium iſtas diſpoſitio-

cationes ipſarum, vt ſanitas cõſeruetur, & ægritudo remoueatur. Et de numero illius ſcientiæ ſunt iudicia vel ſcientię ſtellarũ, & ſunt ſcientiæ opinatiuæ, & intentio in eis eſt ſignificare ex figuris planetarum per comparationem ipſorum ad inuicem, & per comparationem ad gradus domus ipſorum, & per comparationem omnium iſtorum ad terram, ſecũdum quod eſt ex diſpoſitionibus reuolutionum mundi & diſpoſitionum fidei, & regnorum, & regionum, & generationum, & ſucceſſionum temporum, & electionum. & iudiciorum diſpoſitionis aeris: Et de numero illius. ſcientię eſt ſciẽtia phiſonomię: & intẽtio in ea eſt ſignificare ex creatura vel forma membrorum ſuper mores hominis. Et ex illa ſcientia eſt ſcientia altha bir, ideſt ſcientia ſomniorum: & intentio in ea eſt ſignificare ex imaginationibus ſomniorum ſuper id, quod anima acquirit cognitionem ex mundo nobis occulto, ideſt ex ideis, & ſubſtantijs abſtractis, vnde imaginatur virtus imaginatiua, et cognoſcit per ſimilitudines rerum aliarum. Et ex illa eſt ſcientia althalmaſat, ideſt ſcientia ſculpendi figuras ſub certis aſpectibus cœleſtibus: & intentio in ea eſt permiſcere virtutes cęleſtes cum virtutibus quorundam corporum terreſtrium, vt ex illis adueniat virtus operans operationes mirabiles, vel extraneas in ſphæra terræ, vel ſupra terram. Et ex illa eſt ſciẽtia alnirangiat, ideſt ſcientia artis magicę. & intẽtio in ea eſt permiſcere virtutes, quę ſunt in ſubſtantia mundi terreni, vt adueniat in eo virtus a qua proueniat actio extranea vel mirabilis. Et de numero ſcientiarum prædictarum eſt ſciẽtia alchimiæ: Et intentio in ea eſt, expoliare ſubſtantiam mineralem a ſuis proprietatibus, & inducere in eã proprietates aliarum, & miſcibilia ad ſe inuicem, influant vnum in alterũ ſuas proprietates, vt fiat aurum, & argentum ex corporibus diuerſis ab vnoquoque amborum.

Nota ſecũdũ Auic. quod ſpiritus q ſeruiũt magicis ſunt de numero eorũ, q ſunt i mũdo terreno. i. inferiori quia vagãtes ſunt i hoc mũdo.

Diuiſiones vel partes principales ſcientiæ alrihadi, ideſt exercitatiuę.

Diuiſiones vel partes principales ſcientiæ alrihadie, ideſt exercitatiuæ ingenij, ſunt quatuor, videlicet ſcientia numeri, & ſcientia geometriæ, & ſcientia aſtrologię, & ſcientia muſicæ. In ſcientia quidem numeri ſciuntur diſpoſitiones ſpecierũ

numeri,& ꝓprietates vniuſcuiuſq; ſpeciei in ſe ipſa, & diſpo ſitiones proportionum numeri adinuicem,et qualiter generẽ tur numeri adinuicem. In ſcientia autem geometriæ ſciuntur diſpoſitiones ſituum linearum, & figurarum ſuperficierum, et figuræ corporum,& proportiones vniuerſales quę inſunt quantitatibus omnibus ſecũdũ ꝙ ſunt quantitates, vel magni tudines, Et proportiones quę inſunt eis,ſecundum ꝙ habent figuras,& ſitus. Et radices quidem,ſeu principia huius ſcien tię compræhendit liber Euclidis. Ex ſcientia aſtrologię ſciũ tur,vel cognoſcuntur diſpoſitiones partium mundi in ſuis fi guris & ſcitibus ad inuicem: & quãtitates, vel magnitudines ipſarum: & diſtãtiæ inter ipſas exiſtẽtes: & diſpoſitiones mo tuũ,quæ inſunt corporibus cœleſtibus,& planetis, & nume rationes ſphęrarum vel circulorum: & inciſiones ſeu ſemicir culi & reuolutiones, quibus complentur illi motus. & hanc partem compræhendit liber Almageſti. Scientia muſicæ co gnoſcere facit diſpoſitiones tãtũ: & aſſignat cauſam in conue nientia ipſius cantus,& diuerſitate ipſius,& diſpoſitiones pau ſarum,vel quietum inter vocem & vocem: & genera, aggre gationis vocum,& permutationum: et qualitatẽ componẽdi cantus,vel conſonantias: & artẽ conficiendi inſtrumenta oĩa iſta cum ratione demonſtratiua.

De partibus ſubalternatis ſcientiæ mathematicę.

Ex partibus ſubalternatis ariſmetricæ eſt ſcientia faciẽdi congregationem aut diuiſionem ſecundum ꝙ indi faciunt & ſcientia faciendi algiebar, & almachabel.i. ſcientia inueniendi numerum ignotum per additionem numeri & diuiſionem & æquationem. Ex partibus vero ſubalternatis geometriæ eſt ſcientia mẽſurandi ſpacia,& terras planas,aut montuoſas, Et ſcientia ingenioſi inſtrumenti mouentis aliquid.& ſciẽtia mo uendi res graues de loco ad locum: Et ſcientia ponderum: & ſtaterarum ſeu æquilibrantium: Et ſcientia inſtrumentorum algezariæ.i. particularium. Et ſcientia proſpectiuæ & ſciẽtia ſpeculorum. Ex partibus vero ſubalternatis ſcientię aſtrolo gię eſt ſcientia alzagiat.i.in qua domo & gradu ſint planetæ, & ſcientia thacuinorum. Et ex partibus ſubalternatis ſciẽtiæ muſicæ eſt ſcientia conficiẽdi inſtrumẽta mirabilia extranea:

ſicut

ſicut ſunt organa, & quæ eis ſimilantur.

De diuiſione ſcientiæ diuinæ.

Partes vel diuiſiones radicales, ſeu principales ſcientiæ diuinę ſunt quinqꝫ. Prima earum eſt ſpeculatio in cognitione intẽtionum cõmunium omnibus entibus, ſicut eſſentia, & vnitas, & pluralitas, & conuenientia, & diuerſitas, & contrarietas, & potentia, & actus, ſeu & virtus, operatio, & cauſa, & cauſatum. Pars vero ſecũda ſpeculatio de radicibus, & principijs ſicut ſcientiæ naturalis, & ſcientiæ mathematicæ, & ſcientiæ dialecticæ, & docet reprobare ſententias corruptas, ſeu erroneas in eis. In parte autẽ tertia. eſt ſpeculatio de affirmationibus: Dei veritatis primę, & de vnitate ipſius, et de ſignificatione vel demonſtratione ſimplicitatis ſuæ in eſſentia ſua vel in gradu ſuo vel ĩ ordine ſuo. Et de ĩpoſſibilitate communicationis eius cum alio ente in ſua eſſentia. Et eius eſſe eſt neceſſe eſſe per ſe. Et eſſe illius, qđ eſt ab eo, oportet ꝙ ſit ꝑ ipſum. Amplius ſpeculatio vel conſideratio de attributis eius vel de his, quæ prædicantur de eo, & qualiter ipſa[ſint eius attributa.] Et quid ſit illud, qđ intelligitur ex dictione vniuſcuiuſqꝫ ſui attributi. Et ꝙ dictiones, quæ vſitantur in attributis ipſius ſunt ſicut vnus, & ens, & æternus, & ſapiens, & potẽs: & vnumquodqꝫ iſtorum ſignificat intentionem vnam. Et nõ eſt poſſibile ꝙ in aliquo vno, in quo non eſt pluralitas, cauſentur intentiones plures, quarum vnaqueqꝫ ſit alia ab altera, & ſcitur qualiter oportet intelligere iſta ſua attributa, vel iſtas ipſius prædicationes. ita, vt non cauſetur in eſſentia ſua [aliud ab eo,] et pluralitas, neqꝫ repugnãtia ĩ vnitate vera eſſentiali: In parte vero quarta ſpeculatur, et cõſideratur de affirmationibus vel demonſtrationibus eſſe ſubſtãtiarum, quæ ſunt effectus Dei, & creaturæ ipſius magis ꝓpinquę apud thronũ ſuum, & de ſignificationibus vel demonſtrationibus pluralitatis ipſarum, & diuerſitatis ordinum ipſarum & graduum ipſarum. Et [neceſſitas quæ dependet ab vnoquoqꝫ iſtorum in perfectione vel in cõplemẽto]totius. Et iſtæ ſubſtantiæ ſunt angeli, cherubini. Poſtea cõſiderat̃ de affirmatione eſſe ſubſtantiarum ſpiritualium ſecundarum: quę in ſumma ſunt alię a ſumma illarum primarum: & ſciuntur manſiones earum, et

Alia lr̃a. de eo ꝓdicẽt.

Alia lr̃a. diuerſitas.

Alia litera. iuuamẽtũ qđ dependet ab vnaqꝙqꝫ iſtarũ ꝓ complemẽto ſeu ꝑfectione.

gradus ipſarum,& earum operationes,et iſtæ ſunt angeli deputati ad regendum corpora cœleſtia,& ſuſtentantes cœlũ, et gubernan es naturã inferiorem,& intuentes vel influentes ſuper ea,quæ generantur cum ſemine,aut abſq; ſemine in mũdo generationis,& corruptionis.In parte vero quinta ſciuntur influxus,ſeu dependentię,quas habent ſubſtantiæ corporeæ cœleſtes,& terreſtres cum illis ſubſtantijs ſpiritualibus: quarum quędam ſunt operantes mouentes,& quędam ipſarum ſunt imperantes deferẽtes a Deo glorioſo reuelationes eius,& ipſius præcepta.Et ſciũtur ſignificationes,quæ demõſtrant colligationem terrenorum cum cœleſtibus: & colligationem cœleſtium cum angelis operantibus,& colligationem ſeu dependentiam angelorum operantium cum angelis imperantibus annunciantibus ea,quæ a Deo ſunt eis commiſſa, & colligationem omnium cum re, quæ eſt vna tantum.i. cum Deo,cuius nutu,et voluntate,quando vult, multa fiũt in momẽto.Et manifeſtatur etiam ꝙ omnia creata in ſuo gradu ſunt completa,ſeu habent complementum, in quibus non eſt diſtantia,ſeu diuerſitas,neq; diminutio. neq; in toto, neq; in partibus ipſarum.

De ſcientijs, quę ſunt rami ſcientię diuinę vel quę ſubalternantur ſcientię diuinę.

Ex ſcientijs,quę ſunt rami ſcientię diuinę, vel ex ſciẽtijs q̃ ſubalternantur ſcientię diuinę,eſt cognitio qualitatis alhuay, ideſt qualitatis reuelationum diuinarũ & qualitatis[prophetiarum.]& ſignificationis ſuper virtutem, per quam homo, cui reuelatur, acquirit reuelationem. Et cognitio ſubſtantię ſpiritualis,quę defert vel nunciat tales reuelationes. Et qualiter reuelationes diuinę aduenia nt,ita vt ipſę efficiantur viſibiles,ſeu ſenſu viſus ſentiantur,aut auditu ſentiantur, poſtquã fuerunt ſpirituales.Et quę ſit proprietas,per quam procedũt a prophetis operationes mirabiles contrarię vel diuerſę a curſu naturali. Et qualiter annuncientur vel pronoſticentur ea quę ſunt occulta,ſeu ea,quę nõ ſunt pręſentia.Et qualiter hominibus perfectis habitibus ſpeculatiuis, & practicis, & virtuoſe viuentibus adueniat inſpiratio ſimilis reuelationi. et ab his fiant opera ſimilia miraculis.Et quid ſit ſpiritus alamin.i.

Alia lra. prophetarũ.

reuelationes diuię ſẽſu viſ⁹ ſentiunt̃ ſicut accidit: Moyſi cui apparuit columna ignis tpe Pharaonis & ꝑcepta Dei i mõte Synai ꝑ vocẽ audita fuerunt reuelata Moyſi.

angelus gabriel, & ſpiritus ſanctificatus, & ꝙ ſpiritus alamin idest angelus gabriel, eſt de ordine ſecundo ſubſtãtiarum ſpiritualium. Et ꝙ ſpiritus ſanctificatus eſt ex ordine cherubin. Et ex ſcientijs prædictis ſubalternatis ſcientiæ diuinæ eſt ſciẽtia de mahad. i. ſciẽtia diſpoſitionis animæ rationalis poſt ſeparationem eius a corpore. Et talis ſcientia comprehedit cognitionẽ, ꝙ ſi corpus hominis nõ reſurgeret poſt mortem: verbi gratia, tunc remaneret ſpiritus ipſius poſt mortẽ præmiatus, aut punitus, ſeu meritus, aut demeritus, qđ eſt diuerſum vel aliud ab eo qđ verificaᷓ i fide ſeu ĩ legibus aut ſcripturis theologicis diuinitus reuelatis, quare ſpiritus pfecti, qui ſunt aĩæ virtuoſæ, bene ſ u vere credentes veritatem, & operantes bonum, ſecundum ꝙ exigit fides ſeu lex & intellectus, erũt poſſidentes fœlicitatem, & gaudium, et delectationem, quę ſunt ſupra omnem fœlicitatem, & gaudium, et delectationem, et ipſa erunt intenſiora, vel digniora, q̃ illa, quæ verificantur in fide vel in ſcripturis fidei. Et non aduerſat intellectus, ꝙ huiuſmodi ẽt inſint vel cõueniãt corporibus ipſarum. Veru Deus glorioſus remunerator ſeruorum ſuorum perfectorum per linguam prophetarum promiſit aggregationẽ duarum fœlicitatum ſimul. ſ. beatitudinis ſpiritualis, quæ conuenit animæ remanẽti poſt mortem, & beatitudinis corporalis, quæ cõuenit corpori qđ reſurget poſt mortem, quæ quidem fœlicitas adueniet ſm quantitatem, quam Deus voluerit, & qñ voluerit. Et ex ſciẽtia p̃dicta manifeſtatur, qualr ſit illa fœlicitas ſpiritualis: qm̃ intellectus ſolus habet viam ad cognoſcendũ talem beatitudinẽ. Sed corporalis fœlicitas non poteſt deſcribi, & affirmari, niſi reuelatione diuina, & fide vel ſcripturis fidei. Et eodẽ modo ſcitur diſpoſitio cruciatus ſpiritualis, qui conuenit animabus vitioſis. & ꝙ talis cruciatus erit vehementioris lęſionis, & nocumẽti, q̃ cruciatus qui per ſcripturas vel per electos Dei publicatur vitioſis accidere poſt corporum reſurrectionem. Et ſcitur, in quibus cõtinuo permanebit ille cruciatus, & a quibus remouebiᷓ. Cruciatus vero, qui appropriatur corpori per fidem vel per ſcripturas fidei certificatur eis, vel affirmatur ſm veritatem ipſius abſq; ſpeculatione, & intellectu de per ſe. Nam ad probãdum eſſe cruciatum ſpiri-

eodẽ mõ ſupple ſicut cognoſciᷓ fœlicitas ſpiritualis. q̃a intellectꝰ habet viã & rõnẽ ad affirmãdum & demõſtrãdũ ipſam. ita diſcẽdũ ď cruciatu ſpirituali. Et ſicut fœlicitas corpalis nõ affirmaᷓ niſi p fidẽ & reuelationẽ, ita ẽt cruciatꝰ corpalis non affirmaᷓ niſi p fidẽ & reuelationem.

tualem intellectui quidem ineſt via ex parte ſpeculationis, & argumẽtationis, & demonſtrationis. ſed eſſe cruciatus corporalis, verificatur per prophetas, qui p intellectũ ſunt verificati, & approbati, & eſſe ipſorum neceſſario eſt demõſtratum per ſignificationes, quæ ſunt certificantes intellectum. Nam quoties intellectus non peruenit ad affirmandum ſeu non poteſt affirmare eſſe alicuius rei, aut ipſius neceſſitatẽ cum ſignificatione vel demonſtratione, & cum ipſo nõ fuerit niſi poſſibilitas illius rei tantum: tunc prophetæ docent vel loquuntur de eſſe eius, aut ipſius priuatione determinate vel certitudinaliter. Iam autem apud ipſum intellectum verificatur certitudo ipſorum prophetarum, et veritas ſermonum ſuorum. Quare per dicta prophetarum completur cognitio rei illius in cuius cognitione intellectus deficiebat. Cum igitur iã cõſiderauerimus partes radicales et partes ramoſas ſeu ſubalternatas ſciẽtiæ. Iam nobis reſtat ſcire partes ſcientiæ, quæ eſt inſtrumentum ſeu organum hominis, perducens ipſum ad acquirẽdum ſciẽtias ſpeculatiuas, & practicas, & prohibens ipſum a fallacia, & errore in conſiderationibus vel pſcrutationibus: & ſtudium quidẽ cognitionis talis ſcientiæ perducit ipſum hoĩem ad viam, qua oportet, vt incedat in qualibet conſideratione, et ad cognitionẽ eſſentiæ diffinitionis veræ, & eſſentiæ argumẽtationis vel demonſtrationis veræ, quę eſt demonſtratiua, & eſſentię argumentationis inductiuę, quę eſt proxima demonſtrationi, & eſſentię argumentationis probabilis, ſeu perſuaſiuę, deficiẽtis ab ambabus, et eſſentię argumẽtationis erroneę vel ſophiſticę, ſimilis ambabus apparenter, & eſſentię argumentationis, quę per ſimilitudines rerum vel per imaginationes ſimilitudinarias procedit, Et talis ſcientia, quę docet ſupradicta, dicitur logica.

De diuiſione logicę.

Partes logicę, quę eſt organum ſcientiarum, ſunt nouem. In parte enim prima manifeſtantur dictiones, & intentiones ſm ꝙ ſunt vniuerſales ſimplices: & hanc partem compręhendit liber yſagoge a Porphirio compoſitus. & eſt introductorium ſeu principium. In parte vero ſecunda manifeſtatur numerus intentionũ ſimplicium eſſentialium compręhendentiũ

vniuerſaliter omnia entia, ſm ꝙ ſunt illę intẽtiones abſq; cõ-diɛtione, qua ipſę ſint in eſſe, aut ſint in intellectu. Et hanc partem comprehendit liber Ariſt. nominatus catigoriarum. ſ. p̃-dicamẽtorũ. Et in parte tertia manifeſtatur vel docetur cõpoſitio intẽtionum ſimplicium cum affirmatione, aut negatione, ita vt fiat oratio, aut enunciatio vera, aut falſa: et hanc ptẽ cõpræhẽdit liber nominatus phiermenias. i. de interp̃tatione.

In pte aũt q̃rta docetur cõpoſitio enunciationũ vel orationum, ita vt ex eis componatur ſignificatio conferens ad cognitionem eius, qđ erat ignotum. & talis eſt argumentatio vel demõſtratio. Et hanc partem compræhẽdit liber analeticho rum primus. i. reſolutionum per conuerſum vel econuerſo.

Ex parte vero qnta ſciuntur cõdictiones argumẽtationis in eius compoſitione, & in orationibus eius, quę ſunt prçmiſ-ſæ, quando [illud qđ per eam] affirmat̃ eſt certa cognitio, in qua non eſt dubitatio: & talis eſt argumentatio demonſtratiua, & hanc partem compræhendit liber nominatus analethi-corum ſecundus, & fulchatachi. i. demonſtrationum. Pars ſexta compræhendit cognitionem argumẽtationũ cõferẽtiũ ad perſuadẽdum in omni re illos, qui intelligere & addiſcere non poſſunt ea, quæ per argumẽtationem demonſtratiuã de-monſtrãtur, & conferentium in eis, quæ ſunt neceſſaria in diſputationibus, in quibus voluntas eſt concludere laudabilem concluſionem, aut ſe defendere, ne ab aduerſario concludar̃, vel impugnetur. Et compræhẽdit prædicta pars loca, quibus acquiritur argumentatio conferens in ſermone vel argumen-tatione probabili, & in quæſitis, & in reſponſionibus, & compræhendit hanc partem liber nominatus liber topicorum. i. liber locorum. Et quandoq; nominatur etiam liber dialectico-rum. i. probabilium. Et in ſumma in eo ſciuntur argumẽtationes ꝓbabiles, vel perſuaſiuæ in rebus practicis vniuerſalibus.

Alia lr̃a. cognitio q̃ p eã demõſtra-tur vel.

Pars autem ſeptima compræhendit cognitionem errorũ, qui cadunt in argumentatione, & in diſcurſu, & cognitionẽ viæ ſeu loci fallaciæ, & erroris in eis, & numerum fallaciarũ omnium, quot ſint: & manifeſtationem modorum, ſeu viarũ defendendi ſe ab eis. Et hanc partem compræhẽdit liber elenchorũ. i. ſophiſticorum. Et pars quidẽ octaua comprçhẽ

dit cognitionem argumentorum perſuadentium conferentiũ in orationibus, vel in ſermonibus, qui fiunt ad populum, vel ad vulgus, & qui fiunt ſecundum ſemitam controuerſantium vel litigantium: aut in commendatione & vituperatione aliꝰ cuius: & compræhendit etiam ingenia, & modos conferẽtia ad vitia exprobranda, & ad virtutes proſequendas, & ad pui ficiendum, aut magnificandum res, Et compræhendit modos excuſandi aliquem ab aliquo crimine ſibi impoſito, & defenꝰ dendi ipſum a pœna iniungenda. Et compræhẽdit modos or dinandi ſermonem in qualibet narratione, & perſuaſione. Et hanc partem compræhendit liber nominatus rethoricorum ideſt liber perſuaſionũ. Pars autem nona compræhẽdit ſer monem, qui per ſimilitudines ꝓcedit, & qualiter in qualibet materia ſit. per diuerſas ſimilitudines procedendum, & quæ ſint ſpecies talis argumentationis, quæ per ſimilitudines, aut per aliquas ridiculoſas vel abhominabiles ſimilitudines proce dit. Et hanc partem comprȩhendit liber nominatus chuabiꝰ thichi, & nominatur etiam alſahari. Iam igitur demonſtraui mus diuiſiones ſcientiarum. Et manifeſtum eſt, ꝙ non eſt ali qua earum quȩ comprȩhendat illa, quȩ fidei ſeu legibus diuiꝰ nis aduerſantur, ſeu repugnant. Et licet quidam ſapientes ſeu philoſophi nominentur, qui poſtea a via fidei, & legis diuinȩ egrediuntur, tamen ipſi quidem errant, & peccant ex ſe ipſis, & ex defectu, & malitia ipſorum, & non ex ipſa ſcientia cau ſante illud. Quoniam ipſa excluditur vel eſt abſciſa ab ipſis, & ab operibus ipſorum vitioſis. Nunc vero finẽ huic noſtro operi imponẽtes, gratias infinitas agamus Deo altiſſimo, cui ſemper ſit honor & gloria. Amen.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE